

morte ne perdideris iniquitati eo
rum et partem eorum a facie tua non
deleatur fiant convenientes in
spiritu tuo domine inimici furo
ris tui dens mis. Et dixit
domine corporis meum dedi percu
entibus et genas meas vallan
tibus. faciem autem meam non averti
ab increpantibus et conspuentibus
me. O vos domine demonstrasti
mihi et cognovi. tu osten
disti michi studia eorum et ego
quasi agnus mansuetus qui
portatur ad victimam. Iusti

malitia eorum que deliquit me
et libaverunt diis alienis et adora
verunt opus manuum suarum. 224
Ne avertas faciem tuam a puero tuo domine quoniam
tribulor velociter exaudi me. V. Eripe
me domine ab homine malo a viro iniquo
libera me domine. V. Domine attin
ge humilos tuos et surge et lo
quere ad eos omnia que ego pre
cipio tibi ne formides a facie eo
rum. II. tunc te facientem volentem
eorum 224 Domine iniquos ...
et nimium ... libera me domine ...
... salutis mee ...

Domine. V. exclamaverunt filii Israel ...
a suis ad dominum et misit eis salvatorem
Iohannes. I. ... abiit Ihesus
trans mare galylee quod est tyberiadis
et sequebatur eum multitudo magna
quia videbant signa que faciebat su
per his qui infirmabantur. Et reliqua. Lectio.
Quin ... et miracula domini Salvatoris
nostri ... tamen legunt vel audi
unt accipiunt non tamen nihil quid
foris stupeat attendunt. Moyses
famulus domini ieiunavit xl diebus et xl noc
tibus ut legem domini mereretur accipere. V. Dixit
deus moysi in monte Synay. Et reliqua.

nos deus. Potens es domine ergo nos de
manu mortis liberare nos deus meus. Re
gis terre et omnes populi laudate dominum
Scriptum est quoniam abraham habuit
duos filios unum de ancilla et u
num de libera sed qui de ancilla secun
dum carnem natus est qui autem de libera
per repromissionem que sunt per allego
riam dicta. Clamant. V. Domine rex.
Cum sublevasset oculos Ihesus et vidisset maxi
mam multitudinem venientem ad se dixit ad
philippum unde ememus panes ut man
ducent hii. hoc autem dicebat temptans eum
ipse enim sciebat quid esset facturus.

sumens ... de misericordie plebem ... tertia
Sed dicit scriptura eice ancillam et filium eius non enim erit heres filius ancille cum filio libere. R. Speties. V. Specie tua. Vers.
Dixit dominus. Cap. Itaque fratres non sumus ancille filii sed libere qua libertate nos christus liberavit.
Esto nobis. Angelis. Mag. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum ihesus dicebant quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum. Ad compl. ut supra. Feria secunda
Qui me ... dominus.

Quid feci tibi aut quid molestus fui tibi? responde mihi. Ego eduxi te de terra egypti ...

Ecce fecit deus obstetricibus et crevit populus et confortatus est nimis. Adduxi vos per desertum quadraginta annos ego dominus et non sunt attrita vestimenta vestra. Manna de celo pluvi vobis et obliti estis me dicit dominus.
R. Popule meus quid feci tibi aut quid molestus fui tibi? responde michi qui ego eduxi te de terra egypti. Man. Cap.
Ponam spiritum meum in medio vestri dicit dominus et faciam ut in preceptis meis ambuletis et iudicia mea custodiatis et operemini. V. Custodi
... hanc dominus ... et noli me tradere ...

...tor vite mee domine deus meus. R. Popule meus quid feci tibi aut quid molestus fui tibi? responde mihi. V. Quia eduxi reddit pro bono malum qui fodit foveam anime mee. Xpistus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum id est non huius creationis neque per sanguinem hircorum aut vitulorum sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta eterna redemptione inventa. V. ... Eripe me domine. V. Dixit ... ex vobis quis ... arguet me de peccato

dabit, oriens nostrum ab operibus mortuis ad serviendum deo viventi. R. De ore leonis libera me domine et a cornibus unicornium humilitatem meam. Ecce ... meam ... unicam meam et a ... annos non dum ... et Abraham vidisti? Amen amen dico vobis antequam Abraham fieret ego sum. Cap. Xpistus novi testamenti mediator est ut morte intercedente in redemptionem earum prevaricationum que erant sub priori testamento repromissionem



Lectura super Euangeliū Jesu Christi secundū Joannem. nescitur cuius, Academici ne, an cuiuspiā alterius Doctoris.

Lectura super evangelium Jhesu Christi secundum Johannem.

Quamvis satis edocti simus intra mentis conspicientibus obtutibus illud solum verum esse gaudium quod de creatore non de creatura concipitur, hanc solam veram esse delectationem que ab illo primo et summe delectabilissimo obiecto defluens mentibus illabitur, cui comparata omnis aliunde quesita iocunditas meror est, omnis suavitas dolor est, omne dulce amarum, omne pulchrum fedum, ac omne aliud quod delectare possit molestum; ad investigandum tamen illud primum gaudium illamque summam delectationem intelligendam prorsus expediens erat et necessarium res creatas delectabiles et appetitui nedum sensitivo verum etiam intellectivo competentes, ut dum in creaturis delectationem etiam non modicam perciperemus, quanta sit in comparatione creature ad creatorem, quantum possumus caperemus. Nam ut dicit apostolus ad Romanos primo: Invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus et divinitas. Et merito, quia creature ex tempore dei potentiam, earum ordo sapientiam, et ipsarum dulcedo bonitatem arguit creatoris. Unde et secundum Hilarium libro primo de trinitate: Ex creaturarum indicatione (?) cognoscitur trinitas dei, quia patri ex ipsarum pulchritudine ymago et species que filio, et earum bonitate usus qui appropriatur spiritui sancto. Propter quod dicit Sapiencie xiii⁰: Vani sunt omnes homines in quibus non subest sciencia dei, et ex hiis que videntur bona non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes cognoverunt quis esset artifex eorum. Et in proposito in multis creaturis subdit: Quarum si specie delectati deos putaverunt, sciant quanto hiis dominator speciosior est; speciei enim generator hec omnia constituit. Aut si virtutem et earum opera mirati sunt, intelligant ab ipsis quoniam qui hec constituit fortior est illis. A magnitudine enim speciei et creature cognoscibiliter poterit creator horum videri. Propter quod Augustinus super illo psalmi: Cirimini (?) et ymolam (?) dicit: Quis digne laudet hec, que in nobis viget corporis membra movens, sensus exerens, memoria tam multa complectens, et intellectus tam multa discernens. Si celos inspicias, magna sunt opera dei; si angelos, mira dignacio eius, quia in quibusdam ardet amore, in quibusdam sapiencia fulget, in aliis vero potenciam in ministrando exercet. Si terram inspicias, mare et omnia que in eis sunt, quid horum consideracio aliud concipit nisi laudem artificis cuncta potentis.

Quis digne laudet opera omnis dei, cum omnia deum resonant, et si quid in eis est quod delectat, ipsius summam bonitatem commendat. Hec ille. Verum et si per se dispositionem rerum creatarum conspicit delectabilitas earum, cum tamen gradum in hiis vix perpendere videtur exercitio litterarum et attenta revolucio librorum, que nedum delectabilis et utilis verum et in spiritu nimia quadam prehibet (?). Ait enim Policratus in principio primi libri: Artes perissent, evanuissent iura, fidei et totius religionis officia ruissent, ipsumque recti defecisset usus eloquii, nisi in remedium humane infirmitatis usus litterarum divina miseracio providisset. Quem enim exempla maiorum, quem virtutis incitamenta, quem morum fomenta erigerent in actu, nisi pia sollicitudo scriptorum eadem ad posteros transmisisset. Quis enim Alexandrum sciret aut Cesarem, quis stoicos aut peripateticos miraretur, nisi eos monimenta scriptorum insignirent. Quis apostolorum et prophetarum amplexanda vestigia sequeretur, nisi eos posteritati divine littere consecrassent. Habet unusquisque ... (?) libros diligat, in eis usus ad perfectum perficiat, et veram delectacionem pro modulo huius vite labentis reficiat (?). Dicit enim idem ubi supra: In dolore solatium, in labore recreacio, in paupertate iocunditas, in deliciis modestia, fidelissime a litteris mutuatur; nam a vitiis redimitur animus et quandam perami (?) etiam in adversis iocunditate reficitur, tum ad legendum vel scribendum animus intendit animum (?). Nullam in rebus humanis iocundiorem utiliorem que occupacionem invenies, nisi forte divinitus compuncta devocione divinis insistet orando colloquiis, aut corde per caritatem dilatato deum mente concipiat, et magnalia eius apud se quasi quadam meditacionis manu pertractet. Et subdit: Experto crede, quia omnia huius mundi dulcia huius collata exerciciis amarescunt, et tanto magis quo sensus integrior, ratio incorruptior, et ingenium purioris viget acuminis. Constat autem cum harum studium nedum delectabile sed et commendabile, verum etiam et necessarium existat, quia sine sciencia divina homo quasi mortis ymago. Tamen hec de qua precipue est delectabilitas, ymmo verius utilitudo (?), precipue divinis scripturis caracteribus appareat, de quibus ita dicit beatus Augustinus libro secundo de doctrina christiana.

capitulo finali. Invenit homo ex divinis
quod noxium est. hic dampnatur. quod utile
est. hic invenitur. Et tamen ibi quisque in-
venerit. omnia que alibi didicerit. multo
habundancius inveniet ea. que nunquam
alibi potuit invenire. Ibi namque ut
ait Augustinus super Iohannem. Qui ignorat
venit quod discat. qui scit invenit
quod credat. qui credit invenit
quo ascendat. qui ascendit invenit
contemplacionis exercicium in quo delectat.
Qui contemplator est. invenit quod
timeat. qui laborat invenit quod
accipiat. Hec sancta Augustinus.
super genesim ad literam. Sua altitudine
irridet superbos. profunditate ter-
ret attentos. veritate pascit magnos.
affabilitate nutrit parvulos. Et quod
est bonitatis. quid honestatis.
quid profectus. quid veritatis.
quid iusticie. quid ordo. quid
sanctitatis. qua disciplina. Hec omnia
reperiuntur in ea. Unde et quicquid est ei ad-
versum. nichil habet firmitatis. quia
contrarium est legi naturali. Licet ergo secundum
sanctam policratici libro septimo. omnes
scripturas esse legendas probabile
sit. nisi sint lectionibus reprobate. non tamen
omnia legenda sunt. secundum mentem
beati Ambrosii super Lucam. ut eorum
aliqua. in lecta fuerint. non negligantur
et reprobentur. nonnulla videantur ali-
qua in scriptura. ne sint omnino incognita.
Sed pre omnibus insistendum est illis
que aut politicam vitam aut ethicam
instituunt. aut purificant animam vel corporis
sanitatem. Unde beatus Bernhardus
super cantica sermone 36 dicit. Est perfecto
quo ad sciendum sancta bona. tamen sit vite
subiuncta. Tu autem qui in timore et
tremore tuam operaris salutem. pro ipsa
brevitate festinas. ea forte amplectere
curato. que senseris vicimora sa-
luti. qualis est sancta veteris et novi
testamenti. Unde beatus Augustinus libro nono
confessionum. comparando sacram scripturam
ad ceteras sciencias humanitus adinven-
tas. ita dicit. non habent ille paginas vultum
pietatis. lacrimas confessionis. sacrificium
tuum spiritum contribulatum. populum salutem.
sponsam caritatem. spiritus arram.
poculum precii nostri. Nemo ibi cantat.
Nonne deo subiecta erit anima mea.
Nemo ibi audit vocantem. Venite
ad me omnes qui laboratis et one-
rati estis. Cuius radix est divinitas.
stirpes humanitas. viriditas casti-
tas. folia verba Christi et fructus
spiritus sancti. Quod etiam ostendit

doctor sanctus libro primo contra gentiles
capitulo secundo dicens. Inter omnia hominum studia
sapiencie studium est perfectius. sublimius.
utilius. et iocundius. Perfectius quidem
quia inquantum se homo studio dat
in tantum vere beatitudinis iam aliquam
partem habet. Ideo dicitur. Sapiencie xiiii.
Beatus vir qui in sapiencia morabitur.
Sublimius autem est. quia per ipsum homo
precipue ad divinam similitudinem accedit.
qui omnia in sapiencia fecit. Et quia
similitudo est causa dilectionis. ideo
sapiencie studium precipue per amiciciam
deo coniungit. Unde dicitur. Sapiencie vii.
Infinitus thesaurus est hominibus.
quo qui usi sunt. participes facti
sunt amicicie dei. Utilius autem est
quia per ipsam sapiencia ad immortalitatis
regnum pervenitur. Concupiscencia enim sa-
piencie ducit ad regnum perpetuum. in eo-
dem sapiencie ibidem capitulo sexto. Iocun-
dius autem est. quia non habet amaritudinem
conversacio illius. nec tedium convictus illius.
sed leticiam et gaudium. ibidem capitulo octavo.
Inter quod Ieronimus in epistola ad paulinum
ita scribit. Oro te frater karissime. inter hec
vivere. ista meditari. nichil aliud
nosse. nil quam aliud querere. Nonne
tibi videtur iam hic in terris regni ce-
lestis habitaculum. Et inter cetera dictamina
interius. quorum sancta nobilissimum perveneret — nobi-/lissimum
in celis. Hec autem sunt. que vetus testa-
et novum testamentum. Ad declarandum autem
qua racione scripture divine dicuntur testamenta
dei. Sciendum quod testamentum quantum sufficiat
ad propositum. est scriptura vel carta
testibus seu legitimis testimoniis corro-
borata. manifestans finalem volun-
tatem et intencionem testatoris vel patris-
familias. quantum ad distribucionem vel dis-
posicionem rerum. et ordinacionem que post
sunt eius decedenti. Et secundum hanc accep-
cionem testamenti. tota divina scriptura
est testamentum magni patrisfamilias
scilicet dei patris. quia in ipsa scriptura
multis testimoniis veritatis autenti-
cata. manifestatur finalis voluntas et in-
tencio dei patris. de Christo filio suo.
et de spiritu sancto. et de toto mundo.
et omni creatura racionali. quantum
ad ea que quilibet eius debet facere
et que vitare. et que bona vel mala
volt ei dare. pro meritis vel demeritis.
Hec enim omnia continet liber vite
et testamentum altissimi ut dicitur Ecclesiastici
24. Unde est quod secundum hanc accepcionem
testamenti. forte magis proprie Christus
posset poni paterfamilias testator.
quia post eius mortem est confirmatum

et aptum est testamentum predictum scilicet ipsa divina scriptura tunc etiam plene manifestata est finalis voluntas et intentio dei super omnibus que disposuit in celo et in terra et de hominibus et de omnibus creaturis sibi subiectis. Unde dicit ysidorus quinto libro ethimologiarum. Testamentum vocatum est quia nisi testator mortuus fuerit nec confirmari potest nec sciri quid in eo scriptum sit quoniam clausum est et obsignatum. Etiam inde dictum est testamentum quia non valet nisi post testatoris mortem. Unde et apostolus testamentum inquit in mortuis confirmatur hebreorum 9. Et subiungit. Hanc testamentum in scripturis non hoc solum dicitur quod non valet nisi testatoribus mortuis sed omne pactum et placitum testamentum vocabatur. Nam laban et iacob testamentum fecerunt quod utique etiam inter vivos valeret. Et in psalmis legitur disposuerunt adversum te testamentum id est pactum. Et alibi peccatori autem dixit deus quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum id est placitum vel constitutum a me vel legem meam. Alia etiam consideratione sacra scriptura potest dici testamentum id est testimonium ex eo quod tales autentice scripture testificantur mortalibus quod talis est voluntas dei de ipsis et de omnibus et quod talia deus facit et fecit et talia facturus est. Vel scriptura sacra dicitur testamentum id est testificatio quia testificatur de eo quod ipse sufficienter fecit omnia que debuit pro salute generis humani et hominem ipsum erudivit et ei legem posuit et ei tot et tanta beneficia contulit quod per eius opus fuisset ut potuit et debuit ex toto salvatum fuisset. Est etiam testamentum quo in finali iudicio vel in hominis morte adducto nequaquam dampnandorum homo se poterit excusare vel deum incusare super insufficienti provisione pro sua salute valde ergo timendum est nobis hoc testamentum scilicet scriptura divinitus revelata ne per non facientes ea que nobis ex parte dei mandat et manifestat in iudicio contra nos adducatur in testimonium dampnationis inevitabile. Deuteronomii 31. Postquam scripsit moyses verba legis in volumine atque complevit precepit levitis qui portabant archam federis domini dicens. Tollite librum istum et ponite eum in latere arche federis domini dei vestri ut sit ibi contra te in testimonium. Et iosue 24. Scripsit iosue fedus et

posuit populo precepta atque iudicia scripsit quoque omnia verba in volumine legis et tulit lapidem pergrandem posuitque eum subter quercum que erat in sanctuario domini et dixit ad omnem populum. En lapis iste vobis erit in testimonium quod audierit omnia verba domini que locutus est vobis ne postea negare velitis. Et licet ista premissa dicantur de veteri testamento magis videntur de novo quod clarius et plenius ac finaliter manifestat eternum dei propositum in antiquo testamento obscurius clausum quod et per mortem christi confirmatum est et morte christi testatoris immediatius confirmatum. Quamvis licet duo testamenta idem contineant quantum ad intelligentiam spiritualem et sensum mysticum sive spiritualem. Tamen novum prestantius est antiquo et ad ipsum comparatur sicut lumen ad umbram sicut figuratum ad figuram sicut mulier ad testam sicut dies ad noctem ut glosa ad textum et sicut impletio ad promissum et etiam quia nova veteribus addit et in agendis et credendis. Unde dicit Galatas 4. Audistis quia dictum est antiquis non occides et cetera et sic ibidem et etiam alibi de multis novis et perfectioribus additionibus super ea que fuerunt veteris testamenti. Novum etiam docet et instituit regenerationem et renovationem veteris hominis per baptismum et alia sacra. Ostendit quod deponendam veterem conversationem in oblivionem qua sub lege et ante legem erat secundum carnem et mundum et non secundum spiritum et deum. Tradit quoque novam que secundum deum est vitam spiritualem ad regna celestia aspirantem. De quo igitur novi testamenti quatuor principalioribus scriptoribus dicit ysidorus libro 6o ethimologiarum. Quorum primus matheus conscripsit evangelium litteris hebraicis et sermonibus in iudea. Secundus marcus plenus spiritu sancto discipulus petri scripsit evangelium christi eloquio greco in ytalia secutus petrum ut discipulus. Tercius lucas inter omnes evangelistas greci sermonis eruditissimus quippe ut medicus in grecia scripsit evangelium theofilo episcopo. Quartus iohannes scripsit evangelium ultimus in asia. Etiam in greco hii sunt quatuor divinus evangelice historie et doctrine scriptores qui secundum ieronimum in epistola ad paulinum dicuntur quadriga domini quia per quatuor mundi partes predicando portaverunt nomen domini nostri. Sub antiquo testamento in auditum scilicet quo deus nominatur

trinus et unus nominatur, filius nominatur homo ex tribus geminis, et ita de multis aliis nominibus. Sic ergo quatuor evangeliste in diversis locis atque temporibus distantibus a passione domini de Christo et doctrina eius historiam conscripserunt. Et quia principaliter concordant et non contrariantur in aliquo secundum intellectum, signum est evidens veritatis eorum que scripserunt, quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbum, Deutronomio 19o. Signum etiam est quod in scribendo directi sunt a spiritu sancto, quia non potuissent alias humano modo tot et talium Christi verborum et factorum memoriam distinctam habuisse. Matheus enim 8o anno, Marcus vero 40 a passione domini sua evangelia scripsisse narrantur. Et quod vero isti quatuor evangeliorum scriptores non concordant in stilo seu modo loquendi nec in ordine dicendorum, ut quilibet omnia posuit, sed unus hic alter aliud, signum est evidens et manifestum quod antequam scriberent non convenerunt simul ut haberent collationem de scribendis, sed unusquisque scripsit in suo loco et tempore prout tunc spiritus sanctus dabat ei eloqui secundum exigentiam cause vel occasionis seu materie scribendi. Quare vero non statim post receptionem spiritus sancti scripserunt et de aliis dubiis dicetur infra in fine prologi. Inter quatuor autem evangelistas vel potius quatuor libros unius evangelii, secundum beatum Augustinum super Johannem sermone 34, Johannes apostolus non immerito secundum intelligentiam spiritualem aquile comparatus altius multoque sublimius aliis tribus erexit predicationem suam, et ita corda nostra voluit erigi. Nam ceteri evangeliste tanquam cum homine domino in terra ambulant, de deitate eius pauca dixerunt. Istum autem quasi piguit in terra ambulare, sicut ipse in exordio sui sermonis intonuit. Erexit se non solum super terram sed super omnem ambitum aeris et celorum et super omnem etiam exercitus angelorum omnemque constitutionem invisibilium potestatum, et pervenit ad eum per quem facta sunt omnia, dicendo: In principio erat verbum etc. Et quia commendatio auctoris redundat in opus, et ergo commendatio operis in auctorem, ideo pro commendatione beati Johannis evangeliste convenienter assumuntur ista verba: Numquid ad preceptum tuum elevabitur aquila et in arduis ponet nidum suum, Job 39, ubi secundum beatum Gregorium 31 moralium et Augustinum in omelia 36

super Johannem, cum scripturam sacram mystice tractaverunt, in 4or aliis de quibus Ezechiel primo et Apocalipsis 4to quatuor evangelistas intellexerunt. Per aquilam enim prophetam secundum Ezechielem Johannes signatur, qui volando terram deseruit, et per subtilem intelligentiam interna misteria verbi videndo penetravit. Aquila quippe Johannes sublimium predicator et lucis interne fixis oculis contemplator. Ideo ad significationem sublimissime limpiditatis beati Johannis in divinis archanis contemplandis et ad significationem elevatissimi amoris in eisdem speculandis et amplexandis convenienter proponuntur premissa verba: Numquid ad preceptum tuum elevabitur aquila etc. In quibus quatuor prenotantur. Primo intellectualis acuminis beati Johannis irreverberabilis limpiditas, in hoc quod dicitur aquila. Secundo inexpressibilis amoris sublimitas, in hoc quod subditur in arduis ponet nidum. Tertio huius elevationis ad predicta divina secreta contemplanda et amanda ab homine impossibilitas, et eiusdem elevationis a solo deo possibilitas, que duo notantur cum premittitur: Numquid ad preceptum tuum elevabitur, quasi dicat non ad tuum humanum sed ad meum divinum. Nam in premissa questione et consimilibus quas deus a beato Job querit, ibidem statuitur humana infirmitas et denotatur divina potestas, prout innuit beatus Gregorius 29 moralium. Quartus ergo sanctus in primatus excessiva limpiditatem intellectualem beati Johannis ait aquila. Et hoc mentionem, nam ut ait glossa super epistolam super angelicam iterum c. xv, aquila est avis regia, altivola, circinola, ad alimentum a longe videndum habet acumen perspicuum, et ad prosequendum illud velocitatem volatus, prosequendi motus prudentia naturalis eius dirigit, et ad radium solarem in sua virtute radiantem intuitu directo et irreverberato conspicit. Et Ambrosius Exameron omelia 5. Et Gregorius super Ezechielem omelia quarta: Aquila ad sublimia evolat et irreverberatis oculis solis radiis intendit. Talis spiritualiter fuit beatus Johannes in secretis celestibus et incontemplabilibus perscrutandis. Unde Augustinus de concordia evangelistarum libro primo post principium ita dicit: Johannes super nubila infirmitatis humane velut aquila volat et lucem incommutabilis veritatis acutissimis atque firmissimis oculis cordis intuetur.

Et de hac aquila sic volante dicitur per
Ezechielem 20 et 17 via sunt difficilia et ter-
minum aquile in celo, i. clementia beati
Iohannis in archanis celestibus specu-
landis. Et Iob 9 Sicut aquila volans
ad escam. ibi glossa i. ex mora de specta-
tibus aquile in multitudine. Et in hoc pz primum.
Secundo igitur aquila propter tendentia ponit
nidum in arduis i. maximum amorem
in celestibus unde Gregorius ubi supra
super mora 31 in arduis ponit nidum
et in supernis figit quod ad nidum vel quia ter-
rena despiciens desiderio de celestibus
nutritur. Unde sibi competit illud Num.
23. Robustum est habitaculum tuum sed si
in petra posueris nidum tuum i. i. xo.
illud qui est petra 1 Cor. 10. Nam
ipse fuit amantissimus domini de quo Deut.
33 amantissimus deo habitabit confidenter
ubi enim amor ibi est habitacio, ait quidam
in augustinum omnem rationem propter eum amando.
corde habitamus. Et quoniam totus amor
beati Iohannis fuit ad deum et ad divina
ideo in illis posuit nidum. Unde et de
sua limpida intelligencia et dilectione ele-
vata verificatur illud Ysaie 33 Ecce
intelliget servus meus et exaltabitur et
elevabitur et sublimis erit valde.
Elevabitur inquam celica yma desiste
que superacionem in statu, et exaltabitur excessiva
sua et extatica i. extrasupra patente
dilectione in affectu, et sublimis erit
valde per suspensiva contemplacione
in intellectu. Et quoniam sic elevatum tam
in contemplando divina secreta, quam
in amando non fuit humane virtutis
sed divine potestatis et ideo multo permittitur
hic nunquam ad preceptum tunc elevabitur
q. d. non ex humana virtute fuit beatus
Iohannes elevatus dictis modis sed
ex divina potestate sublimatus. Et ideo
quoniam in ipsius figura dicitur Ysaie
58 Implebit splendoribus animam
tuam. Ex quo patet sue intelligencie
acutissima limpiditas. Et sequitur
Tunc delectaberis super dominum et sustollam
te super altitudine terre et nutriam
te hereditate patris tui, quantum
ad elevatam sua dilectionem et maxima
in divinis archanis speculandis et
amplexandis. Et declarat propter suum singularem
et magnificam ac mirificam elevacionem
dicit augustinus propter eum omne pa. Erat
Iohannes de illis montibus de quibus
scriptum est in psalmo Suscipiant montes
pacem populo Suscipiat pacem montes
ipse et contemplabatur divinitatem vi-
vacius erat iste mons quod excelsus
transcenderat omnia cacumina terrarum et
montium. Transcenderat omnes campos

aereos quinque transcenderat omnem altitudinem
siderum et transcenderat omnes choros et legiones
angelorum. Nisi enim transcenderet ista que
creata sunt non perveniret ad eum per quem
omnia facta sunt. Idem idem super Ione
c. 1 Et Lucas omne pa propter Iohannem
et Gregorius omne quarta propter Ezechielem.
Et ideo aquila de super ipsorum quatuor
Ezechielis post quoniam Iohannes pater quod in prin-
cipio libri vidit esse super semetipsum transsiluit.
Et ideo dicit Petrus Damiani in
sermone de ipsius natali quod hic cuique
redemptor noster ad declarandam sue di-
vinitatis essenciam quasi quoddam organum
fecit atque ut hic impleret quod ad
tempus ipse dominus dispensative suppressit
vitam dereliquit ut ea doceret hic
primo latentes firmiora iam in via
veritatis vestigia fixissent esse ad
cognoscendam divine nocionis celsitudinem
promoveret. Et subdit hic autem propter
eminentem divine sue graciam ex illo ce-
lesti gazophilacio traxit in quo sunt
omnes thesauri sapiencie et sciencie absconditi
in immitto ut qui sibi carnis illece-
bras amputat celestium epularum
deliciis fruetur et illuc acie mentis
attingeret quo non propheta non patriarcha
non denique quisquam ab ipso mundi pri-
mordio cognoscitur in carne positus
aspirasse. Cum ergo de deo incompara-
biliter ceteris mortalibus loquitur non solum
a grecis sed etiam a latinis theologus
appellatur. Theotocos Maria quia
deum peperit genuit Theologus Iohannes,
quia dei verbum profundissima subtilitate
descripsit. Et ideo dignum est ut qui pre
cunctis mortalibus a Christo specialiter est
dilectus, a Christi fidelibus pre maxime
diligatur. Precertissime ipse etiam nobis ta-
te caritatis extiterat ut sacriore ce-
lestium thesauros quos plus accepat
nobis in predicando largius erogaret.
Ex dictis ergo patet et sublimis lim-
piditas beati Iohannis in celestibus ac
divinis spectandis. Et elevatissimi
amoris sublimitas et a solo deo
ad predicta elevabilitas et quinque
elevacionibus ab humana virtute impotentia
ut dictum est. Ex hiis esse pz ut tale
quod sit causa quod est 2 secundum
Iohannem. Causa namque efficiens prima
est ipse filius dei qui revelat archa-
na que continentur in hoc evangelio beato Iohanni.
Causa vero formalis et materialis fuit
beatus Iohannes adeo inspiratus. Causa
vero materialis est deitas et humanitas in
Christo ac opera dispensacionis et commenta

fili dei / vnde augustinus super iohannem de concordia ewangelistarum. Iohannes ipsam maxime deitatem ihesu christi qua patri est equalis intendit / eamque precipue suo ewangelio quantum inter homines sufficere credidit commendare curauit. Itaque longe tribus aliis prefertur. Causa vero formalis que est modus agendi est narratiuus certitudinalis et exquisitiuus / vt ex eo dicit Hugus in prologo. Iohannes in primis acutissimus est et miraculis enarrandis non multum studuit sed maxime in sermonibus et locucionibus christi ad [illegible] studuit. vnde amplius narrat sermones christi doctrinam quam miracula. Causa vero formalis que consistit in dispositione libri patebit circa diuisionem eius. Causa vero finalis propinqua est induccio fidei in credentibus. Causa vero finalis vltima et principalis est assecucio vite eterne. infra xx. Hec scripta sunt ut credatis quia ihesus est filius dei. et ut credentes vitam habeatis eternam etc. Nota quod ewangelium beati Iohannis sublimius est omnibus aliis scripturis. Sublimitas quippe doctrine consideratur ex tribus. aut quia de sublimibus agit. aut quia sublimiter procedit. aut quia ad sublimia perducit. Ewangelium autem beati iohannis de sublimibus agit. quia de verbo incarnato. secundum vtramque naturam. que sunt valde sublimes. maxime in diuina de qua dicitur Ezechielis xvii. Hec dicit dominus deus. Ego sumam de medulla cedri sublimis et plantabo super montem excelsum et eminentem in monte sublimi israhel. Medulla cedri sublimis est latens diuinitas verbi. quam plantat deus pater in monte sublimi israhel. id est in vnione humane nature in christo. qui est lapis abscisus de monte sine manibus. Danielis ii. Declarat medulla cedri est ewangelium beati Iohannis vnde subditur in eodem capitulo Ezechielis. Aquila grandis magnarum alarum. id est per contemplacionis altitudinem. longo membrorum ductu. id est per expectacionis longitudinem. plena plumis et varietate. id est per virtutum multitudinem. venit ad libanum id est ad montem montium christum. et tulit medullam cedri id est latentem diuinitatem verbi. et summitatem frondium auulsit. quia diuinorum operum excellenciam descripsit. vt nobilissima miracula et altissima documenta. que alii ewangeliste reliquerunt intacta. Quia ergo libanus est mons altissimus in mundo. et cedrus est arbor alta in libano. et summitas frondium altissima in cedro. sicut ergo qui summitatem frondium cedri auulsit. de sublimibus agit. Secundo eciam sublimiter procedit. Modus enim procedendi sublimis est. modus certitudinalis. nam ille dicit sic sublimiores. qui sunt certiores. Iste modus procedendi sublimis describitur Ezechielis primo. in figura alarum per quas ewangeliste intelliguntur. Audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum. quasi sonum sublimis dei. Sonus sublimis dei est certitudinalis non variabilis. quia non est deus ut homo ut mentiatur. Ideo dominus dicebat de se infra iii. Quod scimus loquimur et quod vidimus testamur. Hoc modo certitudinali loquebatur Iohannes infra xix. Qui vidit testimonium perhibuit. et testimonium eius verum est. et ille scit quia verum dicit. vnde et in canonica sua [illegible] audiuimus et vidimus oculis nostris quod perspeximus et manus nostre contrectauerunt. de verbo vite testamur et annunciamus vobis. Tercio ad sublimia ducit. declarat hoc ewangelium. Sublimia namque sunt eterna bona. nam bona temporalia sunt infima et momentanea. ii ad Corinthios iiii. Id quod est in presenti momentaneum et leue tribulacionis / supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operabitur in nobis. Ad hoc sublime pondus per glorie perducit doctrina ewangelii Iohannis infra xx. Hec scripta sunt ut credatis quia ihesus est filius dei. et ut credentes vitam habeatis in quam oculus non vidit etc. Secundum beatum augustinum in principio libri de consensu quatuor ewangelistarum Inter omnes diuinas auctoritates que sanctis litteris continentur. ewangelium merito excellit. Quod enim lex et prophete futurum prenunciauerunt hic redditum atque completum in ewangelio demonstratur. Cuius primi predicatores apostoli fuerunt qui dominum et saluatorem nostrum ihesum christum eciam presentem in carne viderunt. et non solum que ex ore eius audita vel ab illo sub oculis suis operata dicta et facta meminerant verum eciam que prius quam illi per discipulatum adhesissent. in eius natiuitate vel infancia vel pueritia diuinitus gesta et digna memoria. siue ab ipso siue a parentibus eius siue a quibuslibet aliis. certissimis indiciis et fidelissimis testimoniis requirere et cognoscere potuerunt. imposito sibi ewangelisandi munere. generi humano annunciare curarent. Sunt autem quatuor ewangeliste

in toto t[er]rarum orbe notissimi. Et ob h[oc]
forte i[n]mo[r]. q[uonia]m quatuor sunt pleb[is]
o[rbis] t[er]re p[ar]tes p[er] q[uas] v[ir]tutem xp[ist]i et eccl[es]iam
dilatata[m] ip[s]i sui m[ini]st[er]ii sacro quodam
declararent. Et ut d[icit] aug[ustinus] s[upe]r p[ro]log[um]
o[mn]e [et] c[etera] designat[ur] p[er] id al[ia] quadru
pes. q[ui]b[us] quatuor p[er]sonas h[omin]is
vituli leonis et aquile. de quo h[abe]tur
Ezech[iel] p[rim]o. et apoc[alypsis] iiii[o] na[m] qui in
sc[ri]ptura sc[ri]pturas tractaverunt. in i[ll]o al[iu]d
leonem pro rege posuerunt. q[ui]a leo
videt[ur] esse quasi o[mn]i rex b[estia]rum p[ro]p[ter]
potencia[m] et t[er]ribilem fortitudinem.
H[ec] p[er]sona tributa est marco. qui
in g[e]n[er]ationibus d[omi]ni regiam seriem p[ro]
secutus est. ostendens quemadmodum
d[omi]n[u]s p[er] p[ro]pem regiam de semine d[avi]d
regis descendit. lucas aut[em]. quia
cepit a sac[er]dotio zacharie sac[er]dotis
faciens inicium. p[ro]ut joh[ann]is bapt[iste]
vitulo deputatus est. q[ui]a magna
victima de vitulis e[ra]t in sac[r]ificiis
sac[er]dotu[m]. Matheo. xp[istu]s homo p[er]
initio signatus est. quia neq[ue] de
regia p[otes]tate aliquid dixit. neque
a sac[er]dotali cepit. sed tantu[m] ab h[omi]ne
xp[ist]o exorsus est. h[ii] omnes iste de
t[er]renis v[el] de h[iis] que in t[er]ra gessit
d[omi]n[u]s ih[esu]s xp[istu]s nos receperunt. de di
vinitate eius p[er]pauca locuti sunt.
tanqua[m] in t[er]ra cu[m] i[ll]o ambulantes.
Restat aq[ui]la joh[ann]is. sublimium p[re]di
cator. et lucis int[er]ne atq[ue] eterne
fixis oculis contemplator. quo
pulli aquile probant[ur]. dicunt eni[m]
aquilarum pulli s[ic] probari. p[ri]us
s[cilicet] ungue suspendi. et radiis solis
opponi. qui s[in]e contemplati sunt
filius agnoscit[ur]. Si aut[em] palpitaverit
tanqua[m] adulterinus. ab ungue
dimittit[ur]. Tam ergo vide q[uam] sublim[ia]
loqui debuit. qui est aquile com
paratus. Est eni[m] ewangeliu[m] beati
joh[ann]is sublimius omnib[us] aliis scrip
turis. ut supra p[a]t[et]. Huic ergo soli
doctrine ewangelii s[ecundu]m joh[ann]em. quod
teste est sublimiq[ue] p[er]fectiq[ue] et utiliq[ue]
n[isi] exp[re]ssius. et infra dicetur.
Beatus jer[onimus] toci[us] biblie t[ra]nslator
et int[er]pres p[re]cipuus et xp[ist]ianissimus
p[re]mittit p[ro]logu[m] seu prohemium
in hec verba / **Prologus hieronimi.**

Hic est Joh[ann]es ewangelista.
unus ex discipulis d[omi]ni.
qui virgo est. a d[e]o dilectus.
Quem de nuptiis volentem

Nubere vocavit deus. In h[oc] ergo
prologo b[ea]ti jeronimi. tria p[ri]ncipal[iter]
fiunt. P[ri]mo describit autoris h[uius] ewan[gelii] /
commendacio[n]em. 2o ip[s]ius ewangelii or
dinem ibi Tamen p[ost] o[mn]es ewan[gelium]
istud scripsit. Tercio subdit r[ati]o[n]em
q[ua]m exticacionem. quare no[n] plene
debeat ordine h[uius] libri ad alios. ibi
Quorum t[ame]n. vel scriptorum t[em]poris d[is]posi[tio]
vel librorum ordinacio p[er] singula a no
bis no[n] exponit[ur]. Prima p[ar]s dividit[ur]
in quatuor p[ar]ticulas. q[ui]a p[ri]mo describit[ur]
b[ea]ti joh[ann]is status. 2o sue descripcionis
modus. ibi denique manifestus in
ewang[eli]o q[uo]d erat ip[s]e. 3o tercio descrip
tionis locus et t[em]p[u]s. ibi. Hic aut[em] ewa[n]
geliu[m] scripsit in asia postquam
in pathmos insula scripserat apo
kalipsi[m]. Quarto Joh[ann]is obitus. ibi. Hic
est joh[ann]es qui sciens sup[er]venisse
diem recessus sui. [et] Circa p[ri]mu[m]
joh[ann]is commendat[ur] a quatuor. P[ri]mo
describit[ur] eius commendacio. ex no[m]i[n]e p[ro]p[ri]o
cum d[icit] hic e[st] joh[ann]es. 2o ab officio
cum addit ewangelista. Tercio a dig[ni]tate
cu[m] d[icit]. unus ex d[iscipu]lis d[omi]ni. Quarto a
virginitate cu[m] subdit. qui virgo a deo e
lectus. et addit[ur] t[em]p[u]s. quo vocatus
est ad continencia[m] virginalem. cu[m] d[icit]
quem de nuptiis volente[m] nube[re]
xp[istu]s vocavit. Quantum ad p[ri]mum
d[icit]. hic s[cilicet] qui scripsit h[oc] ewangelium
tenens p[er]fectiq[ue] sublimiq[ue] et utilius.
Est joh[ann]es. s[cilicet] q[uo]d int[er]p[re]tat[ur] gracia dei.
vel in quo e[st] gr[aci]a. vel cui donatu[m] est
vel cui donatio facta e[st]. p[ro] h[oc] intellig[itur]
quatuor p[ri]vilegia. sibi divinit[us] con
cessa. quorum p[ri]mu[m] est. p[ro]p[r]ia dei di
lectio. unde dicit[ur] gracia dei. Secundu[m]
p[ri]vilegiu[m] fuit. carnis incor
ruptio. unde dicit[ur]. in quo e[st] gracia
s[cilicet] virginal[is]. q[ue] e[st] sp[eci]alis gr[aci]a dei. Tercium
est secretorum revelacio. unde dicit[ur]. Cui
donatu[m] e[st] s[cilicet] noscere multa secreta
et profunda puta de divinitate verbi
g[e]n[er]acio[n]e [et] s[imi]l[ibus] et h[uius]mo[d]i. Quartum est
matris dei commendacio. u[nde] d[icit]. Cui
donatio f[ac]ta est s[cilicet] mat[er] dei in cruce
d[omi]ni. Cui quoq[ue] donata e[st] gracia no[n]
solu[m] g[e]n[er]alis. q[ua] gratu[m] facit deo. sed
eci[am] sp[eci]alis. q[ui]a familiaris fuit xp[ist]o
p[ri]mo et singularis. q[ui]a virgo virginem
custodiendam suscepit. et sup[er] pectus
d[omi]ni in cena recubuit. ubi p[re]ceteris
aqua[m] sapie[n]cie p[er]m[an]e[n]tis de ipso
fonte pectoris d[omi]ni potavit. Sic

(left margin, beside "oppo[n]i"): fir[m]e

(right margin): q[ua]tuor p[ri]vilegia

cum ysaac in veteri testamento, et iohannes
baptista in novo, propria ipsa nomina sortiti
sunt ex ordinatione divina ad designan-
dum ipsorum proprietatem, ut patet Genesis
xviii de ysaac et Luce primo de iohanne
baptista. Et ita pie credendum est quod iste
sit nominatus iohannes ex ordinatione
divina propter plenitudinem gratie eius
unde non sit scriptum quia non omnia scripta
sunt ut in fine Iohannis ewangelii. Circa
quod sciendum utrum in qualitate propriorum
nominum lateant conditiones et eventus
hominum. Et videtur quod sic per auctoritatem et per
ysidorum libro viii ethimologiarum talis vi. dicit
plerumque priores hominum ex propriis causis
originem nominum dederunt, quibus ita
proprie inventa sunt vocabula ut
aut futuris aut precedentibus convenien-
tibus causis concordarent. Oppositum videtur quia
per se nichil prohibet esse vel
posse esse aliquam licitam artem di-
vinandi ex propriis nominibus hominum
de ipsorum conditionibus et eventibus.
Cuius contrarium patet quia per doctores ca-
tholicos est una species divinationis
superstitiose, cum quidam superstitiosi inspi-
volentes ex qualitate propriorum nominum
cognoscere quales homines sunt
et que eis acciderunt et que futura sunt
et quis duellare debentium victurus
sit. Et ad argumentum responsionis ponun-
tur propositiones. Prima non est credendum
ut verisimile quod omne proprium nomen
secundum originalem eius impositionem habeat
in aliqua lingua significativam interpretationem.
Patet quia verisimile est quod multotiens ad
voces fictas quarum nec partes nec tote
in aliquo ydeomate significabant im-
posite sunt quibus utebantur tanquam propria
nomina sicut bu vel ba. Item dicit ysido-
rus ix ethimologiarum quod nomina gentium antiqua
et primordialia sunt plurimum corrupta
et alterata et sic perdiderunt originem
interpretationum. Igitur propositio vera.
Secunda propositio supposito quod omne proprium nomen
iuxta originalem impositionem sit
alicuius conditionis vel eventus significativum, non
tamen semper secundum significationem illi aptatum
imponitur. Patet quia impositio
nominum dependet a libero arbitrio
hominum quod dimittit decus quandam
ad hoc ut plurimum quam merum vel co-
nsuetudini [illegible] quia consueverunt
homines quoque filiis suis imponere
nomina secundum sanctos atque secundum progenito-
res vel parentes non attendendo interpre-
tationem nominis sed probitatem vel famo-
sitatem recolendorum hominum. Et propositio vera.
Tercia propositio est quod interpretatio nominis
eventui vel proprietati conveniet, hoc est vel
ex casuali impositione vel ex divina dis-
positione vel ex hominum intentione, utrumque
tamen ex rerum correlatione. Propositio quoad has
partes. Et prima patet ex deductione
propositionis immediate precedentis in qua
declaratum est quod casualis est plurimum nominum
impositio quo ad concordiam interpretationum
cum re. Secunda pars scilicet de divina dispositione
patet de multis quibus nomina fuerunt
imposita ex speciali divina dispositione.
Unde dicit ysidorus libro viii et ix ethimologiarum
quod ex speciali divina dispositione multi fue-
runt eius nominibus nominati quorum no-
minum interpretatio erat consona conditionibus
eorum et que illis que eis acciderunt
vel que futura erant illis vel per illos.
Tercia pars patet videlicet quod quandoque ex hominum
intentione significatio nominis competit no-
minato quia nomen est quia convenientie.
Quod homines consueverunt multotiens
ex intentione nomina filiis suis impo-
nere ex eventibus tempore nativitatis
vel ex conditione seu proprietate rei, sicut
maxime patet de hebreis veteris testa-
menti qui ut plurimum ex nominibus ap-
pellativis fabricaverunt per compositionem
nomina propria aliquando etiam significationem vel
connotationem alicuius conditionis vel eventus,
sicut si quis vocaret filium suum
in latino deodatus vel bonifacius vel
desiderius vel manu fortis. Similiter
in aliis ydeomatibus possunt componi
nomina secundum modum quo olim hebrei com-
posuerunt propria nomina suis filiis ut patet.
Quarta aut apud veteres sunt talis
modus componendi vel imponendi nomina propria
et modo non est ita communis saltem. Patet quia
quod forte talem modum faciendi propria nomina
veteres habebant ab adam qui forte
tali modo consueverat imponere nomina
omnibus rebus ut Genesis 2o. Postea
vero cum propria nomina sunt multiplicata et
formata sufficienter, posteriores potius pro
predecessorum nominibus volebant uti
propter memoriam et imitationem predecessorum
quam nova nomina formare, vel propter
mysticam intelligentiam divine scripture
divinitus provisum sunt quod nomina propria que
in eis habentur secundum varias interpretationes
imponuntur congruentes variis se-
nsibus spiritualibus divine scripture. Exem-
plo, namque quod nomina propria hominum montium
urbium fluminum et cetera contenta in divinis scrip-
turis habent sic varias interpretationes

signum est quod spiritus sanctus non solum intendit in illius scripturis sensum litteralem vel historialem. Sed ponit multiplicem sensum spiritualem et multa misteria quia non posset sufficienter alia causa reddi tante diversitatis interpretacionum nominum prophe- hebraicorum. Quarta vero pars propositi scilicet quod ex celi constellacione nominis sed non competit nominacio patet quia si composicio nominum in re esset cum constellacione tunc semper homines similiter fortunati et fatalis dispositionis haberent similia propria nomina. Cuius tamen falsitas est manifesta quia plurimi vocantur eodem nomine qui tamen sunt valde diversi in complexionibus et moribus et fortunis. Item alii pessime hec nomina Ephesie inter platonicos et ego. Ex quibus patet tercio quod ex nulla occulta disposicione celi vel nature latet nominibus hominum quibuscunque et fortune patet quia homines valde dispares fortunati et morigerati reperiuntur similiter nominum et mali bonorum nominum et ego ut dictum est. Ergo patet vanitas et superstitiosa subtilitas Alkindi de radiis stellarum invenientis quod in terminis in quantum rei proprio nomine proprietates eius et complexiones relucent, quod qui perfecte nominis constructionem sciret, in illo totam naturam rei nominate conspiceret et disceret an bonus vel malus fur vel latro sit. Quod vanum est et superstitiosum ex dictis. Et tantum de commendacione auctoris ex nomine. Sequitur eius commendacio ab officio cum subditur evangeliste id est officium habens scribendi hoc evangelium et hoc ex divina preordinacione. Non enim proprie loquendo dicitur evangelista doctor evangelii vel eius predicator sed ille qui ex officio et divina preordinacione est eius scriptor. Qualis fuit beatus Johannes. Unde Crisostomus super Johannem omelia sexta sic de eo scribit. Beatus Johannes patriam habuit Galileam ignobilem vicum scilicet et provinciam. Cum detrahebant et scribe dicentes a Galilea prophetam non surgere ut de aliqua fuit insigni villa vel nominata civitate sed Bethsaida. Patrem habuit Zebedeum piscatorem adeo egenum et pauperem ut et filios ad eadem duceret operacionem. Hic quoque apparet in piscatoribus minorem ordinem tenebat quia non in mari venabatur sed in quodam parvo stagno. Hic erat civita cum Iacobo fratre parvo et prestantia aut ei erat egestas ut vetera retia consuerent quia nova emere nequibant et subdit nec parva sunt hec documenta virtutis, eum facile paupertatem tollerare, de iustis laboribus vivere, mutua caritate connecti, et in patris inopis obsequio laborare. Sed et de neque Johannem illiteratum et ydiotam fuisse Lucas testatur quia scilicet inops et pauper ad forum se immittebat nec virtutis sapientibus loquebatur, sed piscatorum affixus erat, ipsorum quoque piscium silencium imitabatur. Cumque ergo genus et patriam et educacionem et artem docere non est superfluum. Cum enim didiceris quibus et unde sunt et ex quibus et qualis. Deinde vocem eius de celo venientem et philosophiam eorum audieris, tunc scies vere quia non sunt ipsius sed virtutis divine moventis animam eius. Per ipsum enim ad quam natura loquitur deus. Et ideo itaque de celo loquens et tonitruo clariorem vocem emittens omnem orbem terrarum boatu replevit ut apparet est iste boatus sed omni armonia musica voluptuosior. Fortassis a piscatore iste audituram esse quis expectabat de hiis que sunt in fluminibus de piscibus in aquis congregatim natantibus. Sed illiteratus et ydiota priusquam ad Christum venit de celestibus predicari cepit. Talia quod dogmata referre que nullus unquam homo antea didicit. Et si ergo derideant gentiles hominum ystoriarum tem ex quo hii et hic et reliqui piscatores sunt ex tunc pitagorice in plenitudine devenerunt hec ille. Et proeorum scriptura est scriptura Christi. Sicut dicit Augustinus libro primo de consensu evangelistarum. Omnibus discipulis suis Christus per illorum quem assumpsit tanquam membris sui corporis caput est. Itaque cum illi scripserunt que ille ostendit et dixit nequaquam est dicendum quod ille non scripserit. Siquidem eius membra id operata sunt quod dictantem capite cognoverunt. Quicquid enim ille de suis factis et dictis nos legere voluit hoc scribendum illis tanquam suis manibus imperavit. Hec unitatis consorcium et in diversis officiis concordium membrorum sub uno capite quisquis intellexerit non aliter accipiet quod narrantibus discipulis Christi in evangelio legit quam si ipsam manum domini quam in corpore proprio gestabat scribentem conspexerit. Unde idem Augustinus super Johannem omelia 2a quod prius sit audiamus evangelium quasi presentem dominum.

nec dicam / o felices illi qui cum videre
potuerunt / quoniam multi in eis qui vide-
runt occiderunt / et multi in nobis
qui non viderunt crediderunt / Quos
enim sermo sonabat de ore domini /
et ipse nobis scriptum est / et nobis reser-
vatum / et ipse nos rentatum / Recita-
bitur eciam posteris nostris / et donec seculum
finiatur / scriptum est dum / sed et hic vi-
tas eius diffusa est / De cuius utilitate
dicit in prologo libri de oracione dominica
precepta ewangelica nichil aliud sunt quam
magisteria divina / fundamenta edificande
spei / firmamenta corroborande fidei
/ nutrimenta fovendi cordis / gubernacula
dirigendi itineris / presidia obtinende
salutis / que dum docibiles credencium mentes
in terris instruunt / ad celestia regna
perducunt / Et ideo doctrina ewangelica
precipue iam iohannis est attendenda
ac audienda Unde augustinus super iohannem
sermone / que verba domini nostri ihesu christi maxi-
me que iohannes ewangelista commemorat
qui non frustra super pectus discumbebat
nisi ut secreta altioris sapiencie biberet
et quod amando biberat / eructando cur-
taret / ita secreta sunt et profunde // [p]
intelligencie / ut omnes habent qui
parvo sunt corde / et os exercat qui
recto sunt corde / Unde et de utilitate
doctrine eius scribit petrus damianus
in quodam sermone dicens / Iohannes tota nobis
tante caritatis extitit / ut divinitatis sibi
traditis sapiencie et scientie thesauris / omnes
patrono celestium thesauros expenderet /
et eterne vite divicias quas plus ante
patrem / nobis propinando largiretur / ac
fideliter erogaret / Unde enim divine sa-
piencie queris / quod apud iohannem inve-
nire non possis / Sive saluteis genera
/ sive amara perfidia / que indecorum
vesania vel vesana / calumpnia que
gentilium philosophorum versucia / que denique sum-
matorum ab commendanda persona / Ubi
iohannis eloquio non est imparata / et que
doctrina evidenter attrita / Si enim ali-
quam ab inimicis veritatis / obicitur nobis
aliqua fidei nostre controversia / testimonium
iohannis attendat in medium / et omnibus
imponit silencium / Quociens sepe idem
de verbo equalitate et divinitate christi certamine
questionis aboritur / que vere omnibus miser-
patris / quis est ita divinitatis pertinax
ad ewangelium iohannis recurrit / Iohannes
in pugna proximum quaerit / et per mox
tota litigiosi certaminis iurgia con-
quiescunt / Unde licet nemo in doctrinis

quod prius volumina sacre scripture non contineant
/ quid in virtutibus / quid in meritis /
quod divinis iohannes incomparabiliter
non excellat / Si tercia quoque utilis instruccio-
ne doctrina legitur commodius / Nam eius
scriptura divinitus inspirata utilis est
ad docendum / ad arguendum / ad corripiendum
/ ad erudiendum in iusticia / ut perfectus
sit homo dei / ad omne opus in instructus
secunda thymothei 3o et tunc de commendacione eius
ab officio ut dicitur ewangelista / Et secunda
eius commendacio ex dignitate ut di- / p 9.
citur ex discipulis dei / quia magne di-
gnitatis est / esse discipulum christi / quod sancti
mali christiani reniunt / et iudei renu-
ebant / Non illuminato rerum male viderent
male dicentes / Tu discipulus eius sis / nos
autem discipuli moysi sumus / Contra quo
dicit augustinus Tu in me sit ista maledicto
/ Eciam autem ad discipulum christi vim plura
requirant / sanctis ad plus tamen sufficiunt / in
quibus beatus Iohannes eminet precipuis
excellenciis adornatus / Et Ideo pre-
ceteris meruit nominari discipulus quem dili-
gebat christus / Dicit enim christi discipulus thro-
no presidere / sapiencia sublimari / Bono
constancie fortitudine roborari / Do-
no continencie pudicicia decorari / Dicit
primo discipulus christi throno presidere /
sapiencia sublimari / ut mito de eo dicatur
illud 2 regum 23 Sedet in cathedra
ad sapientissimus / Ideo dicitur Sapiencie
6 diligite sapienciam et non recedat ab
ea / Unde et Iohannis viii dixit salvator
Si manseritis in sermone meo / vere
discipuli mei eritis / Et mathei x estote
prudentes sicut serpentes / Hec autem sapiencia
est appetenda ut amoris divini col-
latiua / ut principii regulativa / et ut pro-
ximi directiva / De primo dicitur Sapiencie
vii / que sapiencia per naciones in animas sanctas
se transfert / et amicos dei et prophetas
constituit / neminem enim diligit deus
/ nisi eum / qui in sapiencia inhabitat ibidem /
Ideo dicit proverbiorum viio dic sapiencie
soror mea es / et prudenciam voca
amicam meam / Est enim amor discipuli
ad magistrum / et christiani ad deum / causa
similitudinis et imitacionis Unde lincolniensis
in quodam sermone de pastoribus ait
Sicut cera mollis fortiter applicata si-
gillo / recipit imitatoriam similitudinem
omnem formarum / et figurarum sigillo insculpturarum
quadam pulcritudine / Sic anima
racionalis / ipse amoris complacencia
ad deum fortiter applicata / mox simi-
li summa imitacione recipit pulcritu-

divinis eius pulchritudinem et conformitatem. Et tamen apud supremam pulchritudinem nulla deest pulchritudo. Propterea enim dicit: pulchritudo agri mecum est. In anima vero amoris et placentia a prima pulchritudine impressa non est aliqua pulchritudinis absentia, sed refulgebit in ea pulchritudo que est ad imitationem illam, quod attendens apostolus Ephesiis v° dicit: imitatores dei estote sicut filii karissimi. Subdit amor qui facit animam deiformem, facit eam prime sapientie participatione sapientem. Est ergo dilectio totius veritatis magistra, ymo ipse amor est ipsius veritatis notitia. Propter quod de ipsius veritatis adre- dicitur per os Christi in Johanne [14]: Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret. [illegible] ut moneat aliquis quod multi in viis domini ambulant, ut tamen est in eis plena notitia veritatis, quia sicut magister dicitur aliquis discipulum docere aliquam totam artem, puta rethoricam, cum adhuc ignorat etiam artis principia, ut medium modum sciens artis tamen. Sic et spiritus sanctus dicitur nos docere viam magnam et utilem artem sive omnem veritatem, cum tamen aliquis ignoremus etiam ipsius artis primordia. Augmentata vero in nobis dilectione augmentatur eius artis magne notitia. Cum vero in nobis implebitur amor, ut diligamus deum ex toto corde et ex tota mente et anima, ut vere omnis perfectio cordis nostri concitatur in ipsum totaliter, quod erit in patria sicut formata per consummationem, tunc erit eius magne artis notitia consummata. Efficit ergo amor consummatus decorem, speciem et sapientie plenitudinem, cum consummationem que potest esse in suprema facie creature rationalis. Ex quibus patet quod deum perfecte diligere facit hominem deiformem et dat ei notitiam perfectiorem, et etiam perfectior notitia dei perfectiorem arguit amorem. Unde Sapientie vi: Cura disciplinae dilectio est. Item dei, nam qui dicit se nosse deum et mandata eius non custodit mendax est, i Johannis primo. Est etiam appetenda sapientia ut super ipsius regulativa. Unde Proverbiorum iiii°: posside sapientiam et ne dimittas eam et custodiet te. Dilige eam et servabit te. Unde qualiter est a x discipulis

appetenda sapientia declarat Hugo de sancto Victore in libello de institutione noviciorum dicens: vos fratres qui scolam discipline intrastis, in lectione divina prius debetis querere quod mores vestros ad virtutem instruat, quam quod sensum acuat ad subtilitatem. Magis [illegible] velle informari preceptis scripturarum quam questionibus impediri. Cum ergo scripturas divinas legitis, solerter attendite quid ibi dictum sit ad excitandum in vobis amorem dei, quid ad contemptum seculi, quid ad cavendas insidias inimici, quid cor per compunctionis ardorem accendit, quid disciplinam in opere, quid humilitatem in cogitatione, quid obedientiam in preceptis, quid patientiam in adversis esse doceat, quid denique ad agenda bona sedulum et ad mala cavenda doceat esse circumspectum. Hec ille. Est vero appetenda sapientia a x discipulis ut proximi et sui subditi populi dirigantur. Unde dicitur Sapientie viii°: [illegible] sapientiam disponam populos et nationes erunt michi subdite, quod maxime spectat ad viros ecclesiasticos et prelatos ut plebem eis subiectam dirigere valeant et regulare. Cum enim deus [illegible] et totius collegii ruinam angelicam decrevit ex hominibus conditis reparare, ideo quosdam in ecclesia pastores, alios doctores ordinavit, quorum sapientia et doctrina plebs sana in fide et moribus instrueretur, ab ea ad vanitatis repelleretur, et ex ea celum resarciretur. Qualiter autem iste discipulus sapientia et eius affectu fuerit ornatus patet, quia sicut vera sapientia plenus extitit, ut de eo dicatur Ecclesiastici xv°: in medio ecclesie aperiet os eius et implebit eum dominus spiritu sapientie et intellectus. Unde et ei potest dare quod scribitur in Esdra xi, Esdre iiii°: Sapientior inventus es proximis et proxime in sedebis, et cognatus meus vocaberis. Hic enim sapientior proximis et ceteris discipulis extitit. Unde Ambrosius super Lucam: audeo dicere quod nemo tanta sublimitate sapientie maiestatem dei nobis sermone proprio reseravit, virtutes celorum supergreditur sicut locutus est verbum in principio erat apud deum, proxima erat ei sedes; in supra pectus domini in cena recubuit et ad eternam cognatus eius fuit. Ideo

de isto dicit surgit vnus ex disci
pulis dni / Secundo quilibet discipulus
xpi dono constancie et fortitudinis
roborari ut dicat id sapie vij°
Nn nihil ne videbor bonus et in bello
fortis / ita ut dicit i pet' v° adu-
sarius ut dyabolus tamquam leo rugiens
querit quem deuoret cui resistite fortes
in fide / licet aut fortitudo e appetenda
/ ut terrenorum contemptiua / aduersorum
tolleratiua et bonorum spiritualium receptiua
seu seruatiua / De prima / luce xiiij° n
quis renunciauit omnibus que possidet
/ non pt meus esse discipulus s q sit sup-
flua / ut pue topetbit qdicom seu ne
cessitatis / de secundo Gen qrtet in adu
sario vtutis / nil em infelicius eo
cui nil vmquam aduenit aduersum / no
em licuit vmquam seipm experiri / gu
bernator em in tempestate et mi
les in acie comprobatur / ideo Judith
viij° Abraham pr nr per multas
tribulacioes probatus amicus dei effectus
est / Sic ysaac / sic iacob / sic moyses /
sic omnes qui placuerunt deo per multas
tribulacioes transierunt fideles / de tercio luce
x° / Cum fortis armatus custodit
atrium suum / in pace sunt omnia que
possidet / Et ambro li° p° de offi
c 46 non est mediocris ut a ce
teris anima virtutibus districta fortitudo
que virtutum omnium ornata custodit / et in
expiabili prelio aduersus omnia vicia
decertat / in victa ad labores / fortis
ad pericula / rigidior ad voluptates /
dura aduersus illecebras / ideo miles
xpi quilibet dicit id Judic xvj disce
vbi sit tanta fortitudo / Sed nonne
beatus Johannes dono fortitudinis extitit
roboratus / qui spiritualia spernere et pau
peribus docuit erogare / Cum crathoni
philosopho thesaurum lapidum preciosorum pau
peribus dare persuasit / nonne et dimissis
aduersitatibus et suppliciis est probatus
qui venenum propinatum ab idolorum
pontifice pro fidei defensione bibere
non expauit / et feruentis olei dolium
subintrauit / et in insula pathmos
exulare minime formidauit / ut patet
in eius legenda / vnde quamuis eius
sanguinem persecutor non effudit / eq
amen a martirio non defuit / dicente
beato ieronimo super illud Math xx / Ca
licem quidem meum bibetis / Quo
modo calicem martirij filij zebedei
iacobus videlicet et iohannes biberint / cum
scriptura narret / tantum apostolum iacobum

abscisso de capite truncatum / Johannes autem
propria morte finierit vitam / Et videt
ei legamus ecclesiasticas historias in quibus
refertur / quod et ipse propter martirium sit
missus in feruentis olei dolium / et inde
ad suscipiendam coronam xpi athleta
processit / statim quod relegatus in path-
mos insulam / sic videbimus animo
martirium non defuisse / et bibisse Johannem
calicem confessionis / quem pueri in camino
ignis biberunt / licet persecutor san
guinem non effuderit / Debet tercio
discipulus xpi dono continencie decorari
dicit em saluator discipulis suis luce
xij° Sint lumbi vestri precincti / super
quo verbo gregorius in omelia / lumbos pon-
gimus cum carnis luxuriam per continenciam
coartamus / Et dico notanter dono con
tinencie / quia dicit Sapie viij° Scivi
quod non possum aliter esse continens
nisi deus det / Beatus aut Johannes
non tantum continencia sed etiam virginitate
ceteros discipulos precellebat / vnde et precibus
meruit in dominum cognicionem eleuari /
et quodammodo transmutari / vnde dicit et Augustinus
super Johannem / ad tantam cognicionem vbi
iohannes ascendere non potuisset / nisi
prius per carnis integritatem factus deus /
Et ponit exemplum dicens / Sicut oculorum
nostrorum non potest prius sensus rerum istarum
colores quos sentire / quam se solaribus
radiis immisceat / vnde quod cum ipsis
fiat / Ita sensus aliquis rerum spiritualium et
intellectum speciarum cognicionem non potest
accipere / nisi prius incomprehensibilis
veritatis participacionem dignus efficiatur
Gratia / Sic iste itaque theologus in deum
transmutatus / veritatis perceptor / deum
vnde subsistere in deo primo / hoc est dei
filium in deo predicauit / In principio
enim erat verbum et cetera / propterea quod in litera subdi-
tur commendacio a virginitate / Cum dicit
Qui virgo est adeo electus / magne
namque virtutis actus est continencia virginalis
Ideo de ipsa dicit Saluator Math 19
non omnes capiunt verbum istud / quia pauci
sunt ad hanc perfectionem pertingere / propter quod
ibidem subdit / Sunt eunuchi qui
se castrauerunt propter regnum celorum / Qui potest
capere capiat / Et ista clausula potest
duo sic exponi / Qui virgo / scilicet est
est adeo electus / id est quia fuit virgo / ideo
est electus a deo / ita quod virginitas
fuit aliqua causa sue eleccionis eius
specialis / dico notanter specialis / quia eleccio
predestinacionis eterne nec causam nec
racionem potest habere / Sed virginitas vel

aliquod tale. pt esse racio sui ca. qr aliqs
est ydoneus ut eligat in dispensula
tum. vel aliud officium tpale. vel pr pt
intelligi. Cum adeo est elatus s. etiam
ul tpali elacon virgo. ut pmaneat
virgo. et sic mo elacio est ca virginitatis
Et sic expo magis consonat ei qd
sequitur. Cum de nuptiis volente nubere
vocavit deus. vbi ponit tpus quo
vocatus est Johes ad continentia virgina
lem. vn dicit Quem sic Johem volen
tem nubere vocavit. sic ad sua fami
liaritatem. vocat inquam. Intelligi vocacion
in qntum. deus Exteriori vo magistrum
thomo. de quibus nuptiis infra co.
Et dicunt hic nuptie festiv fuit qui in
qd pq qtractu michi p vba de psenti.
et an copulam carnalem celebrant
conjugati. Ex qua lecra patet pmo qd
xpus virginitate pferebat conjugio
in novo testamento. tum qr fecundior
quo ad fructum spualem. qr virgini
debet fructus centessimus. tum qr est
tacior ad salutem ppam. tum qr non
solum vnt bene malo qmpie ipm
ordinado. sed etiam pfecte declinado.
Et qd ipius virginitatis spualem fecun
ditatem et carnalem sterilitate tanges
sapiens dicit. Sapie iiiio felix sterilis
et incoinquinata que nescivit thorum
in delicto. habebit fructum in respectione
aiarum stararum. Et ibidem talo iiiio o qua
pulcra est casta gnacio cum caritate.
nec putandum qd virginitas esset ab ho
minibus extogitata. nam sic inviolabilis
fecunditas hominum pmo fuit adeo nature
indita. sic pura virginitas. maxime
virgini fuit adeo supnaturaliter inspirata
et tam magno dictamine racionis abdita
ac celestis ipam imitantibus assignata.
Medium enim virtutis accipitur no abso
lute in qntitem. tum in qbdam sunt virtutes
q maxime in sua na operantur. ut
magnificencia ul magnitas. sed in
pporcione ad rectam racionem. q quod recta
racio pt dux quasi ii vel in qpacon
ad mam. sicut ille qui timet dicit
timidus. vel in qpacon ad forma
ul ad circumstancias actum informantes
vt facere aliquid. quo quando. et ubi oportet.
et sic mo virginitas est virtus consistens
in mente qstituens et in medio formaliter
qstituta. nam abstinet ab omni coitu
qn oz s. tpe quo conjugium no est usitatum.
Ideo beda. super Lucam sermone exo
trartans illud Cant. ii Vox tur
turis audita est in terra nra dicit qd
vox castitatis a pmo mundi non erat
audita. sed magis illa. Crescite et
multiplicamini et replete terram. Ora
ns tunc ca vox sonuisset. nondum
patria resurgencium qpalata. in qua
homines neqz nubent neqz nubentur
sed sunt sicut angeli dei in celis. Vo
cat tunc tpius illius doctrine qn male
dictio publicatebat omnis sterilis in israel.
qn patriarche sic plures habebat uxo
res. qn sic fuis deficiebat tunc prole
qpellebat prolem ex lege suscitare
sed pmo ca vox castitatis insonuit. in
illa qn tunc vio qcepit et pepit. et
tunc est autorizata. qn xpus laudat
eos qui se castraverunt ppter regnum ce
lorum. et dixit beatos esse mundos corde et
aptos esse ad visionem dei. qua sentencia
apostolus dixit de virginibus pceptum non habeo
consilium aut do. Tercio sequitur qd pq in ex pa
tractu michi an copulam carnalem
pfatz conjugium pt ad meliora vota se
transferre. et continenciam ppetuam domino
vovere. sicut credit Johus fecisse.
Circa quod notandum qd quatuor viri vir
gines leguntur divinitus electi ad spalia
misteria xpi. pmus fuit daniel ad va
ticinia xpi venturi pnuncianda. qui
fuit virgo continentissimus. ita ut a pluribus
putaretur eunuchus ut damascenus
libro iiiio sentenciarum. Scdo Johes bapta
ad xpi testimonia iam visa ptestanda.
quia hic venit in testimonium ut dicit
infra po. Tercius fuit Stephanus
ad xpi cenobia custodienda. quia
mulieres fuerunt ei custodie commisse
actus vio. Quartus paulus ad xpi
dogmata pmulganda. qr fuit doctor
gencium in fide. ut ipe testatur pma
thy. 20. Et decebat ut isti essent virgi
nes. quia corpus mundum erat ita pu
rissimum obtinuit. has quatuor racones
virginitatis habuit solus Johes. quia
sic daniel pnunciavit adventum xpi
pmum. ita Johes in apocalipsi adventum
scdm. Et sic Johes bapta pnunciat
testimonia de xpi incarnacione. ita iste
de xpi passione. quam solus inter aplos
vidit. donec vulneratus fuit in latere.
Ideo de se dicit. Qui vidit testimonium
phibuit infra. 19. Et sic Stephanus
positus fuit p aplos ad custodiam
mulierum. ita iste p xpm ad custodiam
sue matris ut infra pbebit. q est
maioris dignitatis et puritatis ac
virginitatis. Et sic paulus fuit doctor

genitum. Ita et iste doctor sectatorum
sublimum impleus doctrina eleuata
supra omnes doctores dns. In principio
erat verbum. Ex quo patet quod dns deus
ad pua misteria et officia elegit iudos
qua dicitur prouerbiorum xxijo Qui diligit
cordis mundiciam habebit amicum regem
Et ideo Iohannem virginem in discipulum
et carissimam elegit ut dicitur in lectura
Et de hoc eius vocationis additur
quod cum volente nubere de nupciis vo
cauit xpus Sed contra istam vocationem
videtur esse id quod dicitur Math. iiijo
quod iohannes vocatus fuit cum fratre suo Ia
cobo de naui vbi erant cum zebedeo
patre eorum Dicendum quod triplex fuit beati iohannis
vocatio Primo namque vocatus fuit
ad xpi notitiam aliqualem De qua vo
catione habetur infra primo quando andree
querenti Rabi vbi habitas Dixit illis
venite et videte quia cum andrea pre=
sens fuit iohannes ut dicitur infra primo Secundo
vocatus est ad xpi familiaritatem et
de hac vocatione loquitur hic Ieronimus
quia paruquam de nupciis fuit vocatus
ex tunc fuit xpo familiaris propter
mundiciam conuenientem virginalis Tercio
fuit vocatus ad apostolatum quando relictis
rethibus et patre cum fratre suo secutus
est illum Et de ista vocatione loquitur
mattheus Ex quo patet quod verbum matthei
non contrariatur verbo Ieronimi Sed dices
adhuc quod licet Si Iohannes nupsit
vel voluit nubere ergo non fuit virgo ad
minus mente ergo virginitas non fuit ca
usa causa sue clarioris in discipulatum
Dico pie credendum est quod Iohannes ita
nupsit sicut beata virgo sed commendans
suam virginitatem deo Secundo queritur
vtrum Iohannes habuit aureolam virginum
vel non Et videtur quod non quia si vo
luit nubere corruptus fuit mente
Sed aureola tamen debetur veris virginibus
scilicet carnis et mentis etc. Secundo in opposito
arguitur quia caro tantum beata virgo non
habet aureolam quod est falsum Dico quod
primum essenciale premium beatitudo hominis
essencialis dicitur metaphorice corona vel
aurea exparte mentis quia in quadam
pugna acquiritur et exparte premij quia
homo quodammodo particeps efficitur deitatis
et per quas regie potestatis Nam corona proprie
signum est regie dignitatis Et eadem
ratione premium quod additur essenciali
racioni habet corone sed quod illi premio
in essenciali superadditur minus est ideo premium
minus superadditum aureola nominatur

quasi diminutum ab aurea Cum autem aurea
conferatur ex victoria aureola tamen
superadditur aurea ex victoria excellenti
Est igitur aureola aliquod aurea super
additum scilicet gaudium quoddam de singularibus
de operibus quibus ratione excellentis
victorie et priuilegiate Excellens
autem victoria vel est de concupiscencia
carnis contra quam que bellum gerimus
Galat. vo Caro concupiscit aduersus
spiritum et ego et virginitati Unde quia aliquis
victoriam obtinet de carne debetur au
reola vel est de passionibus exterioribus
Et qualiter perfecta pensatur ex duobus Primo
ex magnitudine passionis Secundo ut ob
autem passionis exterius illatas primum
locum tenet mors Et ideo cum aliquis
de ea victoriam obtinet vel est de pas
sionibus ordinatis ad personam perfectissime
vincit Secundo pensatur ex causa pugne
ut scilicet sint precepta propter xpm vnde mini
stris in martirio imperatur aureola mar
tirio debetur vel ista excellens victoria
est de dyabolo quia scilicet aliquis dyabolo
impugnanti non solum non cedit sed etiam
ipsum a se et ab aliis expellit hoc autem
fit per predicationem et doctrinam theologicam
actiua exercitatam vnde et doctoribus
et predicatoribus aureola debetur Ex quo
patet quod prelatis actiue non predicantibus
licet ex officio predicare debeant au
reola non debetur Et nec illis qui sunt
de potestate predicandi et actiue non
predicant Et nec cuiuslibet doctrine sed so
lum theologice per quam quasi spiritualibus
armis dyabolus superatur et secundo Corinth. decimo
Arma milicie nostre non sunt carnalia
sed potencia deo ad destructionem municionum
consilia destruentes et omnem altitudinem
extollentem se aduersus scientiam dei et
in captiuitatem redigentes omnem intellectum
in obsequium xpi Secundo scitur quod nec
omnibus martiribus debetur aureola
sed solum illis qui pro veritate fidei et
iusticia mortem sustinent Et dato
quod non statim moriantur sed post mortem
propter illata vulnera nisi hoc sit propter
eorum negligenciam tantam que sit mortale
peccatum Tercio scitur quod non cuilibet virgini
debetur aureola sed illi tamen que
est in proposito seruandi perpetuam incorrup
tionem et licet aliquis hoc proposito amittat
seruata tamen carnis integritate
si finaliter in proposito decedit aureolam
non amittit Sed si violenter opprimatur

et nullatenus consentiat etiam dato quod corrumpat aureolam non amittit. Sic ergo patet quod aureola virginum nichil aliud est quam gloria de incorruptione seu de integritate carnis et de finali integritate mentis non recedendo est pro ea quod beatus Iohannes et si mente corrupta fuisset etiam corruptione virginis quod tamen est falsum si penitens decederet in finali continencia mentis coniuncta carnis integritati haberet aureolam. penitencia enim restituit integritatem et reparat statum mentis. Integritas autem carnis irreparabilis est ut dicit beatus Ieronimus in epistola ad Eustachium virginem. Dicimus ergo quod Iohannes habuit utramque virginitatem et dato quod integritatem mentis amisisset per penitenciam tamen ei reparata fuit. Et istud privilegium virginitatis non legimus de aliquo apostolorum. Et inde patet quod sit apostolorum magnum quia rarum non tantum secularibus sed etiam apud spirituales utriusque status et etiam religiosos mares et feminas iuvenes et senes. Sed pauci sunt qui virginitatem habent in corpore. In tamen omnes fideles volentes salvari debent habere mentis integritatem.

Cui virginitatis mentis duplex testimonium in evangelio datur et quia pre ceteris dilectus adeo dicitur et quia moriens in cruce pendens in cruce commendavit deus ut virgo virginem servaret. Sic quod beatus Ieronimus probat quoddam suppositum in precedenti commendatione. Commendavit autem beatum Iohannem ex quatuor, scilicet ex nomine proprio, ex officio, ex dignitate et virginitate. Prima tria erant manifesta, non sic quartum scilicet continencia virginalis eo quod voluit nubere. Ideo istud probat Ieronimus duplici testimonio vel racione. Primum est specialis dilectio Christi ad ipsum que erat pro virginitatis indicium quia sicut dicitur Ecclesiastici xiii^o omne animal diligit sibi simile, omnia volatilia ad sibi similia conveniunt, sic omnis caro ad sibi similem coniungitur et omnis homo sibi simili associabitur. De Christo autem nulli dubium quin fuit virgo et ideo dedit testimonium de virginitate Iohannis mentis quod eum pre ceteris dilexit. Et hoc quod dicitur Cui mentis beato Iohanni duplex testimonium virginitatis datur in evangelio. Primum est quod est pre ceteris adeo dilectus. Secundum est commendatio matris Christi in cruce sibi facta. Vel sic secundum Dorian Cui mentis Iohanni duplex testimonium virginitatis datur in evangelio, id est testimonium duplicis virginitatis scilicet mentis et corporis in evangelio datur

et hoc utrumque excellenter. Primum quod pre ceteris dilectus adeo dilectus dicitur. Secundum istud expresse nusquam in evangelio legitur sed trahitur ex hoc quod ipsa sepe replicatur hic est discipulus quem diligebat Iesus. Virginitatis enim munditia connotat ad amorem. Proverbiorum xxii^o. De quo loquitur Anselmus ad beatum Iohannem dicens: Sancte et beate Iohannes altissime evangelista, tu es vere Iohannes precipue dilectus deo inter tam precipue dilectos eius ut preeminens dilecto, ubi sit privilegium Christum virginis inter eos. Unde in evangelio utrumque fit mencio de discipulo quem diligebat Iesus scilicet de Iohanne. Sed oritur dubium quia textus evangelii videtur dicere quod Petrus plus diligebat Christum ipsa ultimo. Simon Iohannis diligis me plus his. Videtur quod glosa dubius interrogat quod sciebat. Cum ergo Christus ipsemet qui dicit Proverbiorum viii ego diligentes me diligo et magis diligentes magis diligit quia tamen vel plus diligit quam diligitur. Quomodo plus diligebat Iohannem minus diligentem se quam Petrum plus se diligentem. Posset enim sibi dicere Petrus cum apostolo secunda ad Corinthios xii^o plus te diligens minus diligor. Quod dicendum hic non decet tanta instancia [illegible] in dicto deus diligit, verbum dilectionis sit divina essentia et connotat effectum in creatura. Sed constat quod essentia divina non recipit magis et minus. Ergo ex illa parte non est distinguere inter dilectionem Iohannis et Petri. Ergo ex parte effectus connotati. Sed ille effectus est gratia que fuit maior in Petro quia plus dilexit ut videtur. Ergo deus eum econverso plus dilexit. Hanc questionem movet Augustinus super Iohannem omelia ultima. Et Bonaventura super primo sententiarum distinctione xxxii ubi querit an deus omnia diligat equaliter. Respondet quod de dei dilectione contingit loqui dupliciter: uno modo secundum essentiam seu actum essencialem, et secundum efficaciam seu effectum convenientem. Si loquamur de dilectione quantum ad essentiam [illegible] quantum ad actum essencialem vel quantum ad affectum qui consistit in actu voluntatis sic non solum equali dilectione diligit omnia sed etiam uno et eodem actu simplici et indivisibili nullo modo variato vel multiplicato, quia est divina essentia diligens se et omnia alia. Si vero loquamur de dilectione quantum ad efficaciam seu effectum

effectum autem, sic nec effectus ab ipsa
dilectione dei procedentes sunt ordinati
et sese excedentes. Et dicendum quod deus non
omnes creaturas diligit equaliter. Ex quo
patet quod ex parte dei nulla est intensio
vel remissio dilectionis, sed ex parte quantitatis.
Et ad questionem propositam respondeo, secundum eundem
doctorem, quod triplex est modus intendendi ad
predictam questionem. Augustinus ubi supra dicit quod
nec alicubi in scriptura legitur petrum
plus dilexisse christum. Legitur enim interroga-
tive: christus dixit petro, diligis me
plus hiis? numquam in enunciative. Nec
etiam petrus videt quod plus diligeret,
sed in suis dixit: quia amo te. Nam
nec bene poterat de hoc petrus videre,
quia licet sciret quantum diligebat, non
tamen sciebat quantum alii diligebant. Quod
autem christus dixit interrogative non enunci-
ative, non oportet esse verum, sicut de Johannis
vi°: numquid et vos vultis abire retror-
sum? Et illud Math. xi: quid existis
in desertum videre, hominem mollibus vestitum
etc. Sed tamen dici potest secundum Augustinum quod est
dilectio in signo exteriori, et est dilectio
in effectu interiori. Si loquimur de dilectione
in signo exteriori, magis diligebat Jo-
hannem, quia maiorem ei familiaritatem
exhibebat, utpote quia supra pectus eius
recubuit in cena. Si vero loquamur
de dilectione quantum ad actum interiorem,
qui est effectus gratie, sic magis dilige-
bat petrum, quia maius munus gratie
sibi dederat, quia sibi commisit ecclesiam
regendam. Sed obicies: deus illi
debebat maiora signa dilectionis
ostendere quem magis diligebat. Ad
veritatem respondet Augustinus quod per petrum
et Johannem signatur duplex vita: per
petrum activa que imperfectior, per Johannem con-
templativa que maior. Unde petro dictum
est: sequere me; de Johanne vero: sic eum
volo manere. Et quamvis activa laborio-
sior est et fructuosior, contemplativa
vero purior et iocundior. Ideo ad signum
utriusque duplicis vite familiaritatem
exhibebat plus Johanni quam petro.
In cruce testamento suo commisit Johanni
matrem custodiendam, petro vero pa-
storalem curam. Et ex hoc dicit Augustinus
quod petrus erat melior, sed Johannes felicior.
Alii dicunt quod petrus magis dilexit
deum in proximo, Johannes autem magis
dilexit deum in se. Unde petrus efficaciorem
habuit gratiam ad laborem

q. f. dilecto

activum, sed quia accepit curam et gratiam
virginis. Sed Johannes gratiam contemplationis,
et ideo habuit efficaciam ad actus contemplationis.
Ubertinus autem Gandavensis dicit quod petrus dilexit
ferventius et diligebatur fortius; Johannes
vero diligebat dulcius et diligebatur
familiarius. Et sic secundum diversas rationes potest
concedi quod magis diligebat et erat
magis dilectus. Unde concludendo potest
dici quod petrus plus dilexit et dilectus
est quo ad opera caritatis; Johannes vero
quantum ad opera familiaritatis, tum quia fuit
ipsius status vita contemplativa, tum quia innocens
erat, tum quia iunior petro, tum etiam
propter privilegium virginitatis. Unde Jeronimus
expresse tenet libro primo contra Jovinianum
quod non erat causa quare christus Johannem
plus diligeret nisi propter donum virginitatis,
propter quod etiam habuit multa privilegia quibus
alios excessit, puta in intuitu aquilinis
perspicacitatem, eloquium abyssalis profunditatis,
sacramentum specialis claritatis, revela-
tionum imperialis maiestatis, et obse-
quium per ministerium matris seu virginalis
fecunditatis. De quo presumitur in littera: Et
habuit scilicet Johannem pendens in cruce scilicet christus
matrem suam commendat scilicet specialiter custo-
diendam. Et hic tangitur tamen testimonium 2)
sue virginitatis, quod sunt commendacio matris
christi in cruce sibi facta, ut virgo virgini
deserviret, ut esset ad invicem gratia societas
et floridus aspectus. Unde quod dicit Jeronimus
in sermone de assumptione beate marie virginis.
Ideo dicit hic: Et habuit matrem suam
in cruce pendens commendat, ut virginem
virgo servaret. Hoc enim fuit conveniens
ut virginem quam genuit christus virgo serva-
ret, velut virgo servaret. Sed Johannes
non generavit quod Johannes non beatam virginem, et
in virginitate et in voto virginitatis convene-
runt, ut esset digna cura ut virgine
custodita et virgine custodiente. Hoc
tamen non est absurdum, quia non invenitur ex-
presse in dictis doctorum, sicut etiam sic legitur:
ut virginem virgo servaret scilicet mutua custo-
dia, nec virgo filium virgine et de qua
virgo virginem matrem. Et hoc satis
exponat verbis dominus, quia dixit infra
xix° ad matrem suam: mulier ecce filius
tuus; deinde dixit discipulo: ecce mater
tua. Ex quo patet quod duplex sit testi-
monium virginitatis habuit Johannes. Unde
Beda in omelia: diligebat eum ihesus
non exceptis aliis propter prerogativam, sed pre
ceteris quos diligebat familiarius unum

qua spalis prerogativa castitatis ampliori dilectionis fecerat dignum. Omnis quippe se diligentes probat dominus quibus ante passionem loquitur dicens: sicut dilexit me pater et ego dilexi vos manete in dilectione mea. Sed hunc pre omnibus diligit quia virgo electus ab ipso virgo in evum permansit. Tradunt enim historie quod eum de nuptiis volentem nubere vocavit. Et quem a carnali voluptate retraxit potiori sui amoris dilectione donavit. Denique moriturus huic matrem suam commendavit ut virginem virgo servaret. Et ipso post mortem et resurrectionem celos ascendentem non deesset ea gemitrix filius. Ita casta vita casus mereretur obsequiis. Et hoc fuit magnum privilegium et signum caritatis et virginitatis quia rem quam inter ceteras puras creaturas plus diligebat Iohanni commendaret. Et est maxime perpendendum quod Christus post patrem suum nichil habuit dilectius nil preciosius nil intimius quam matrem utpote et affectum quam matrem Iohanni commendavit. Sed nil habuerit dilectius probatur quia cum filii naturaliter teneantur ambos parentes diligere, Christus autem non habuit nisi unum parentem corporalem scilicet beatam virginem suam matrem sicut secundum divinitatem non habuit nisi deum patrem. Ideo totum dilectionis affectum in aliis filiis ad utrumque parentem divisum habuit ad suam matrem. Ideo de ea dicit Sedulius in suo paschali: Sola sine exemplo placuisti femina Christo. Sed etiam Christus nil habuit preciosius patre quia eius preciositas est secundum valorem bonitatis. Secundum Augustinum libro 2 tractatum bona sunt multiplicia scilicet fortune nature et glorie. Bona nature sunt meliora bonis fortune. Bona gratie et glorie bonis fortune et nature. Et quia beata virgo in bonis gratie et glorie cunctos homines et angelos excessit, ipsa namque de se dicit: in me omnis gratia vite et veritatis, Ecclesiastici 24. Ideo super omnes fuit preciosa significata in illa preciosa margarita quam dei filius negotiator summus in agro mundi invenit. Et venditis omnibus que habuit eam comparavit ut dicitur Matthei 13, et ea sibi in habitaculum perpetuum fecit dicens: Hic habitabo quoniam elegi eam. Sed etiam Christus nil intimius habuit. Patet quia quanto quis aliquid plus in se de aquo recipit et secundum divinitatem moratus fuit intimior

ei eum. Et quia Christus secundum humanitatem non habet patrem in terris ideo totam corporis substantiam traxit ex purissimis sanguinibus beate virginis secundum Damascenum. Tertia quia amplius ipse Christus in eius utero iacuit quam aliquis alius filius in utero sue matris. Nam secundum Augustinum in quarto libro de trinitate formatus omnibus membris xlmo die infunditur anima rationalis. Et ideo toto tempore precedenti non dicuntur filii quia non animati. Christus autem ab instanti sue conceptionis fuit perfectus vir quantum ad distinctionem membrorum perfectionem intellectus omnium cognitionem et omnium virtutum et gratiarum dotationem quia simul caro simul animata caro simul verbum dei caro secundum Damascenum. Et ideo in utero virginis fuit 39 septimanis et tribus diebus que faciunt ix menses. Quarto quia beata virgo eius secreta amplius vidit et novit quam aliquis alius, ideo fuit ei intimior. Quinto quia ipsa eum plus quam se ipsam et omnia alia dilexit. Et secundum Augustinum anima verius est ubi amat quam ubi animat. Cum ergo Christum summe dilexit ideo in eo intime fuit. Hanc ergo preciosam et carissimam thesaurum Christus Iohanni commendavit. Nec solum commissa est ei custodia matris Christi sed quod mirabilius est factus est eius filius et ipsa mater eius. Unde Petrus Damiani in primo sermone de eius festivitate dicit quod illa verba salvatoris Ecce filius tuus et ecce mater tua quandam efficaciam habuerunt et tanta fuit in illis verbis efficacia quod beatus Iohannes non solum potitus est nomine filii sed per illa verba divina quandam magis vicissitudinis gratiam apud beatam virginem meruit obtinere. Et subdit: Consideremus itaque quante glorie Iohannes credendus est qui per quoddam misterium archane adoptionis et filius virginis est et frater salvatoris. De qua filiatione dicunt quidam doctores quod Iohannes evangelista non solum adoptivus ~~et filius virginis est~~ adoptivus sed vere fuit per Christum factus filius virginis etiam naturalis absque prima generatione. Ideo tantum sancte supernaturaliter respectu matris et filiationis in fundamento et termino scilicet in beata virgine et Iohanne. Quia licet dicta dispositio requisita ad illud effectum non sit est de illis dispositionibus que permanet tamen effectus quia ipse videntur quod substantialiter permanet. Sed de huiusmodi est aput doctores habetur generaliter pro regula quod cuicumque potest natura facere prima dispositionem potest deus etiam absque illa. Cur

al pt moueri de loco ad locum insen-
sibili per loca media / deus in subito
pt ab vno loco in alium transferre /
Sic ignis nat pt ignire lignum per viam
desiccationis et calefactionis / deus tamen
subito pt illud / Cum quemadmodum deus
pt facere / quod aliquis pt magister alicuius
esse in qua docuit / et ille puer de lus-
trando in vtroque respectu magistri
et discipuli / vel in procedendo cordi vnius
magistri dilectionem vel omnes has affectiones
que remanent in magistro ex diuturna
instructione doctrine / Sic in deo loco cordis
reuerentiam et amorem ad illud / aut
fuit plurimo tempore docendo cum magi-
stris / ita potuit ex illo verbo etiam
in beata virgine quam in collatione tacite
respectum maternitatis et filiationis / vel
omnes illas qualitates per reuerenciam
veneracionem pietatem amorem et quam-
libet aliam affectionem pure uocacionem
que est communis inter matrem et filium /
Hoc autem non est in hominis potestate /
pt enim quis aliquem in filium adop-
tare / sed corpore quod adoptat / tamen
in eius animo omnem reuerentiam fide-
litatem et amorem / que est filii naturalis
distrahit verbo / ad cognitum prec-
ipue non pt efficere / Xpus autem hoc
potuit / et intelligere efficere / in
eo verbo cum dixit deo loco ecce mater
tua / et ad hoc concordat dictum augu-
stini quod littera dicit / et ex illa hora
accepit eam discipulus in sua / scilicet ad
sequela et officia / ita quod iam ex verbo
xpi / tanta in animo suo fuit instructio
vera affectionis ad eam velut ad
matrem / quod statim perfecit ad opus
quod aliter filius debet matri sue / ad
hoc facit quod dixit iohannes baptista
Math iijo potens est deus de la-
pidibus suscitare filios abrahe /
nec hoc repugnat / ymo communis sen-
tentia / que in multis passibus
attestatur de omnipotencia dei / quemadmo-
dum simoni / statim opus ad extra
tendit / dixit enim et facta sunt ps 148
quia sermo dei plenus est potestate /
Ecclesiastes viijo et ut communis est doctorum
sententia velle dei est suum facere potentie
deleccionem vt per illa verba iohannes ewan-
gelista fuit factus filius virginis
naturalis vel non / non audeo diffinire /

/ sed sufficit ad propositum expressisse motiua
et ostendisse dignitatem beati iohannis
in tanti thesauri commendacione / nec in
genere adoptacionis / sed in diuina deputa-
cione / Sicut enim miraculum est in natura
quod virgo generat filium naturalem / sic et in
humana policia quod generat filium adoptiuum
magistratus est ergo beatus iohannes a xpo
in dilectionis familiaritate / in comparatione
secreti / in misteriorum sublimitate / et
in honoratione corporis propie / que consistit
in amore teneriori dilectionis / et
honore dilectionis commissionis / dile-
xit autem eum tenerius propter mundiciam
puriorem / propter intelligenciam clariorem /
propter dilectionem ampliorem / et propter
adhesionem firmiorem / quia xpm numquam
deseruit / nam ipsum secutus fuit usque
ad domum pontificis / et ad patibulum
crucis / et secundum perseuerauit usque ad fi-
nem mortis / ideo adimpleuit quod
xpus dixit manete in dilectione mea
Ioh xvo primus est inter discipulos
post resurrectionem ad sepulcrum venit /
Licius aliis / xpm in littore stantem
post resurrectionem cognouit / cui n
plus diligit cum incomitus cognoscit /
quia presencia dilecti in memoria habita
frequenter ad cognicionem reducit Prouerbiorum
17 omni tempore diligit qui amicus est
et in angustiis comprobatur / vtrum autem
maius fuit in iohanne quod ei crucifixus
matrem virginem commendauit / vel
in petro / quod ei etiam virginem non habentem
maculam neque rugam ... comme-
dauit / vtraque enim mater est et maria
et ecclesia / vtraque casta / vtraque munda /
vtraque preseruata virginitatis prerogatiua /
processit ex maria xpus / processit ex xpi
latere ecclesia / ex maria voluit nasci /
pro ecclesia dignatus est pati et mori /
pro vtraque parte multa possent adduci /
sed breuitatis causa dico / quod sicut etiam
in predicatoribus / maria precellit ecclesiam /
sicut ecclesia mariam / quia et ipsa maria
est de ecclesia / sicut enim secundum per modum
excedentis et excessi / alteri comparando
beatam virginem ad ecclesiam / videtur
racione incarnacionis et maternitatis diuine
quantum ad plures excellentie / que non
communicantur ecclesie / quia ipsis
militanti / primo quia beata virgo dicitur

regina celorum et domina angelorum. Hec autem
de ecclesia non potest dici. Tercio ecclesia dicitur
coniuncta Christo natura et caritate. Natura Christus
est nobis conformis in natura et diligit
nos sua gratia. Unde exaltat coniunctionem matrimo-
niali: Christus sponsus et ecclesia sponsa.
Christus pater, ecclesia vero mater omnium fide-
lium appellatur. Et tam intrinseca et
inseparabilis dicitur esse ista coniunctio
racione huius spiritualis matrimonii inter
Christum et ecclesiam quod omnes filii Christi dicun-
tur filii ecclesie. Et ergo nec Christus alios
habet filios nisi quos in ecclesia sua sponsa
generat, nec ecclesia ex alio viro nisi
ex solo Christo filios suscipit. Unde dicit
Augustinus in libro de simbolo: quod in antiqua
habebit deum patrem qui ecclesiam noluit
habere matrem. Ideo dicit Apostolus Ephesiorum quinto:
Sacramentum magnum est, ego autem dico
in Christo et ecclesia. Hec autem autem beate virgini
dicitur excellencius convenire. Constat
enim quod humanam naturam in qua Christus dicitur
coniunctus ecclesie, Christus assumpsit imme-
diate de virgine, ita quod si coniunctus
est ecclesie natura, hoc est mediante
virgine. Illud autem per quod unum con-
iungitur alteri coniunctius est sibi. Unde
ex hoc caro matris est caro filii et ergo
ecclesia racione huius coniunctionis dicitur
caro non duo sed una caro. Similiter
quantum ad vinculum caritatis intelligitur
esse maior coniunctio. Nam iuxta sentenciam
sanctorum doctorum in beata virgine fuit ma-
ior plenitudo gracie sancte et caritatis quam
in omnibus angelis simul et sanctis. Unde
Bernardus in sermone nativitatis virginis
que incipit de gaudiis ad gaudia:
Quamlibet alie stelle reluceant,
luna situ et magnitudine preminet et
splendore. Sic utraque natura an-
gelica videlicet et humana virgo superius
exsuperat, et in munere gracie et splendore
virtutum. Itaque tunc in ea fuit plus de
gracia quam in tota ecclesia, et ex ipsa
filius dei carnem assumpsit in mente
merito sibi excellencius competit hec coniunctio
scilicet magis esse coniunctam Christo natura et caritate.
Tercio ex ipsis sequitur quod in officium
ecclesie respectu fidelium sit mediare
et ipsos reconciliare deo per se ipsos
intercedendo, merito peccatorum orando in
eis obtinere graciam et remissionem peccatorum
et alia bona quibus indigent. In
in beata virgine sit maior plenitudo
caritatis et gracie ex parte quod pura persona

deo magis est dilecta et grata. Sequitur ergo
quod sua intercessio erit acceptabilior
et per consequens ipsam magis competere ex efficacia
quam ecclesia dici advocata, mediatrix
et reconciliatrix nostra. Itaque posito casu
quod tota militans ecclesia interveniat ad
deum pro aliquo ex una parte et ex alia
parte virgo beata, videtur eius intercessio am-
plius esse exaudicione digna. Quarto
iuxta doctrinam Bernardi in sermone: Signum
magnum apparuit in celo mulier amicta
sole et luna sub pedibus eius, quia ecclesia
presentis temporis dicitur existere sub pedibus
Marie. Maria demonstratur usque ad altitu-
dinem excellencie tamen ecclesia militans dicitur
esse sub pedibus Marie. Quinto beata virgo
dicitur mater dei, ecclesia vero dicitur filia,
sponsa et uxor Christi, non autem mater dei
proprie loquendo. Non enim sibi hec videtur competere
quantum ad esse humane nature in mente
et singulariter, sicut beate virgini competit,
quia non ecclesia, sed virgo Christum concepit et pe-
perit. Christus eciam non dicitur filius ecclesie
sed ~~ecclesia in fide Christi~~ quantum ad esse
gracie. Illi enim dicuntur filii ecclesie quantum
ad esse gracie qui per fidem ecclesie graciam
a deo receperunt. Christus autem non in fide
ecclesie, sed ecclesia in fide Christi dicitur vi-
vere et ab eo graciam recepit. Unde
dicitur quod proprie loquendo esse matrem dei
non convenit ecclesie sed ut dicit Augustinus in libro
de bono virginali: Maria corporaliter caput
corporis mistici peperit, ecclesia spiritualiter
membra corporis. Si vero reperitur alicubi
quod sinagoga vel ecclesia dicitur mater esse
eius ex post esset, secundum aliquam appa-
racionem, quemadmodum Richardus super apocalipsim
videtur asserere, quod quamvis vix hominis
dicitur mater Christi. Iuxta doctrinam salva-
toris Mathei xii°: Quicumque fecerit vo-
luntatem patris mei qui in celis est,
ipse meus frater et soror et mater est,
sed de rigore materni non est ad presens
sermo. Sexto quia ecclesia dicitur subiecta
Christo secundum apostolum Ephesiorum quinto: Mulieres
viris suis subiecte sint, sicut domino,
quoniam vir est caput mulieris sue,
sicut Christus est caput ecclesie, ipse salvator
corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta
est Christo, ita et mulieres viris suis
in omnibus. Utrum vero beata virgo subiecta
dicatur Christo secundum humanitatem, videtur
aliquibus quod sit, immo respiciendo ad
auctoritatem apostoli videtur esse subiecta sub
pedibus Christi. Dicit enim ad Corinthios xv° quod

xpm regnare donec ponat omnes inimicos
sub pedibus eius / omnia enim subiecit sub
pedibus eius / Cum autem dicat omnia subiecta
sunt ei / sine dubio preter eum qui subiecit
ei omnia / Simile hebre. 10 Sed aliud vi-
s. sit sibi detur non / quia repugnat evidentie rationis
quod sponsa ponatur sub pedibus sponsi
/ et quod mater subiciatur pedibus filii /
Beata autem virgo est sponsa et mater xpi
Et quamvis sponsa et mater aliquando non est
computanda inter inimicos illius / licet autem di-
catur inimica sit ponenda sub pedibus xpi
/ non autem videtur rationale / quod beata virgo cum
sit mater et sponsa xpi / dicatur aliquando
fuisse eius inimica / Et cum ipsa sit domina
omnium inimicorum xpi non videtur cum eis an-
numeranda esse / Ad quod suffragatur evi-
dens testimonium sacre scripture / dicitur enim
de ea re v xpi psalmo xliiii° Astitit
regina a dextris tuis in vestitu de-
aurato / Cum enim aliquis locus superior
isto non assignetur / quo sit dicendum de beata
virgine / quod sit subiecta sub pedibus xpi
/ ex quo dicitur astare a dextris suis
Et de huius excellentia sunt verba proga-
tive dicit bernardus in sermone de assumptione /
Sublimius ista dies et splendidiori
sole refulguravit / in qua virgo regalis
/ ad thronum dei patris evecta est / et
in ipsius trinitatis sede reposita / ange-
lica celi natura sollicitat ad videndum
/ tota conglomeratur angelorum frequentia
/ ut videat reginam sedentem a dex-
tris dei virtutum / in vestitu deaurato
in corpore / scilicet immaculato / circumdata
varietate i. multiplicitate virtutum distincta
/ Hec ille / Ad auctoritatem vero apostoli possit
dici / quod quia evidentie rationis repugnat
Ideo beata virgo non dicitur annumerari
cum illis / que dicuntur subiecta pedibus xpi /
Vel dicitur quod beata virgo non includitur
sub illa universitate / quia sacra scriptura certa
licet aliquid speciale commemorat / quod non
facit de omnibus aliis / Unde quia dicitur
expresse quod astitit a dextris xpi / videtur
quod non dicatur subiecta sub pedibus eius
Hec autem ratio non dicitur competens / Nam
secundum doctrinam bernardi ecclesia [?]
subiecta est / sub pedibus marie / quanto
magis xpi / Ex quibus possit argumentari
quod beata virgo post ascensionem salvatoris
nostri fuit subiecta petro primo ponti-
fici / quemadmodum omnes alii fideles /
Cum xpus eam ipsius specialem commissor[?]

fecit iohannem et non ipsa eum / sed etiam
dicatur ipsius pedibus esse subiecta / Cum
sit etiam sibi subiecta / quanto magis quod
liber imperator eius. et si fuit prima pre-
fuit petrus. Et enim a deo petro / ac omnibus
apostolis et angelis preferatur quam ut dicit
anselmus Solus deus est maior virgine
/ et quod omne quod non est deus / est in-
fra ipsam / De quo etiam Bernardus in ser-
mone de nativitate beate virginis / qui in-
cipit De gaudiis ad gaudia / Ascende
seraphim / et in illius superioris nature
superiora dignitate / et videbis quanto
maius est / in virgine / solius autem opifi-
cem opus istud supergredi / Tale ergo
opus commendatum est iohanni / propter
quod videtur sequi / quod loquitur fuit virgo
mente et carne / Ad eius de generationem
duplex testimonium reddit de eius
virginitate etc.

Denique manifestavit in evangelio
quod erat ipse / incorruptibilis / unde opus
inchoans / solus verbum caro factum esse
nec lumen fuisse a tenebris comprehensum
testatur / Sed in signum ponens
quod in nuptiis fecit deus / Unde deus
quod erat ipse / ut legentibus demonstraret
/ quod ubi deus in vitatus est / desistere
naturam vim debeat / ut veteribus in-
mutatis nova omnia que a xpo in-
stituuntur appareant etc.
Hec est tertia particula prime partis principalis
huius prologi / in qua posita descriptione
status beati iohannis / subditur modus
sue descriptionis / quem tenuit in descri-
bendo evangelium istud / Quomodo autem scriben-
di decuerat in hoc esse conveniens sue
scripture / quod quia scriptor erat carne in-
corruptus / et de nuptiis vocatus /
Ideo primo / inchoat incorruptibilis verbi
generationem eternam / per quem modum etiam subdit
temporalem / et deinde inter signa et miracula
per ipsum facta / inchoat a mutatione
aque in vinum in nuptiis facta / Hic
autem est pulcher modus scribendi beati iohannis
quod in describendo xpi naturam incipit
ab emanatione incorruptibilis verbi / per quod
ostendit esse in xpo divinam naturam / et hoc modo
incipiendi / debebat iohannes / qui fuit in-
corruptus carnis / Et hoc est quod dicit littera
Denique manifestavit scilicet iohannes ex modo
scribendi / et ex natura materie In evangelio
scilicet quod ipse scripsit / eius autem fuerit
manifestativus / subdit non dicitur / Quod
erat ipse / i. qualis erat ipse / scilicet incorrupta

carne et mente, incorruptibilis fuit opus
inchoavit. Per hoc enim quod Johannes incepit
evangelium de Christo, ex illa parte ubi
est deus incorporalis, scilicet ex parte deitatis,
ostendit quod et ipse Johannes erat incorrupti-
bilis. Decebat enim erat ut virgo in-
corporalis de incorporali verbo dictaret,
vel scriberet. Denique manifestatur in evangelio
quod ipse erat unus de quattuor aliis figuram
gerebat de illis que vidit Ezechiel
primo capitulo, et ipsemet Johannes Apoca-
lipsis iiii°. Statim enim in principio libri lo-
quitur Johannes de prole eterno. Per quod patet
quod ipse per aquilam figuratur, que irre-
verberato intuitu respicit radios
solis. Ideo in corporalis verbi opus incho-
avit. Et per hoc quod dicit incorporalis
verbi, confundit errorem Arrii, qui
dicebat Christum puram creaturam esse
et penitus corporalem, quod est hereticum.
Christus enim dicit divinum suppositum in dua-
bus naturis, et quia hic est simpliciter
incorporale, ideo Christus dicitur penitus in-
corporalis. Et per dictum tamen Christus fuit
vere mortuus, ergo corporalis. Verum quod Christus
secundum humanam naturam fuit vere mor-
tuus, et sic aliquo corporalis, sed non penitus.
Et per dictum eius creatura est corporalis.
Christus est creatura, quia Christus est homo,
ergo creatura. Ab inferiori ad superius
verum quod ita est penitus falsum, Christus est crea-
tura, quia per ipsum sic intelligit esse suppositum esse
creaturam, quod est falsum. Et quando dicitur
quod creatura non est superius ad istud homo
secundum totum, sed secundum humanam naturam,
et tamen hic est creatura. Et per ar-
gumentum Christus tamen quod homo est creatura,
ergo Christus est creatura. Ista quia quandoque
quid aliquid secundum quod ipsum vel secundum aliquid
eius. Et dicitur de eo penitus. Videtur quod
hic est verum, quod non est predicatio figu-
rativa, qualis est hic: Christus secundum quod
homo est creatura, quia concedit per primo
dictione, eo quod humana natura in Christo
est sic quodammodo sicut pars ad personam
Christi. Et ideo non potest penitus dici de
Christo quod sit creatura, sicut Arrius hereticus
asserebat, sed cum additione, ut dicatur
Christus tamen quod homo est creatura, et tunc
est locutio figurativa. Sequitur solus
scilicet Johannes inter quattuor evangelistas verbum
scilicet a patre genitum ab eterno verum carnem
factum esse sic testatur. Unde Homerus quando dictum
est quod Johannes in suo modo scribendi
principaliter agit de Christi divinitate, ponens
illa quattuor que pertinent ad opera incorporalis

et eterni verbi, scilicet quod erat, quia ante secula,
quod notatur cum dicit in principio erat verbum,
ubi erat, quia dicit et verbum erat apud deum,
quid erat, quia dicit et deus erat verbum,
et quid agebat, quia dicit omnia per ipsum
facta sunt. Hic ostendit quod etiam agit de
Christi humanitate. Ideo dicit solus scilicet inter
evangelistas verbum carnem factum esse te-
statur, infra primo: Et verbum caro factum est.
Nec etiam lumen a tenebris fuisse com-
prehensum testatur, id est testatur etiam solus
inter evangelistas lumen, id est Christum in mun-
do per vitam et doctrinam lucentem et
docentem non esse comprehensum,
id est receptum a tenebris, id est a tenebrosis
iudeis, infra primo: lux in tenebris
lucet et tenebre eam non comprehen-
derunt. Unde bene dicit hic solus, quia
ceteri evangeliste non loquuntur de hiis
verbi eterni, sicut iste ut patet ex verbis Augustini
de concordia evangelistarum, quod alia
tria, sive homo sive vitulus sive leo
intra terram morantur, quia tres evangeliste
in hiis maxime occupantur, occupabantur,
que Christus in carne operatus est, et que
precepta vite mortalibus exercendo carnem
portantibus addiderit. At vero Johannes
super nubila infirmitatis humane
velut aquila volat et lucem incommu-
tabilis veritatis acutissimis atque firmissimis
oculis cordis intuetur. Propterea enim ma-
xime divinitatem Christi, qua patri est equalis,
intendit, eam quia pre ceteris suo evangelio
quantum inter homines sufficit commendare
curavit. Et in hoc etiam ostendit preemi-
nentiam materie, quia quamvis evangelista Johannes enim
sicut aquila ceteris altius volans
agit de divinitate Christi, et de verbo incorporali,
in quo ut dictum est ostendit se incor-
ruptum et virginem. Et contextus primum
signum posuerunt, scilicet ceteris hec ostendit
aliud signum virginitatis. Dicit Johannes, scilicet
quod ipse, scilicet Johannes, describendo facta Christi
quantumcumque gesta incipit ab illo signo
quo Christus invitatus ad nuptias
deficiente vino convertit aquam in vinum,
ut habetur infra capitulo secundo. Per quod desi-
gnatur quod in illis qui Christum invitant
ad nuptias spirituales per aggressum conti-
nentie virginalis debet deficere carna-
lis delectatio, que per Christum vinum designatur,
ut aqua novo modo per Christum conver-
tatur in vinum, mutando delectationem
carnalem in spiritualem. Et hoc modo
incipiendo describere opera Christi sunt

suam virginitatem. Introducens enim loquitur hic signum in inebriat quod ipse creat / in quo deficiebat delectatio carnalis / pubescenta virginitate / Et hoc est quod dicitur / ponens s. ipse loquitur / primum signum s. eorum que publice fecit xpus / postquam cepit predicare / quod non posuerat aliquis aliorum ewangelistarum / ita quod si nullus ewangelista ita descripsit diuinitatem xpi / sicut iste sic etiam describendo facta xpi humanitatis gesta / incipit ab illo signo quod nullus posuit ewangelistarum / quo xpus invitatus ad nuptias destinauit primo convertit aquam in vinum / Ideo dicit primum ponens signum quod in nuptiis fecit dominus s. de mutatione aque in vinum ut habetur in ista ratione / Ordinans s. ipse loquens in suo modo scribendi / quod ipse creat s. ille ad quem nuptias domum fuit invitatus / et a delectatione carnali per continentiam virginalem segregatus / vt legentibus sic hoc exemplum demonstraret s. ipse loquitur / quod ubi dominus invitatus est / deficere debet vinum nuptiarum .i. iocunditas sensualis / uel lex coniugalis .q.d. In descriptione vini nuptialis significatio fuit / quod in iohanne qui dominum invitavit / defecit lex carnalis Et sicut in ipso defecit lex ista / sic deficere debet in omnibus qui dominum invitant ad nuptias spirituales / Sed dicitur secundum sensum quod quicumque deum diligit et invitat / debet cessare a coniugio / quo non licet vxorem ducere / Respondetur primo quod ille dicit invitatur a domino pro modo quantum ad quem gratiam / et sic non est necesse deficere vinum nuptiarum / Alio modo quantum ad spirituale consilium contemplationis / et sic oportet deficere vinum nuptiarum / quia secundum apostolum j cor. vij° mulier nupta cogitat quomodo placeat viro / et ideo oportet quod impediatur ab actu contemplationis / que vero non est nupta cogitat quomodo placeat xpo / vel dominum quod diligentibus deum et invitantibus xpm / debet deficere vinum nuptiarum / quantum ad effectum vini. s. ut non inebrientur a carnali delectatione / que tanta posset esse / et non tanta libidine exciteri / quod etiam in coniugatis esset mortale peccatum / Vnde glosa dicit vinum aliud est nuptiale / aliud spirituale / Nuptiale vinum ad literam possumus dicere / vinum quod ibi deficiebat / vbi miraculum dixit vinum non habent / vinum spirituale

ad literam possumus dicere illud legis de aqua subsecutum est / Spirituale vero vinum quod dominus fecit in nuptiis / possumus intelligere legem coniugii / que ante adventum xpi fere ab omnibus custodiebatur / quia tunc dicebatur crescite et multiplicamini etc. / et steriles qui non fuerant patiebantur magno obprobrio habebantur / Sed veniente xpo iam incepit vinum illud in quibusdam deficere / et aliud vinum scilicet virginitatis crescere / sicut in maria / iohanne / et postmodum paulo / et aliis multis / Ideo autem vinum nuptiale dicitur / ipsa lex coniugii quia sicut vinum inebriat homines / et a statu sue mentis alienat / sic lex coniugii alienat hominem ab illis / que sunt dei / et sollicitus cum fuerit circa res mundanas / quibus se et coniugem et pueros nutrire queat / Castitas autem dicitur vinum spirituale / quia quod illud facit seculo / istud facit deo / quia facit postponere res mundanas / et celestibus inhiare / Et ideo loquitur ponit hoc primum signum / vt demonstraret quod ubi dominus est invitatus .i. in illorum mentibus ad quos invitatus venit / vinum nuptiarum .i. vetus consuetudinis debeat deficere / Subdit litera vt veteribus immutatis .i. dimissis / omnia nova appareant s. que a xpo novo homine constituuntur / hic glo. / vel sic vt veteribus immutatis .i. ut delectatione carnali que corruptionem inducit / mutata in spiritualem / que renovat animam / nova appareant omnia / s. que a xpo instituuntur vel sic vt veteribus s. sacrificiis et figuris immutatis .i. in melius mutatis / nova omnia .i. ewangelia sacramenta in veteribus figurata que a xpo instituuntur / post uel apostolus appareat s. per effectum / Vnde leuiti. 26 vetera novis supervenientibus proiicietis / Elegit etiam signum post vna causa preteriti operna secundum Ieronimum / vna causa quia scriptum ewangelium dicit etc. / quod non iohannes legisset volumina Mathei / Marci / et Luce / approbat quidem textum historie / verum quod eos dixisse firmauit / sed unius tamen anni in quo et passus est / post incarcerationem baptiste iohannis baptiste / historiam texuisse / pretermisso itaque anno / cuius acta a tribus exposita fuerant / superioris temporis antequam iohannes clauderetur in carcerem gesta narrauit / Et sic secundum Ieronimum vna causa

susceptibili operis / sunt supplecio secundum
ipsorum / ut quod fuit primum miraculum /
de mutatione aque in vinum / Et ideo
dicitur in littera secundum quosdam miraculum
ab aliis premissis / ponens quasi sex
in mutatis / Quod eius quod erat ipse et
Circa quod adhuc sciendum quod secundum
glosa istam particulam sic exponit / Ostendens
dicens in illo miraculo / quod ipse erat
deus / et ex ipso miraculo ostendit
se esse deum / eo quod solus deus potest
facere miracula / et in id potestate cum
facit mirabilia magna solus / Circa
quod queritur an hec sit [illegible] / Et
videtur quod non / quia secundum Gregorium virtutes
vocantur illi spiritus per quos signa et
miracula frequentius fiunt / Et augus-
tinus libro 83 questionum / quod magi faciunt
miracula per privatos contractus /
boni christiani per publicam iusticiam /
mali christiani per signa publice iusticie
xpi nomen invocando / facta [illegible] /
et sic est [illegible] / et demones possunt facere mi-
racula / Secundo secundum Augustinum libro de uti-
litate credendi / miraculum est aliquid
arduum et insolitum / supra facultatem
nature / et spem admirantis apparens /
Et secundum beatum Thomam libro de potentia
q 6 / In illa diffinitione ponitur
arduum / quod non pertinet ad magnitudinem
rei in se consideratam / sed per comparationem
ad facultatem nature / verum in quacumque
re parva / deus aliquid operatur / quod
natura operari non potest / hec arduum
reputatur / ergo non sequitur In minimis
rebus deus operatur contra cursum nature /
ergo miraculum non est arduum / Addit
in diffinitione insolitum / Dicitur autem
insolitum / quod est contra consuetum /
nature cursum / etiam si quotidie iteretur /
ut substantio panis et vini in corpus
et sanguinem xpi quotidie frequentatur /
nec tamen desinit esse miraculum / magis
enim dicitur dici solitum quod in toto ordine
universi contingit / quam quod in una
sola re contingit / De modo illud mira-
culorum quedam dicuntur fieri supra naturam
secundum modum illud effectum quem deus facit
natura nullo modo potest facere / Quod contingit
dupliciter / aut quia forma adeo inducta
nullo modo potest induci a natura / sicut forma
glorie qua induit deus corpora electorum /
Incarnatio verbi et huiusmodi / vel secundo quia et
licet formam natura posset in-

materiam inducere / non tamen in istam / ut ca-
[illegible] vitam / natura potest inducere forte /
sed non in isto morbo / Contra naturam
vero dicitur / quando in natura remanet contraria
dispositio ad effectum / quem deus facit / sicut
cum conservat pueros in camino / rema-
nente virtute comburendi in igne / et quando
stetit aqua iordanis remanente
gravitate in ea / Et preter est quod virgo pe-
perit / Preter naturam autem deus dicitur facere
miracula quando producit effectum quem
natura etiam potest producere / in illo modo / quo deus producit
natura producere non potest / vel quia deficit in
instrumentis / quibus natura operatur / ut cum
xpus convertit aquam in vinum / vel quia
in divino opere est maior multitudo / quam
natura facere consuevit / ut rane in
egipto / vel quantum ad tempus / ut subita
curatio infirmi / Addit in diffinitione
preter spem admirantis apparens / non
ex parte rei mirabilis / unde quod
dicitur insolitum / nam per consuetudinem
aliquid in nostram notitiam familiariter
venit / Ergo quod preter ordinem communem in
rebus statutum / quamquam divinitus fiunt /
miracula dici solent / nam admiramur
aliquid / cum effectum videntes / causam
ignoramus / Et quia causa una et eadem
a quibusdam interdum est cognita / et a
quibusdam incognita / Inde contingit
quod videntium simul aliquem effectum / aliqui
mirantur / et aliqui non mirantur / astro-
logus enim non miratur videns eclipsim / non
solus / quia cognoscit causam / ignarus
autem [illegible] necesse est admirari / causam
ignorans / Sic igitur aliquid est mirum
quo ad hunc / non autem quantum ad illum /
Illud autem simpliciter mirum est / quod habet causam
simpliciter occultam / et hoc sonat nomen
miraculi / scilicet ut sit de se plenum
admiratione / non quo ad hunc vel ad
illum tamen / Causa autem simpliciter occulta
omni homini est deus / cuius essentiam
nemo homo in statu huius vite potest in-
tellectu capere / Illa ergo simpliciter miracula
dicenda sunt / que divinitus fiunt / preter ordinem
communiter servatum in rebus / Alio modo
miraculum dicitur large / et quo ad nos
sed cum aliquid fit / quod facultatem
et cognitionem humanam excedit / Et illud
miraculorum quedam non sunt vera
sed fantastice ficta / quibus scilicet homo
ludificatur / ut ei videatur aliquid / quod

no est / ut q simon magus fecit ca
nem loqui . p ut legit in scolastica
historia / no fuit miraclm veru / sed
quedam illusio demoniaca / q p motu
aeris sonu in cane formabat / Et
sic q ydola dicut locuta fuisse non
q vere loquerent / qr no habut abilitate
ad loquendu / sed demones sonos per
motu aeris circa ydola faciebat / sic
q loqui putabant / Quedam aut sut
vere facta / s no vere sut com miracla
sz q fiut virtute aliquar naliu rerum
Et hec duo possut fieri p demones
ex hoc q activa passivis virtute apli
cant ad passiva hn disposita / ex
quo sequit effectus que homines mirat.
Sed vera miracla sz q fiut supra
facultatem nate / no psut fieri nisi
virtute divina / opat em ea deus .
ad hominu utilitatem / Uno quide modo
ad confirmacom veritatis pdicate / Alio mo
ad demonstracom scitatis alicuis q deus
vult hominibus pponere in exemplu
virtutis / Primo modo psut fieri miracla
p quecuq / q vera fidem predicat /
et nomen xpi invocat / Et eciam hoc
modo / eciam mali psut miracula
facere / Unde sup illud Math . vii Nonne
nomine in nomine tuo pphetauimus et / dicit
ieronimus . pphetare / vel virtutes facere / vel
demonia eicere / in terdum no est eius
meriti qui opat / sed invocacio xpi
nominis hoc agit / ut homines deum hono
rarent ad cuius invocacom fiut tanta
miracla / Secundo vero modo . no fiunt miracla
nisi p sanctos / ad quorum scitate demon
strandam miracla fiut / vel in eorum
vita / vel post mortem / sive p eos sive
p alios / Legitur em Act . 19 . q deus
faciebat virtutes p manus pauli /
Et eciam q sup languidos defere
bantur ab eius corpore sudaria / et
recedebant ab eis languores / Nec
eciam nil phibet p aliquem peccatorem
miracula fieri / ad invocacom alicuius
scti / que tn miracla no dicitur ille
facere / sed potius ille / ad cuius scitatis
demonstranda hec fierent / ut dicit scts
thomas parte q 178 / Ex quibus
sequitur primo / q solus deus pt facere
vera miracula ppria virtute pz ex dictis
Et p . dicit Anshelmus lio / de concepcione
virginali et hoc / q miraculis recipitus
rerum a sola dei voluntate dirigitur /
Et pbatur racone / qr quod est sub cer

dine totat constitutu / no pt pter illu
ordine opari / Sed omis aut creatura est
constituta sub ordine / que deus in re
bus statuit / ergo nulla creatura pt sup
hunc ordine opari / quod est miracula
facere / Et cum aliqua virtus finita ppriu
effectu opat ad que determinat / non
est miraclm / lz possit alicui mirum
esse / qui virtutem illam no comphendit /
Sicut mirum videtur ignaris / q magnes
trahit ferru / vel q aliquis piscis pi
scis retinet naves / Omis aut creature
potentia est limitata ad aliquem determinatu
effectu / vel ad aliquos / Quicquid ergo
fiat virtute cuiuscuq creature / no pt dici
miraclm pprie / quamvis pt mirum creature
/ virtutem illius no comphendenti /
Quod aut fit virtute divina / q cu sit infi
nita / de se incomphensibilis est / vere
miraclm est / ergo solus deus virtute
ppria pt facere vera miracla / Horum aut
miraculorum diversi sunt gradus et ordines
secundu btm Thoma libro iiio con gen
tiles ca lo . 10 Nam primu gradu int
miracula tenent in quibus aliquid
fit a deo / quod na nunquam pt facere
/ sicut q duo corpora sunt simul / aut q sol
retrocedat aut stet / aut q mare di
visum . transeuntibus iter pbeat / Et in
hec eciam attenditur ordo / nam quanto
acta sunt illa q deus opat / et quanto
magis remota sunt a facultate nate /
tanto miraclm est maius / Sicut maius
est miraclm q sol retrocedat / quam
q mare dividat / Scdm aut gradu
in miraculis tenent illa in quibus
deus aliquid facit / quod na facere pt
/ si no p illud ordine / opus em nate
est / q al vivat / videat / et ambulet /
/ sed q post mortem vivat / post cecitatem
videat / post debilitatem claudus ambu
let / hoc na facere no pt / si deus imme
diate miraculose opat / Et int hec eciam
miracla gradus attenditur / secundum q est
magis a facultate . nature remotu /
Tercius aut gradus miraculorum est /
cum deus facit / quod consuetu est fieri
operacone nature / tn absq nate prin
cipiis operat / Sicut cum aliquis a febre
curabili p natam / virtute divina curat /
Et cum pluit sine operacone principiorum
nature / Sed queres in quo gradu
sit miraclm de mutacone aque in
vinum / pt dici q de tercio gradu / quia hec

fit per naturam / sed non per illum ordinem sed successive / utputa in vineis / sed quod tam subito aqua convertatur in vinum / hoc fit virtute divina / Dixi notanter in conclusione quod solus deus potest facere miracula virtute propria / quia imperat(?) / et virtute divina boni et mali possunt miracula facere / ut patet ex dictis / Et ratio / quia cum miracula fiant divina virtute / constat quod virtus divina non est bonus ponere in malis quam in bonis / igitur sicut per bonos potest facere miracula / potest etiam per malos / qui licet sint mortui vita gratie / nichilominus operatur fides eorum inspirata(?) / sicut homo per baculum / ut dicit beatus thomas 2a 2e q. 1. 8. 8. Ex quo notandum quod facere miracula potest tripliciter intelligi / scilicet auctoritate / ministerio / et potestate / Cum facit auctoritate inducit formam in materiam non cooperante aliquo principio activo naturali / Et sic facere miracula proprie est solius dei / Ministerio autem facere miracula contingit dupliciter / vel ministerio preparationis / vel ministerio invocationis / Ministerio preparationis dicuntur facere miracula sancti angeli / quia preparant materiam et habilitant eam ad introductionem alicuius forme / non ex principiis naturalibus introducende / Unde et generalis resurrectio mortuorum / que erit miraculosa computata / angelis attribuitur / iuxta glossam super illud 1 thes. 4o / In iussu archangeli / Et hoc est ideo quia angeli colligent pulveres corporum humanorum / et demum disponent ad reunionem animarum / Sic et homines possunt preparare / sicut fecerunt illi / qui impleverunt ydrias aqua / quam christus mutavit aquam in vinum / Ministerio vero invocationis dicuntur homines facere miracula boni et mali / christiani / et ceteri magi dicuntur sancti / sicut dicit augustinus / De qua dictum est supra / potestate non solum sancti faciunt miracula / prout dicit beatus gregorius 2o dialogorum de beato benedicto / quod cum ad brachia cuiusdam rustici ligati oculos deflexisset / tanta celeritate se cepit alligata brachiis lora dissolvere / ut dissolvi tam cito nulla hominum festinatione potuissent / Et de beato petro legitur actuum 5o quod non invocando sed imperando subito ananiam et saphiram morte dampnavit / Et de iosue legitur iosue 10o de statione solis / quod non invocando sed imperando dixit / Sol contra gabaon

ne movearis / non dicitur quod ipsi sint principales actores in hoc miraculi faciendis / sed sunt velut instrumenta divina / cuius imperio tamen natura in miraculis obedit / ipsis rebus quodammodo precepta sua applicantes / Ex quibus ultimis sequitur / quod miracula virtute divina bonis et malis indistincte collata / sunt secundum excellentiam et excessum facultatis nature comparata / quia quanto magis distat a facultate nature / tanto sunt alius excellentiora / que tripliciter contingit ut dictum est supra / vel quantum ad substantiam facti / vel quantum ad id in quo fit / vel quantum ad modum et ordinem faciendi et cetera / Secundo sequitur / quod gratia miraculorum collata bonis et malis indistincte / apparet ex effectu miraculi in bonis esse magis excellens / patet quia sancti quandoque faciunt effectum miraculi quasi potestative / prout patuit de iosue petro et benedicto / licet tamen illa miracula fuerunt virtute divina facta / quia sicut dicitur iosue 10o non fuit ante et post tam longa dies obediente deo voci hominis / Et ita effectum miraculi sanctorum / quandoque fit ad demonstrationem sanctitatis eorum / In malis autem fit miraculum solum ad commendationem divini nominis / ut deus honorificetur et non propter eorum sanctitatem qua carent / Tertio dicitur / miracula sunt quedam divina testimonia / iuxta illud apostoli hebre. 2o contestante deo signis et prodigiis et variis virtutibus etc. Et in ecclesia quidam canonizantur propter testimonia miraculorum / Sed deus non potest esse testis falsitatis / Esset autem si per malos miracula faceret / igitur videtur quod mali miracula facere non possunt / Respondetur quod miracula semper sunt vera testimonia illius ad quod inducuntur / Et ideo a malis qui falsam doctrinam enunciant / nunquam fiunt vera miracula ad confirmationem sue doctrine / quamvis quandoque fieri possint ad commendationem nominis christi / quod invocant et virtute sacramentorum que exhibent / Et licet fides sine operibus mortua sit / quantum ad ipsum credentem / qui per eam non vivit vita gratie / nichil tamen prohibet / quod res viva operetur per instrumentum mortuum / prout et lignarius per serram / et homo per baculum / Sic et deus operatur per fidem hominis peccatoris instrumentaliter / Ab hiis autem qui veram doctrinam predicant / fiunt quandoque miracula ad confirmationem doctrine / non autem semper ad testificationem sanctitatis / ut dicit augustinus libro 2o 83 questionum

Cum est dtm qd io no omnibus sctis da
t opatio miraculoz ne pusillos ho
errore decipiat infirmi / consumatissi
miraculoz opatoibz esse acra dona
/ qua in opibus iusticie / vn licet mag
miraculum fuit / qd petrus p vmbram
sanauit / qua qd xpus p fimbriam /
no tn ex hc arguitur aor gra fuisse i
petro qua in xpo / qz qd vmbra pet
sanauit infirmos / hc no fecit petrus
sed xpus in petro / vn augus tractas
illud joh xv Si opa no fecissem i
eis q nq alius fecit / Et nemo
alius in eis fecit / qm quicqd aliq ho
aliqd eoz miraculoz fecit / ipo xpo fa
ciente fecit / ideo & subdit opa q eo
facio & ipe faciet / et maiora hoz
faciet / Audi go qui credit in me opa
q ego facio & ipe faciet / pus eo facio
deinde faciet / qz facio ut faciat ille

Hoc evangeliu scripsit in asia / pq
ca qz in pathmos insula apoca
lipsim scripserat / vt cui in principio
canonis incorruptibile principium p
notatur in genesi / ei etia incorruptibi
finis p virgine in apocalipsi redderet
dicente xpo ego sum alpha et o /

Tercia particula prime ptis principalis
huius prologi / in qua btus Ieron ponit
descriptionem status bti johis / & ostendit
mo scribendi / quia tenuit in descriptione
evangelij / quia incepit ab eternitate
in corporalibus vbi hic inter aud locum
tpus / ordine & congruitate ordinis / qz
in asia pq apocalipsim / et hc est qd
dt / Hoc aut evangeliu / sz alibus pfectius sz
p temissione impletio / & excellencius
diviniorum misterioz ostendit / Scripsit
s iohes / in asia / s minori / duplex n
est asia / sz maior / q est una ps mundi
alia minor / cuius metropolis e ephesus /
vbi btus iohes an exiliu fuat plim
qn jamb / ~~et europa~~ / affirma a tpe pas
sionis xpi usqz ad ultima tpa domiciani
p annos fere lxv / absqz ullo scribendi
adminiculo / pdicat xpm esse dei filiu co
eternu & incorporeu / Et du esset in exi
liu ppt insupabilem evangelij constantia
relegatus / tn eius absencia ppt
negligenciam epoz ab eo institutoz et
ordinatoz / plures heretici sz ebion
cherintus / marcion / pullulare ceperunt /
qui pdicabat xpm ex tpe incepisse
/ et eu omino corporalem esse / nec ante
mariam fuisse / qz de ea corpat natus /
s. xpm

quos omnia redarguit in apocalipsi dicens
in psona xpi ego sum alpha et o
ps / 19o & ultimo talis / ppt quod du fuisset
ab exilio revocatus / ab epis asie fuat
rogatus ut evangm de coeterna patris
divinitate filij scriberet / ad pdictoz errorz
eliminacoe / et confutacom / Et de hc legit
in ecclastica historia / scribit etiam btus
Ieron in libro illustrium viroz / qd scdam
pq nerone psecucom / movit domicianus
imperium tepore / qui iohem ab insupa
bilem evangelij pdicacom / in pathmos in
sula / que sita est in mari egeo rele
gatus / exilio deputauit / vt ibi forsitan
secta marmoz vel terram foderet / aut
hiis pluribus pceptis impialibus deser
viret / sicut legimus sctos in passionibus
sctoz martirum / vbi quanto magis puta
batur vinciri sua custodia / tanto ma
gis metas transcendens humanitatis / me
ruit videre celestia / Et qui negabatur
eius terraz spatia extendere / concessum est
penetrare secreta celestia / Et quanto
magis erat destitutus humano solacio /
tanto ei affuit divina consolatio / Ibi qz
meruit vidie psciam et revelacom
de progressu & de statu pntis & future
ecclie / quanta sz passa sit tpe pmitivo /
sz sue fundatos & plantatos / et quanta
moderno tpe patitur / et quanta novissimis
tpibus anx sit passura / vt dictas tri
bulacoes providendo / et precis providencie
se muniat / vt semp venientibus no deicia
sed in vtute pacie recius qz vntibus
pbetur / sicut aurum in igne / quibus p modicis
& momentaneis laboribus & tribulaco
nibus pntis tpis / eterna premia conse
quatur / Mortuo vo domiciano / qui decreto
senatus romani / fuit in asiam revocatus
vbi fertur etiam eu p illo loco secretissimo
in que scriptus divina scripserat orasse
ut fuit impetens opi nullas ventoz
aut ymbrium iniurias pateret / hac qz
reuerentia eius loco usqz hodie / clemita
servare dicitur / & ibi ne pluat vel ventus
aliquod faciat impedimentu / rogatus
ab epis asie / noluit evangm scribere
/ nisi prius indicto ieiunio quod omes
deum deprecarentur / vt vera & digna scribe
posset / Eu go eduam iciunii peregisset
tunc spu scto repletus / ad peticom epoz
scripsit evangm / hic locus & tpus in
quibus hc evangm scripsit / quia in asia
minori / pq quam de exilio redierat / de
insula pathmos / in qua pq apoc scripsit

vt dicit in lr̃a / Sed posset queri quere
/ quare liber apoc ponit ultimo in ordi-
ne librorum veteris et noui testamenti / cum
fuit descriptus ante euangelium / Et ideo ad hoc
respondet Jeronimus dicens quod sicut scriptum est,
vt finis canonice scripture principio reddet /
quia scriptura canonica incipit ab incorruptibili
principio / cum dicit, In principio creauit deus
celum et terram / et ideo congruum fuit / quod fi-
niretur in corruptibili ubi per Johannem virginem
prebetur in apocalipsi / vnde et liber apocalipsis /
infinali beatitudine terminatur quod consistit,
in reductione creature ad ipsum / sicut per
creationem egreditur ab ipso / de qua creatione
agitur in principio canonis id est in primo
totalis voluminis biblie / quod continet 70
libros diuinos et canonicos / irrefragabilis
auctoritatis / Et dicitur ipse liber canonicus a ca
non / quod est regula / Regula autem dicitur a re-
go quod recte ducit / nec alicorsum aliquem tra
hit / vel quia regit et ordine recte viue
di prebet / et quod est distortum prauumque
perdit et corrigit / Omne enim quod dictis
libris veteris et noui testamenti secundum Augus-
tinum libro de Ciuitate dei / et in aliis
locis / vnde et ysidorus 6to ethimologiarum /
per quod canonicos libros biblie instruit,
de certis auctoribus subdit dicens / Hij sunt
scriptores sacrorum librorum / qui per spiritum sanctum
loquentes / ad eruditionem nostram / et precepta
viuendi / et credendi regulam nobis con
scripserunt / Et ergo beatus Jeronimus in littera
quod ideo liber apocalipsis ponitur in fine,
canonis / quamuis ante euangelium Johannis sit
conscriptus / ut Cum sit filio dei in principio
canonis scilicet in genesi / in corruptibile principium
prenotatur scilicet cum dicitur In principio creauit
deus celum et terram / Ita est in corruptibilis
finis redderetur per virginem scilicet Johannem In
apocalipsi scilicet per hoc quod dixit in persona christi
Ego sum alpha et o. id est principium et finis
quia ibi describitur finis creature cum christo exce-
pto quod subdit / dicente christo scilicet apocalipsis
ultimo Ego sum alpha et o. id est principium
et finis / ac per hoc non habens principium neque
finem / Alpha est prima littera grecorum alpha
beti / O. vero ultima / per quod designatur
quod christus est principium et finis sacre scripture
/ ac etiam totius creature / Christus enim est
vitas prima / a qua omnis alia vitas
diriuatur / ac si ergo Jeronimus ex omnibus istis
verbis vellet dicere / Congruum fuit vt
qui in principio canonis id est totius sacre scrip-
ture dicitur principium scilicet a quo omnia sunt

in fine eius dicatur / In principio creauit deus
celum et terram id est in filio suo per ipsum creata
/ sunt deus spiritualem corporalem que crea-
turam / vel vniuersam istam molem corporei
mundi / Et quia / in omnibus que ipse continet
maxime nobis qui naturali in fine apo
calipsis / quod est finis canonis / ducitur
finis / quia omnia terminantur ad ipsum /
Est autem apocalipsis finis canonis / non
quia ultima scripta / sed quia ultima ordinata
propter rationem dictam / Ex quo dicto beati Jeronimi
potest elici primo / quod totum opus a deo in
tentum et ordinatum / tanquam ei proximius
/ qui est finis omnium / est verbum incarnatum
id est deus christus / patet / quia omne agens intellectua-
le / prius intendit finem / quam ea que
sunt ad finem / ex maxime generali / Deus
autem est agens intellectuale / ergo deus
prius intendit finem / quam ea que sunt
ad finem / Deus ergo non sit finis omnium /
iuxta illud prouerbiorum / christo vniuersa propter
semetipsum operatus est dominus / quecumque
magis ac perfectius ordinata sunt ad per
ticipandum diuinam bonitatem gloriam
sue beatitudinis / illa dicuntur habere fini scilicet deo
propinquiora / Sed homo christus / plus
ac perfectius participat diuinam gloriam / quam
omnis alie creature / Non ut dicit Johannis
3o non ad mensuram dedit ei deus
spiritum sue gratie et glorie / vnde quia plus partici-
pat / ergo propinquius est suo fini / scilicet deo
/ Et omnibus aliis prius intentus a deo
et ordinatus in vniuerso / sicut est patet
ex doctrina beati pauli / qui in multis
locis suarum epistolarum dicit / christum esse caput
non solum supra omnem creaturam / sed etiam
supra omnis principatus et potestates / et
ad hebreos 2o dicit quod deus omnia subiecit
sub pedibus eius / et nichil ei non subiectum
dimisit / Et ex ista vel alia consideratione
moti sunt plures doctores / ad dicendum
/ quod licet deus non peccasset / nichilominus dei
filius incarnatus fuisset / vt comple-
ta esset perfectio vniuersi / Iuxta quam con
sideratione procedit ordinaria glosa ci-
tans illud auctem proverbiorum viijo dominus,
possedit me in initio viarum suarum / ex-
ponens illud passum de diuina sapientia
incarnata id est christo homine / Constat
enim quod hoc opus / quia perfectius est in vniuerso /
propter quod est propinquius deo / ab eo
primo intentum et ordinatum / Ideo recte
dicitur / quod sit in initio viarum suarum
et ex antiquis ordinatum / Exponitur
etiam aliter de beata virgine maria

quia superabat et pertinet ad opus incarnacionis
et est a deo electa ut sit mater unige-
niti filii sui. Secundo sequitur quia primum in eterni-
tate deus pater in necesse bonitatis ab
eterno communicata sua bonitate per plenitu-
dinem filio et spiritui sancto ad intra volens
tamen per quemdam infinita sua potencialia
etiam ad extra sue bonitatis creaturas
esse participes, ducem libere edidit scilicet
creaturarum et diversarum specierum. Ordina-
tissima enim creaturarum universitate ex
tempore creavit et instituit. Exorsus a primo
creato, per media progrediens usque ad in-
fimum, ut videlicet totalis series creaturarum
ex prima luce quam putamus a puncto
luminoso vel quasi in more orbis procedens
ex unitate esset velud scala creature tonali (?):
sicut angelice et humane quedam via per-
veniendi ad suum creatorem, per magis perfectam
cognitionem veritatis. Angelis quidem
a priori per cognitionem verissima seu per co-
gnitionem rerum in suo genere, quod est con-
. Hominibus vero per studium suam cognitionem
veritatis a posteriori scilicet ex infimis rebus sen-
sibilibus inchoatam, quia ut dicitur in primo
libri physicorum et in processu cognoscitivo
veritatis innata est nobis a notioribus
via procedendi ab effectibus nobis
notioribus ad causas occultiores.
Angelis vero quantum ad eorum cognitionem
verissima, quia notiores sunt eis cause
quam effectus earum, procedunt ergo sic
inchoando vel accipiendo cognitionem rerum
in suo genere quia vocatur verissima et
altius qua sunt in verbo. Sic itaque
modus progressionis et emanacionis
creaturarum a primo principio, qui in modo
quadam scale descendisse a summo in deor-
sum, ut notiores studio veritatis soliciti
per ipsam gradatim ascendent sursum ad crea-
torem, et tandem invenirent in summi-
tate tocius scale universitatis creaturarum, ut quasi
creatura a deo egressa per modum circu-
lacionis reverteretur in eundem, ut vi-
sitaretur hic quod hic dicitur: Ego sum
alpha et o, principium et finis. Et id
psi egrediebatur foras scilicet creatura
et loquebatur michi ipsum sic manifestando
per ipsum deum a quo processit. Hic est
ergo primus liber nature, sicut totus mundus,
in quo sunt tot littere quot creature. Li-
ber iste docet nos et docendo non cessat
qualis sit creator eius, et quales
nos esse debemus. Eius namque magnitudo
docet nos potenciam patris. Eius

pulchritudo sapientiam filii. Eius gubernacio
bonitatem spiritus sancti. Eius quoque unitas
declarat unitatem factoris. Et sic iste liber
nature docet scripturam suum esse trinum
et unum. Unde Sapientie xiii° a magnitudine enim
creature et speciei cognoscibiliter poterit eorum
creator videri. Et ad Romanos primo: invi-
sibilia dei per ea que facta sunt a creatura
mundi intellecta conspiciuntur etc. Quamvis au-
tem filiis Adam propter peccatum primi obte-
nebrati sunt oculi mentis, sicut intellectus
et affectus, remansit tamen in eis naturale
desiderium magistre (?) cognoscendi, prout
sicut Philosophus methaphisice in primo: Omnes homines
natura scire desiderant, et maxime
summum in entibus, et ex isto vulgatum
beatus Augustinus primo confessionum dicit: Inquietum fecisti
nos ad te, et inquietum est cor nostrum
donec requiescat in te. Itaque cum deus omnia
creavit mundum et tradidit ipsum homi-
nibus Ecclesiastes 3o, plures filiorum Adam ab
inicio propter admirari de mundo et de
apparentibus in ipso ceperunt philosophari.
Ceperunt namque variis studiis et multi-
pluribus consideracionibus deum quem per-
diderant querere, perscrutando discurrendo
et interrogando universam creaturam de eo.
Quorum quidam oblite considerauerunt omnia
tamen sub racione numeri vel multitudinis ut arith-
metici; quidam sub racione mensure et ma-
gnitudinis ut geometri; quidam sub racione
consonancie proporcionis et ordinis ut mu-
sici; quidam sub racione motus et mutabilitatis
ut naturales philosophi; quidam sub racione entis
absoluta et quiditatis ut methaphisici; qui-
dam conscenderunt in predicta scala crea-
turarum usque ad orbes celorum et ibi stete-
runt et evanuerunt, sicut ut astrologi
~~qui suum intellectum in mundanis~~ Quidam
solum ad concavum orbis lune pervenerunt
ut qui tamen corruptibilia consideraverunt.
Quidam solum vero in terra remanserunt
ut filii seculi qui suum intellectum in mun-
danis et terrenis occupaverunt. Et inter
omnes predictos creature perscrutatores
soli veri philosophi naturales et methaphisici via
magistrorum procedentes in dicta scala
creaturarum primum principium considerantes a longe
et obscure in summitate eiusdem esse con-
spexerunt, et quasdam dei perfecciones
et condiciones cognoverunt. Unde dicit Hugo libro
de sacramentis in primo 3e partis: ab inicio sic deus
noticiam suam ab homine temperavit ut sicut

quod esset / nunquam potuit totum cognoscendi
/ sicut quia esset / nunquam perfectus poterat
ignorari / Sed in quo processu quantum grandius
debuit esse processus divine cognicionis
a dei benignitate perfectius / qui multum
distinguit patet / secundum distinctionem illorum que
deo conveniunt / Quedam enim sunt deo et crea
turis omnibus communia ut entitas uni
tas bonitas / Quedam sibi et racionalibus
creaturis ut prudencia iusticia sapiencia
Quedam vero sunt sibi soli propria ut esse trinum
esse omnipotentem / Processus ergo de deo
secundum ordinem cognoscendi / proportionatus
fuit et est / Quando enim duplex liber
scilicet nature racionalis et irracionalis / et scri
pture divinalis / per primum librum intellectus
humanus solum pervenire potuit / ad
cognicionem eorum que deo et creaturis / et cetera
debiliter et tenuiter agnovit / Ideo
opus fuit libro secundo scilicet scripture divinal
/ qui intellectum altius elevaret ad cogno
scendum singulares et proprias dei cognitiones /
innumerabiles nulli creature communes / Hos duos libros
/ scilicet vias perveniendi ad cognitionem dei
/ plene complectens beatus Augustinus 20 libro
de civitate talo 20 dicit / non ero segnis
/ ad inquirendam substantiam dei / sive per scripturas
eius / sive per creaturam / quia utraque nobis
ad hoc proponitur intuenda / ut ipse queratur
/ ipse diligatur / qui et illam inspiravit /
et istam creavit / Ex quo dicto beati Augustini
liquet / omne studium humanum circa sacre
cognoscendi scientiam / ad hoc debere
tendere / ut deus vere cognoscatur /
perfecte diligatur / et recte colatur / ad hoc enim
racionalis creatura facta est / secundum magistrum
in secundo distinctione prima / Fidelis enim christianus
aliquem dominum tria precipue tenetur inquirere /
Primo et ante omnia voluntatem sui domini
ut ei obediat / Secundo dignitatem et bonitatem
eius ut ipsum diligat / et eius magnitudinem
sive nobilitatem et virtutem eius laudet et ex
tollat / Tercio qui et quales sunt adver
sarii domini sui / ut illos vilius respiciat / se
que et alios subiectos domino suo ab illis
liberet et defendat / Cum ergo deus sit uni
versus omnium creature / et homo christianus eius
subiectissimus / ante omnia predicta tria / per
scrutari debet de domino deo suo / Scietur autem
hoc vel ex spirituali divina revelacione / vel ex operum
eius consideracione / Scietur et dei voluntatem
de admittendis et agendis / ex studio
theologico / Scietur et dei bonitatem potenciam
sapienciam et dignitatem per eum expri

deo per ipsum ex naturalibus operibus dei / magis
tamen et complecius ex studio divinarum scriptura
rum / Cum enim quelibet creatura pro creatori
serviat intersint / et nobis fiet ipsum / docens
quales nos esse debeamus / Unde dicit Augustinus
in ... quod non omnis quando propter deum lau
dat / que ad ipsum laudandum omnis creatura
nos invitat / Sacra etiam scriptura illa pre
cepta continet / sine quorum observacione nemo
potest ingressus ad regnum celorum / et a quorum
observacione nemo ... potest excusari
/ quia ea que lex naturalis omnibus obligatis
mandat explicite / ipsa sacra scriptura
/ legem naturalem quia viciis sopitam
suscitando mandat explicite / propter
hoc sive ut magis formidetur eorum
transgressio / divina addidit divina precepta /
Unde beatus Augustinus / de civitate dei dicit
Deus ubi prohibitum est sacrilegium / deus
prohibuit / Ubi dictum est / honora patrem
et matrem / deus iussit / Ubi dictum est non
homicidium facies non furaberis et ce
tera / non hec ore humano / sed divina
oracula fuderunt / Et quia precepta di
vinitus impressa implicite continentur
in duabus legibus quas cordi naturaliter
inscripsit / quarum prima est quod tibi
non vis fieri alii ne feceris / Secunda
hec facias aliis quod tibi vis fieri
/ Ideo inexcusabilis est omnis homo
de observancia divinorum mandatorum in scri
ptura sacra contentorum / Item quia omnia
mandata divine scripture reducuntur ad
duo expressa in ea / quorum unum est
diliges dominum deum tuum ex toto corde
et alterum et proximum tuum sicut teipsum / In his
duobus duobus mandatis pendet universa
lex et prophete / Hic est igitur liber mandatorum
dei / et lex que est in eternum / Baruch iiii°
/ In quo libro invenitur universale divine
sapiencie mandatum / id quod scribitur Ecclesiastes
ultimo / deum time et mandata eius observa
hoc est omnis homo / Unde scribitur Ecclesiastici iii°
/ Cogitatum habe in preceptis dei / et
in mandatis illius maxime assiduus
esto / et ipse dabit tibi cor et concupiscencia
sapiencie dabitur tibi / In hoc etiam libro
precipitur / Ecclesiastici 3° altiora te ne que
sieris / et fortiora te ne scrutatus fueris
/ sed que precepit tibi deus / illa cogita
semper / et in pluribus operibus eius ne
fueris curiosus / Non est enim tibi
necessarium ea que abscondita sunt oculis

tuus vide. In hic est libro scribitur In
propheciis rebus noli scrutari multum
plura enim propter sensum hominum ostensa
sunt tibi. multos enim supplantavit suspicio
illorum et in vanitate detinuit
sensus eorum. Ex quibus omnibus apparet
quod et quia nimium sit satietas studium
contemplationis quemadmodum ut laudent deum
celi et terra et omnia repleta in eis
Et ut vim stat dignitatem hominis illud
psalmi. Ostende quod est gratia quemadmodum hominis
quemadmodum faciem dei iacob etc. Christus
dei filius qui est imago dei patris
et figura substantie eius. Hebre. I. Quod facies
sunt velata multum et abscondita latuit
in antiquis divinis scripturis. quarum
diligenti discussione et studiosissima
perscrutacione sunt quedam est eam illa
facies desiderabilis et salutaris.
Et ideo Christus quando adhuc in adven-
tu suo dixit iudeis. in hoc studio
negligentibus Johannis V Scrutamini
scripturas. quia vos putatis in ipsis
vitam habere. et ille sunt que testimonium
perhibent de me. Et item si crederetis
moysi crederetis forsitan et michi.
de me enim ille scripsit. Et Math. xxii°
dixit saduceis. Erratis nescientes
scripturas neque virtutem dei. Cum ergo non
potuit quod facies salutaris inveniri
a discurrentibus quamvis studiose per
unicam creaturam a deo divina benigni-
tas contulit mortalibus scripturam
sacram. et ipsam de celo demisit ad
terram. ut homines de terra per eam leva
ret ad celum. Que enim sit origine cele
stis. patet per id quod scribitur Iacobi iii°
Que desursum est sapientia. primum quidem
pudica. deinde pacifica. modesta
suadibilis. plena misericordia et fructibus
bonis. Ex quo patet quod deus et magister
qui eam invenit et desursum nobis
adduxit. fuit ipse deus ihesus. qui discipulis
suis dixit discite a me quia mitis
sum et humilis corde. Et item Ego sum
via veritas et vita. quia fons perhennis
vite et omnis doctrine. De quo scribitur
Ecclesiastici primo fons sapientie verbum dei
in excelsis. In quo sunt omnes thesauri
sapientie et scientie absconditi. Colossenses ii°
de quo iterum theologice sapientie. Baruch
iii°. investigavit. Quis ibi queritur.
eius adduxit sapientiam de celo. Et
iterum Baruch. ascendit in celum

facies dei iacob

et accepit eam et eduxit eam de nu
bibus. Quis transfretavit mare et in
venit eam et attulit illam super aurum
electum. Non est qui possit scire viam
eius. neque qui exquirat semitas
eius. sed qui scit universa novit eam.
et invenit eam prudencia sua. Hic deus
hic est deus noster et non estimabitur alius
adversus eum. Hic adinvenit omnem
viam discipline et tradidit eam iacob
puero suo. et israel dilecto suo. Post hec
in terris visus est et cum hominibus conversatus
est. Concordat ei quod dicitur Hebre.
primo Multifarie multisque modis
olim deus loquens patribus in prophetis etc.
Itaque descendit de celis ad terram
sapientia quedam. super omne quod sublimitatis
secundum sunt. aut sciri potest. omnem
tradicionem adinveniens. hanc purgans
ab erroribus. recte dictam approbans.
et que deerant complens. ac sic in
utilibus recreatis. unum finem ad quem omnes
spirituales tradiciones tendere deberent declarare de
monstravit. adhuc etiam quod sapientia que theologica
dicitur. de celo descendit ad terram
ut omnia que sunt in terris aut agimus spi
ritualibus ac celestibus coaptaret.
ut sic finis principio corresponderet.
et verificaretur quod dicitur de Christo Ego
sum alpha et o primus et finis etc.

Et hic est locutus qui fecerit pre-
venisse diem recessus sui. convocatis
discipulis suis in epheso. per multa signorum
experimenta premonens Christum. descendens
in defossum sepulture sue locum. facta
oratione. positus est ad patres suos. ita
extraneus a dolore mortis. quam a cor
rupcione carnis invenitur alienus etc.
Quarta particula principalis
in qua beatus Iohannes de celato statu
suo loco et tempore et quantum ad ordinem s
scribere hic loquitur. quomodo subdit exitum
et obitum. sive transitum cum felicitate. que ostendit
ex duplici prerogativa. qua habuit beatus Iohannes in obitu
in exitu anime a corpore. primo quod ex di
vina revelatione presciunt se vocatum
esse ad celeste gaudium. Secundo quod sine
dolore mortis migravit ad dominum
et tam extraneus etc. dicit ergo. Et hic est
locutus qui fecerit. scilicet divina revelatione
prevenisse. id est adeo desuper venisse
diem recessus sui. scilicet de mundo. Ecce prima

prerogativa / quod decem post obitum permansit
/ quod tamen paucissimis sanctis concessum legitur /
Convocatis discipulis suis, scilicet quibus a galli-
cantu usque ad mediam noctem sermonem
fecit. Item Ephesi, scilicet in civitate metropoli
que est in medio Asie moritur. Secundum Crisostomum
per multa signorum experimenta prius
manifestavit Christum, scilicet quia signa et mira-
cula que loquitur faciebat in nomine Christi faciebat
vel sic quia sensibiliter videbat Christum fecisse
multa miracula virtute propria facta, que ipsum
deum esse manifestabat, eo quod mira-
cula virtute propria nemo potest facere nisi solus
deus unde etc. / Descendens, scilicet propria virtute
finito sermone suo ad discipulos / in defossum
sepulture sue locum, scilicet ubi postea manna
inventum est nisi manna scaturiens
ut dicitur in eius legenda / Facta oratione
scilicet dixit etc. / positus est ad patres
suos, id est receptus est ad angelos
quorum incorruptionem est imitatus vel
id est ad patriarchas et prophetas et sanctos patres
veteris testamenti quorum fidem et mores
est imitatus / et qui iam erat in gaudio
celesti / Tam extraneus a dolore mortis
/ quam a corruptione carnis invenitur alie-
nus. Et ex hoc quod hic dicitur / et ex
illo quod dicitur in fine libri. Sic eum
volo manere donec veniam / probatur evadere
ipsum mortis absolutionem / quia mortuus
fuit per separationem anime a corpore quia quilibet
homo debitor est mortis ex primi parentis
transgressione / Hebreorum ix. Statutum est hominibus
semel mori / sed tamen dolore / quod est eius
specialis prerogativa preter ceteros rectores apostolorum
et evangelistarum / qui omnes per passiones
migraverunt a corpore / ipse autem alienus
a dolore migravit ad dominum / Conve-
niens enim fuit ut cum non fuerat conta-
gium pia que mortem induxit / non contraheret
effectus quorumque scilicet dolor mortis /
Sed dicens tamen multi alii sancti sunt virgines
/ et a corruptione carnis alieni / qui tamen
a dolore mortis non sunt immunes /
Ideo potest dici quod secundum Philosophum 2o ethicorum
Illud maximum genere est perfectius quod
magis accedit ad primum illius generis
Primum autem gradum in genere virginitatis
obtinet Christus et virgo Maria, cui virgi-
nitas Iohannis magis appropinquat / quia
per Christum in impossibilius fuit electa, per virgine
in passione adoptata / et in toto sue
vite circulo conservata / et ... magis

privilegiata / vel potest primi capitulo ex Naum
primo capitulo, ubi dicitur, Non consurget simpl-
ex duplex tribulatio / vel secundum aliam literam
deus non punit "in idipsum" bis. Ex quo
textu elicitur quod qui semel passus est
martirium non iterum patietur / alias semper
esset duplex tribulatio consurgeret / Iohannes
vero martir fuit / nam Christus, ait Crisostomus,
dixit ei et Iacobo fratri suo: Potestis
bibere calicem quem ego bibiturus sum
/ cum ambo presumerent possumus / subiunxit
dicens: Calicem quidem meum bibetis.
Sed calicem bibit. vero martir fuit etc.
Per quo sciendum quatuor sunt genera marti-
rum in corpore tantum / sicut beatus Stephanus
et Laurencius et plures qui in corporibus
cruciabantur / sed in anima leti manebant
unde Stephanus vidit celos apertos / et
Laurencius dixit ad decium: Carbones
tui mihi refrigerium prestant / et vero contrarium
supplicium et ita de aliis / Secundum in anima
tantum, sicut martirium beate virginis, cuius animam
in morte Christi gladius doloris pertran-
sivit ut predixerat Simeon / Luce 2o
Super quo dicit Alexander quod martirium beate
virginis preferebat aliis ex quadrupli- fuerunt
catione. primo quia martires corpus suum expo-
suerunt passionibus in corpore / ipsa vero in
corde / Secundo quia alii diverso mortis
instrumento / ipsa eodem quo Christus / Tercio
quia ipsa in Christo plus et in Christo / Quarto
quia alii pro fide / ipsa vero pro caritate
cum quo decantatur ubi Bernardi / Maius autem
est donum caritatis quam fidei / Maria
namque plus dilexit Christum / quam quisquam
mater filium suum / Et quia anima verius est
ubi amat quam ubi animat / sequitur quod
vehemente caritate compaciendo filio pa-
cienti et morienti / multo durius ipsum
martirium passa fuisse / prout dedit
Bernardus tercio in sermone de eius assumptione
dicens quod alii sancti / et si pro Christo passi
sunt in carne / tamen in anima, que immortalis
est, pati non potuerunt / Beata vero
dei genitrix Maria / quia passa est in ea
parte, que impassibilis habetur / ideo ut
ita fatear / quia ... et utroque
passa est gladio passionis Christi / plus
fuit quam martir / quamvis in pace
vitam finierit / nam quia constat quod plus
omnibus dilexit / propterea et plus omnibus
doluit in tantum / ut animam ipsius totam
pertransiret et possideret vis doloris /

ad tempus exitus dilectionis que com-
mente passa est. plus quam martir fuit
/ nimirum quia et dilectio eius amplius
fortis quam mors. quia mortem xpi
prius sensit. Tercium genus martirii
est in corpore et anima simul. sicut martirium
xpi qui passus est in anima maxima
tristicia unde dixit Tristis est anima mea
usque ad mortem. Et in corpore morte
turpissima condempnatus Sapiencie 2o.
et attrocius propter scelera nostra Ysaie
53o. Secundum genus martirii est in
corpore seorsum et in anima seorsum. dimisso
ipse sicut beatus Johannes ewangelista qui passus
est in anima compaciens xpo pacienti.
et virgini compacienti. Et seorsum in corpore
quando propter xpm missus fuit in ferventis
olei dolium quod ab certamina pro eius
martirio tolit et licet tunc mors non
fuit subsecuta quia tunc divinitus fuit preservatus
tamen ex hoc non amisit marti-
rii meritum. Nec aureole martirii premium.
Et fuit in exilium deportatus in insula
pathmos quod est mors similis.
/ licet ibi fuit a deo consolatus
cum secretorum celestium revelacione. Vene-
num etiam mortiferum propter xpm bibit. Tan-
tem etiam dum propter suam corporis afflictione
et propter mortem compassionem dum vivendo por-
tavit. voluntate et animo habuit. omne
genus martirii propter fide xpi sustinendi
quod ei pro merito computatur secundum illud
apostoli 2a corinthiorum viii. Si enim voluntas
prompta est secundum id quod habet accepta est
non secundum id quod non habet. Ex quo
patet. nullum est adversitatis vel inho-
nestatis incomodum. de quo beatus
Johannes non fuisset supportatus. quia
fuit ab immunditia mortis preservatus
in immersione ferventis olei. et in
bibicione veneni mortiferi. fuit etiam
revocatus ab exilio insule pathmos.
fuit ergo supportatus a dolore mortis
in signum integritatis virginalis. Nam
ut legitur in passionali. Cum esset
annorum 98 a passione domini secundum
Ysidorum annorum 68 subtraxio appa-
ruit ei dominus cum discipulis suis dicens
Veni dilecte mi ad me quia tempus est
ut in mensa mea cum fratribus tuis epu-
leris. Surgens autem Johannes cepit ire.
Cui dominus. die dominica ad me venies.
Veniente igitur die dominica populus universus

//Et in mandatis eius servientes//
convenit in ecclesiam que fuerat in nomine eius
fabricata. qui a primo pullorum cantu
predicat eisdem usque ad 3m. hortans
eos ut essent stabiles in fide. Post hec
foveam quadratam iuxta altare iussit
fieri. terramque extra ecclesiam deportari
descendensque in foveam. expansis
manibus ad deum dixit Invitatus
ad convivium tuum domine ihesu criste venio.
gratias agens quia dignatus es me ad
tuas epulas invitare. sciens quod ex toto
corde te desiderabam. Cum autem oracionem
fecisset. tanta lux super eum emicuit
per unam horam. quod nemo in eum respicere
potuit. Recedente vero lumine. fovea
plena manna invenitur. quod in illo
loco usque hodie generatur. ita quod in fundo
fovee ad instar minute arene sca-
turire videtur. sicut in fontibus fieri
consuevit. Et est ibi. Ex quo quidam
putant cum predicto lumine de celo veniente
fuisse sublatum. Ad cuius evidenciam Sciendum
quod in veteri testamento quatuor homines
leguntur translati. quorum primus fuit enoch
qui cum deo ambulavit. et non apparuit.
quia transtulit illum deus. Genesis vo. Secundus
fuit helias. qui per turbinem raptus
est in celum 4ti Regum ijo. Tercius fuit
moyses. cuius corpus non est inventum a
filiis israel. ut dicitur deuteronomio ultimo. Quartus
fuit david. de quo non habetur tam
expresse. tamen aliqui doctores hoc fuerunt
opinati. sicut refert beatus Ieronimus
ex verbis beati petri que scribuntur actuum ijo
de sepulcro eius est apud nos. usque in
hodiernum diem. Innuens quod corpus
eius translatum fuisset. Beatus autem Johannes
non fuit translatus ut dicunt sicut david.
cuius corpus mortuum fuerat in sepulcro
usque ad xpi resurrectionem. Nec sicut
moyses. qui iubente domino mortuus est
in terra moab. et sepelivit eum in valle
terre moab. contra phegor. et non cognovit
homo sepulcrum eius usque in presentem
diem deuteronomio ultimo. Nec sicut enoch
et helias. qui nondum sunt inmortalitatem
adepti. tamen adhuc sunt ab antixpo
ante iudicium occidendi. et a xpo suscita-
ndi. Sed vivus ad celum anima et corpore fuit
evocatus. et eterna inmortalitate con-
fertus. Et ipsi sic exponunt verba
salvatoris infra ultimo scripta. Sic volo
eum manere. scilicet in statu presentis vite. donec
veniam. scilicet ut ipsum transferam ad inmor-

tabilitatem / Et quamuis hec fuit xo priuilegium mirus videtur difficile ad credendum quod beatus Johannes in hoc plus habuerit de priuilegio quam xpus et maria virgo / Ideo aput alios inoleuit alia opinio quod beatus Iohannes nondum est mortuus nec tel in mortem consecutus ut dicebat opinio prima sed cum enoch et helija est translatus in paradisum terrestrem / cuius racionem assignat nam antixpi tempore quod erit tempore iudicii pro fidei defensione subituri sunt morte / unus de lege nature scilicet enoch et alius de lege scripture scilicet helias ergo decencius videtur quod alius subiret de lege gracie / ad quem magis spectare videtur fidei defensio et predicatio contra antixpm / Et hunc dicunt esse beatum Johannem ad cuius affirmationem duplicem faciunt racionem ad ducunt autem primam ex apocalipsi decimo / ubi per angelum Johanni fuit dictum oportet te iterum prophetare populis et gentibus et linguis et regibus multis / quod nondum dicunt fuisse completum / Secunda elicitur matth xvio / ubi xpus loquens de die iudicii dicit filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis / et tunc reddet unicuique secundum opera eius / Et statim sequitur ibidem Amen dico vobis sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videat filium hominis venientem in regno suo / Propter quod exponunt predictum verbum salvatoris / Sic eum volo manere scilicet sine morte / donec veniam scilicet ad iudicium in fine mundi / verumtamen quia statutum est hominibus semel mori ut dicit hebre 9o / dicunt ipsum circa finem mundi pro xpo passurum / Sed hec opinio tanquam minus vera refellitur propter duas causas / Primo quia est contra canonem sacre scripture / que neminem excipit nisi enoch et heliam usque ad tempus antixpi / Secundo quia Augustinus hoc quod dicitur hic a salvatore de Johanne ponit tanquam priuilegium seu beneficium speciale Johanni concessum / Secundum vero dicta eorum hoc non esset verum immo magis esset Johanni detrimentum si tamdiu retardaretur a diuina visione et fruicione / ceteris apostolis iam existentibus in gloria / Propter quod dicendum quod racio predicta adducta scilicet quod hic unus subiret de lege nature

alius de lege scripture / quod tercius deberet subire de lege gracie / est invalida immo friuola Nam illo tempore scilicet antixpi / non unus sed plurimi erunt de lege gracie qui pro catholice fidei defensione antixpo et suis resistent / et eadem quaplurimi corona martirii pro fide xpi percipient / Ad primam autem racionem allegatam / dicendum quod illud fuit dictum Iohanni per angelum in insula pathmos / quando scripsit apocalipsim / et postea fuit impletum quando in asia edidit ewangelium / in quo prophetat populis et gentibus et linguis et regibus multis / immo toti mundo et cetera usque in ewangelium ipsius est publicatum / Ad racionem autem dicendum quod xpus ibi loquitur de die iudicii generalis ubi reddet unicuique secundum opera sua scilicet bonis corporis et anime gloriam et malis penam / Et quia de gloria corporis discipuli adhuc rudes non intelligebant in quo staret / ut qualis esset Subiunxit xpus in plurali dicens Amen dico vobis sunt quidam de hic stantibus / qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno suo scilicet in gloria sua in consignificacione / Et ipsi fuerunt petrus iacobus et Iohannes / Et sic autem hec intellexerit xpus patet quia statim post hec sequitur matth 17 / Et post dies sex assumpsit petrum et iacobum et Iohannem fratrem eius et transfiguratus est ante eos / Et tunc ipsi viderunt xpm in regno suo scilicet in corpore glorificato / propterea quod qualis erit gloria futura / Propter quod alii dicunt corpus eius iam in celo esse glorificatum et gaudere gloria beate resurrectionis / quod licet Jeronimus in sermone de assumpcione virginis et Augustinus super Iohannem sine ultima sub dubio relinquat / tamen ad hoc videtur quedam congruencia / de beata namque virgine maria pie credit ecclesia quod iam resuscitata regnat in celis / Ergo videtur congruum quod non sit dissimilitas in resurreccione beate virginis et Iohannis / quibus tanta fuit unanimitas conuersationis in vita / nam si beatus Johannes non resurrexisset / cum in eius tumulo corpus suum non iacet / cum honore iaceret / quem ceteri apostoli et eorum corpora / hic agnoscunt / Unde

sz in apocalypsi

sz matth xvi

quod resurrexit glorificatus. Unde beatus Augustinus in sermone primo de martiribus qui incipit Digni et congrui ita dicit: ut taceamus quia dicta plus vera sunt deo, et quod clausis tumuli penetralibus possit corpus educere, rogis applicitis exim[it], que tumulus susceptum claudere potuit custodire non potuit, nam depositum corpus perdidit non assumpsit. Hic enim clausis tumuli foribus gratia resurrectionis ablatum est, ut constaret sepulturam ne inveniret sepultus. Denique cum sacerdotes honorandi causa corpus inquirerent reserato aditu, tumulus non potuit reddere quod susceperat. Hec ille. Tertium sit de quarto dictum est quod fuit in eius obitu singularis felicitatis, et quod a dolore mortis fuit exemptus, et in munus privilegium integritatis virginalis, non quod incorruptus fuit tamquam susceptus immunitate a dolore, quia esset in statura dilectus Christo, qui magis carus ab omnibus ceteris, non solum a dolore mortis uterque, sed voluntatis divine fuit ea, qui tristem fecit immunem a dolore mortis in laudem virginitatis, et qui dolorem mortis pro nobis suscepit in nostram redemptionem, dolores nostros ipse tulit Ysaye 53. Cum enim beatus Johannes mirabiliter vixit, mirabiliter obiit, et quia non generaliter cum hominibus vitam duxit, non communem hominum mortem suscepit, ut inquit Petrus Damiani in sermone qui incipit Etiam sicut, unde secundum eundem ibidem est notabile quam affectuose salvator dixit: Sic eum volo manere donec veniam. Non mittam vicarium aliquem, non supernam virtutem, non angelicam potestatem, immo per me metipsum veniam, ipsum egredientem animam in gloria mee claritatis suscipiam. Reverentie igitur reverentie sit tantis dotibus, quem ipse auctor vite honorat in carne viventem, honorat et de seculo recedentem. Hec ille. Notandum insuper circa hoc quod dicta quod loquens persensit diem obitus sui, quod fuit donum speciale sibi a deo datum, quod non solum hoc sibi deus revelaverat, sed alia plura, immo non fuit archanum celeste misterium, quod non fuerat beato Johanni revelatum et demonstratum per sin[gularis] caritatis prerogative in veritate essentie per

Sed dubitatur [illegible] a [illegible] mortis [illegible] dolore [illegible] dolore [illegible] doloris [illegible] a carne que [illegible] in libro [illegible] [illegible] anno

(margin: exempcio)

(margin: valde)

scita in magno, unde sequitur prima canonica quinto: Tres sunt qui testimonium dant in celo Pater, Verbum et Spiritus sanctus, hii tres unum sunt. Filii dei eterna generacio, omnium creaturarum a deo emanacio, ipsarum creaturarum in verbo ab eterno exemplacio, et eciam ubi quando, ut infra primo. Vidit enim quod futurum fuerit, prius vel perfectus notabile factum, quod non Johanni fuit revelatum. Unde dicitur ei Apocalipsis primo: Scribe que vidisti quantum ~~ad preterita~~ ad preterita, et que sunt quantum ad presencia, et que oportet fieri post hec quantum ad futura, quia status totius universitatis a principio mundi usque ad finem, ordo iudicii, generalis calamitas et miseria dampnatorum, felicitas et gloria beatorum, sunt beato Johanni revelata, ut patet per totum librum Apocalipsis. Et in signum revelacionis secreti recubuit in cena supra pectus Christi. Vidit enim dignitatis officium quod ei fuit in initio, scilicet apostolatus, pontificatus et doctoris in epistolis, evangeliste in evangelio, prophete in Apocalipsi, martiris in immissione ferventis olei et exilii, confessoris et virginis in commissione matris Christi, immo ut non ibi deesset sacerdocium, celibatui in medio fuit copulatus, quia ipsum de nupciis Christus vocavit. Hec etiam sciendum quod dicit leccio per multa signorum experimenta per meritis donum. Sciendum quod non est genus miraculorum quod non fiat a beato Johanne factum, quia ipse curavit infirmos, et a demonibus liberavit obsessos. Hic habuit potestatem mittendi ignem de celo super incredulos, quod patet ex eo, quia hoc volebat facere nisi fuisset prohibitus a Christo, Luce nono. Hic mutavit virgas in aurum, et lapides in gemmas. Hic reintegravit gemmas fractas, et easdem iterum mutavit, et in priores naturas convertit. Hic quatuor mortuos suscitavit, unde Ysidorus in libro de ortu et obitu patrum: aurum convertit lucidus in aurum, plurimos frondium virgas, litoris quoque saxa in gemmas, gemmarum quoque fragmina reformavit in propriam naturam, viduam suscitavit per Drusianam et redivivum corpus anima remanente reparavit, bibens letiferum haustum, evasit periculum, et eosdem prostratos

[illegible] [illegible] [illegible] dolor [illegible] [illegible] dissolvi [illegible] habuit [illegible] dissolvi et [illegible] [illegible] fuit [illegible] et mori [illegible]

in vite statu reparavit. hic est Iohannes
qui nondum duxerat uxorem non nondum
quia ut elicitur ex precedentibus. Beatus Iohannes
habuit quatuor honores sibi a Christo
exhibitos speciales. Honoravit eum enim
primo honore tenerioris dilectionis,
propter mundiciam puriorem, propter intelligenciam
clariorem, propter dilectionem ampliorem,
et propter ad heresim firmiorem. Et ideo
dicebatur pre omnibus aliis discipulus quem
diligebat Ihesus. Secundo honoravit eum
honore dilectioris commissionis, quia Christus
uno dedit ei suam matrem, qua post
se nichil habuit dilectius,
nil propinquius, nil intimius, ut dictum
est supra. Tercio honoravit eum ho
nore amplioris preservacionis, quia eum
preservavit a dolore mortis inflicte
per martirium, in signum integritatis virginalis.
Unde glosa super illo Iohannis ultimo Sic
eum volo manere donec veniam, id est volo eum per
martirium consummari, sed expectare pla
cidam absolucionem sue carnis, cum ve
niens recipiam eum in beatitudinem eterna
sic ergo volo eum me sequi, quantum
ad passionis officium in specie vel
crucis, sed magis eum volo quiete con
templacionis operari, donec veniam
non ad finale iudicium ut opinio stolida
dicebat, sed advocandum eum ad gloriam
celestem, de statu huius mundi, donec
ego veniam ut eum a vinculo carnis ab
solvam, donec veniam ad premiendum
animam eius a corpore sine angustia et
dolore, donec veniam ut eum ad glo
rie consortium transferam, ut laboribus
eius digne remuneracionis premium reddam.
Quarto honoravit eum honoris dignioris
dotacionis, sua ut sibi pie recommen
dam in virgine maria dotatus est gla
resurrectionis. Item ergo eum Christus sic honorat
in presenti vita, ubi Christus minus diligit.
Om̄ angli quanto honoravit eum in
vita beata, ubi angeli plus diligit, quia
ideo ad illam producat, nam primo
ad dilectionem teneriorem, secundo servicium
altioris honoracionis, quia Christus in vita
beata sic honorat quam diligit. Tercio ad
commissionem dilectiorem, scilicet proximum
promptioris exaudicionis, quia citius
exaudit cui plus committit. Quarto
ad preservacionem ampliorem, scilicet premium
maioris intimacionis, et maxime ibi,
ubi qualis est deo gratus sive minus ab
eo acceptus, ut est in patria. Quarto
ad dotacionem digniorem, scilicet debitum
maioris gracie actionis et in thesoris.
Et quia totus hic honor est ex divino beneficio,
non ex natura vel parte sancto. Ideo possumus
dicere illud quod scribitur Hester vi° sic
honore condignus est quem rex voluit
honorare. Et [illegible] causa est,
electus quem sponsa ei q. d. neque eo
neque ei sponsi potest in dilectionis familiaritate
in conversacionis puritate, in contemplacionis sub
limitate, in honoracionis copiositate, ut
ex dictis in principio patet.

Tamen post omnes ewangelium scripsit,
et hic virgini debebatur. Auctore tamen
vel scriptore spiritus divino, vel librorum or
dinatio, ideo particula a nobis non ex
ponitur, ut premendi de sepulcro collocato
et quiescentibus fructus laboris et deo
magisterii doctrina reservetur et cetera.
Ista pars principalis huius prologi iuxta dispositionem
in eo primo factam in qua beatus Ieronimus
post auctoris huius ewangelii commendacionem
subdit ipsius ewangelii ordinacionem, quia
fuit ultimo scriptum, et demum in tercia parte
principali subdit sua excusacionem a diligenti
pertractacione ordinis ewangeliorum, et
ewangelistarum. Ibi auctore tamen vel scriptoris
spiritus divino et cetera. Continuatur ad primam sic conti
nuatur ad precedentia. Quamvis beatus
Iohannes pro certis tot habuerit preroga
tivas, Tamen post omnes alios in alios
tres ewangelistas et sic ultimo scripsit
ewangelium istud. Et hic sic ultimo scribere
ewangelium virgini debebatur, scilicet non primo
obligacionis, sed congruencie seu con-
veniencie valde enim conveniebat ut qui
Christo familiarior fuerat, et eius secreta
plenius noverat, aliorum ewangelistarum
scripta perlegendo ultimo scribendo ap
probaret, et obmissa suppleret. Ita
scribere post alios virgini debebatur, quia
castitas et verecundia virginis et in
nocenti seu adolescencie dicuntur esse
annexa sed non enim hic derogat sue di
gnitati, sed magis eam extollit.
Item virgo sic propterea post alios scribe

debuit ut perfectionem vite / tondet te
primatus ... ewangelice doctrine / propter
solum dubium quo posset queri / quare
beatus Iohannes tam diu distulit et tar-
9 mit viam salutis / vir enim qui negli-
gens fecit et peccavit / quia nocte fuit et
clepe propter hoc viam salutis predicare / di-
cendum quod hoc fuit triplex racio / una ex
1 parte scribentis / qui virgo fuit et iunioris
Ideo ut verendus / se noluit ingerere
donec ab episcopis asye rogaretur / et absen-
tis excitaretur / alia racio fuit ex parte
scripture / quia ceteri ewangeliste specialiter erant circa
— xpi humanitatem / et vitam activam / beatus
vero Iohannes circa xpi divinitatem et vitam
contemplativam / ut dicit augustinus in glo-
sa / iam ergo per visibilia pervenitur ad in-
visibilia / et per activam ad contemplativam /
debuerunt alii primo scribere / Iohannes
vero ultimo / Tercia racio fuit ex parte
dispensacionis divine / quia enim Iohannes
3 rectius melius formaverat ewangelium / si ipse
primo scripsisset / aut totum scripsisset et
sic aliis locum scribendi abstulisset /
aut si non totum scripsisset / alii ipsum
supplere non possent / Ideo divina
ordinacione factum est ut alii primo scri-
berent / et que obmitterent / postmodo
ipse narraret / Ieronimus reddit aliam
causam unde ut alios ewangelistas
corrigeret et emendaret / Sed non invenitur
/ quia in eorum scriptis locuti sunt omnes
ewangeliste / nunquam alie fuit eos falsum
dicere / fuit igitur aliquid addens
sed nichil corrigens / unde gloza
augustini dicit a temptacionibus tristis quod
post baptismum eius fuit iustus Iohannes
fuit in carcere / ut patet / et postea alibi
ait / videt Iohannes de esse aliqua
gestarum rerum historie / et ea maxime
que deus gessit / primo predicatoris sue tempore
sed antequam Iohannes baptista clauderetur
in carcere / et ergo quasi abilles obmissa
scribit Iohannes que fecit dominus Ihesus antequam
Iohannes traderetur / Sed maxime xpi divini-
tatem et misterium trinitatis commendare
curavit / alii enim ewangeliste
dicta et facta domini temporalia / que ad infor-
mandos mores vite presentis maxime
valent / copiosius prosecuti / circa vitam
activam fuerunt versati / in qua laboratur

ut cor mundetur ad videndum deum / Iohannes
vero pauca domini facta dicit / verba vero domini
que trinitatis unitatem et eterne vite felicitatem
insinuant / diligencius conscribit /
/ et sic in contemplativa vita commendanda
suam intencionem et predicacionem tenuit /
in qua vacatur / ut deus videtur / Quibus
ex hiis est sic solui dubitacio / quare
ceteri ewangeliste vel apostoli non fecerunt
scribi plene et perfecte ewangelium / immediate
post penthecosten / cum essent pleni
spiritu sancto / Recente quam memoria de omnibus
haberent / et quare patrius in scriptura e-
wangelii per 30 annos et ultra expec-
tabant / Respondetur quod hec causa fuit ex
causis prius dictis / Et etiam ne perfidia iu-
deorum que tunc amplius furebat / scrip-
turas ewangelii corrumperet / et carissimum
perverteret / et propter hoc est fideles adhuc
tenera in erroribus ducerentur / et non credentes
a fide xpi retraherent / Dubitatur quare xpistus
sicut legem novam non dedit / nec apostolos
dare voluit in scriptis / sicut data fuit
lex antiqua / Causa erat ut impleretur
prophecia Ieremie 30 dicit / ecce dies ve-
niunt dicit dominus / et feriam novo testamento
et feriam domui Israhel et domui Iuda
fedus et testamentum novum / non secundum
pactum quod pepigi patribus vestris
et subdit / post dies illos dicit dominus /
dabo legem meam in visceribus eorum
et in corde eorum scribam eam / et ero eis
in deum / et ipsi erunt michi in populum /
ut sic in hoc apparet / quod secundum adam
et xpistus reduxit saltem primitivos
fideles / in statum plenum / quo adhuc / sta-
tum innocencie / in quo non fuisset necesse
fulcimentum librorum exteriorum / nec fuisset
lex dei scripta in codicibus / sed solum
in cordibus hominum / In quo quidem statu
tunc essent quodammodo fideles primitivi
/ meditabantur in lege domini / die ac no-
cte / et verificabatur in eis id psalmiste
In corde meo abscondi eloquia tua
ut non peccem tibi / Sed quia post lapsum
temporis / tempore perfectionis vite, non potuit
diu fragilitas humana continuari / nec
permittebat adinvenciones et hereticorum pravi-
tas fraudulenta / Ideo tandem fidelibus
ubique crescentibus multiplicatis / et variis
distractis et occupatis / cum iam inciperet

tepescente caritate et evanescente lex intus
in cordibus descripta, deo providente
ne ex toto periret, conscripta est foris in
codicibus. Sic et doctrina christi que olim
in cordibus retenta ardebat in corde, cum
putrescere inciperet vel ipsa evangelio
scripta est, quia olim lex dei de cordibus
exivit ad codices. Ideo propter hoc ecclesia
doctores ordinat, et instituit studia,
quibus lex dei per declarationem divine scriptu-
rare iterum rediret ad corda. Quia hu-
mana corda hominum viciis carnalibus
et mundanis compressa sunt vanitatibus
et cupiditatibus, ad hoc non sunt deposita.
Ideo ut plurimum dei lex et doctrina christi
solum manet in codicibus, et sic non est
quod intus excitet et inflammet ardorem
divinum in cordibus mortalium consopitum
ut patet ad sensum in multis. Sed quartus
error sive vel scriptorum temporis dispositio-
nibus. Ieronimus ponit sed excusationem
de quibusdam que non exprimit, scilicet quibus
temporibus scripta sunt evangelia et quo
ordine. Et tangit implicite causam
seu rationem sue excusationis, vna causa
est quia propter hoc quod tangit in generali de
desiderium intelligentibus excitat ad per-
fectiorem cognoscendum. Secundo quia ex tali desi-
derio laborat studio ad perfectiorem cognitionem
querendam, et talis labor est ei meritorius.
Tercio quia propter hoc doctrina magistrorum
deo reservatur qui revelat veritatem
taliter querentibus eam. Et hoc est quod
dicitur errore sive scilicet evangeliorum vel
scriptorum evangelistarum temporis dispositio, scilicet
quo tempore quilibet eorum scripsit vel librorum
ordinatio, scilicet quare evangelium mathei
sit primum, marci secundum, luce tercium et iohannis
ultimum. Ideo non exponit, a nobis per
singula scilicet in speciali vel in speciali, imo
magis tacet ut studii desiderio col-
locato scilicet maiori studii desiderio ex-
citato, in fidelibus ista loquentibus
et querentibus, scilicet horum notitiam perfectam
quare sic evangelia sunt ordinata
vel etiam quare evangelium iohannis in ordine
librorum sacre scripture precedat apocalypsim
cum apocalipsis per beatum iohannem prius sit
scripta quam evangelium, fructus laboris
sibi in querendo hanc rationem. Et deo ma-
doctrina gisterii pareret, scilicet cui solius est occulta
revelare. Quare. Quintus Ieronimus sic

vellet dicere. Nolui assignare rationem
quare iohannes ultimo inter evangelistas scri-
psit evangelium, et quare libri sui sic or-
dinet, duplici ratione. Primo ut studens
in querendo mereatur. Secundo ut omnium occul-
torum magisterium soli deo tribuatur.
Sed queres cuius est locus in quo vel
ubi desiderium studii collocatur. Dicendum
quod Ieronimus ponit ea quorum ratio debet
sciri, et non dixit quod sit illa ratio, ut plus
desiderium querentis seu legentis amplius
provocet ad querendum, quia sicut potentia essen-
cia vnaqueque virium anime, modo naturaliter
in suum obiectum, vis racionalis in virium
complexibus in homine, capabilibus et arduum,
et quanto suum obiectum fuerit in alto,
tanto vehementius attendit ut moveatur
in illud. Et ita ad Ieronimus hic dixit
hanc rationem, et non posuit eam quia maiori
loco collocavit. Et ideo rationalis
potentia vehementiori desiderio mo-
veri ut inveniat hanc rationem. Noluit er-
go Ieronimus ponere rationem ordinis evangeliorum
ut prudentes desiderent hoc scire,
desiderantes hoc querant, et querentes
reportent fructum laboris scilicet notitiam
veritatis. Et hoc doctore primum deo, scilicet in-
teriori docente qui licet cathedram
habeat in celis, sed corda hominum docet
interius. De quo dicitur Mathei. xxiiio
vnus est enim magister vester, qui hic docet per
graciam ut premiat ad gloriam. Sic
igitur expleto prohemio hieronimi primo re-
mediatione auctoris locutio et tempus huius
operis, ab eodem iohanne, et excusatione Ieroni-
mi doctoris ad evidentiam autem ordinis
evangeliorum et evangelistarum. Sciendum quod in qua-
tuor faciebus quatuor animalium quas vi-
dit ezechiel apparet ordo evangeliorum.
Videt enim ezechiel primo et xo capitulis
quatuor animalia terribilis aspectus, quorum
quodlibet habuit quatuor vultus, scilicet hominis, leonis,
bovis et aquile, et quodlibet quatuor
alas, et quatuor manus, et quodlibet erat
erectum quatuor cruribus rectis ad
omnem partem volubilibus flexibilibus, ita quod
illorum animalium quodlibet ad quatuor partes
ambulabat absque sui tornatione. Erat
etiam in quatuor animalia quedam, cum aliis
superioribus extensis, sicut cum quatuor
homines se tenent manibus, brachiis ex

tempus in una turca/ et alie due ale
tegebant eorum corpora inferius/ et ma
nus erat sub alis/ Et secundum expositores
quatuor animalibus talis eorum quatuor alarum re
spiciunt ad quatuor partes mundi/ et sic eos
facies videbat ad meridiem versus plagam/
quia ipse venit a septentrione/ facies leo
nis erat ad orientem ad dexteram/ facies
bovis ad occidentem/ et facies aquile
ad septentrionem eminencior apparuit/
Isto ergo modo ordinantur ewangelia/ quia
primo ponitur ewangelium mathei/ sicut fa
cies opponebat aspectum prophete/ Secundo
loco ewangelium marci/ quia dextera pars
prior est sinistra/ Tercio loco ewangelium
luce/ Quarto Johannis/ quia facies aquile
fuit in parte superiori/ quia in collum aquile
est longius/ ideo dicitur facies aquile
desuper ipsorum quatuor/ Hii ergo quatuor
ewangeliste describentes hystoriace vi
tam et facta christi/ propter quatuor dignitates
precelsas de eo describunt/ Primo videlicet
assumptam humanitatem/ circa quam matheus
maxime immoratur/ unde in principio
ewangelii sui dicit/ liber generacionis Jhesu christi
filii david/ Similiter circa finem ewangelii
dicitur data est michi omnis potestas in celo et
in terra/ quod intelligitur de christo secundum hu
manitatem/ nam secundum divinitatem/ eam
habuit ab eterno/ secundum quod dicitur/ dan. vii°
potestas eius potestas eterna/ postea addit/ Et
ecce ego vobiscum sum omnibus diebus et c.
quod item exponitur de eius humanitate/
in qua nobiscum est usque ad finem
mundi sub sacramento/ sub specie panis et vini
secundum vero divinitatem est ipse et ubique/
in omni creatura/ ps. Quo ibo a spiri
tu tuo et c./ Et quia circa christi humanitatem
immoratur/ ideo in specie hominis desi
gnatur/ Secunda dignitas christi est regalis
sublimitas/ quam describit marcus/
qui per leonem designatur/ qui est rex
alium/ et christus fuit de tribu iuda/ de
quo dicitur Gen. xlix/ Catulus leo
nis iuda/ qui metuit impune intu
itu matris/ quia tribus diebus infre
mare formidantibus/ tunc iuda po
intravit et surrexit/ Et christus meruit
impune in sua morte/ deinde postea re
surrexit/ quia christus resurgens ex mor
tuis iam non moritur Roma. sexto
/ideo ipse rex regum et dominus dominancium

apocalypsis xix/ Tercia dignitas christi est sacer
dotalis potestas/ quam maxime describit
lucas/ qui ewangelium suum incipit a sacer
docio dicens/ fuit in diebus herodis
regis iudee/ sacerdos quidam zacharias
nomine/ Et ideo designatur in similitudine
vituli sive bovis/ quod est animal ymmola
cionis/ Quarta dignitas est eternalis
divinitas/ quam maxime describit Johannes
in principio sui ewangelii dicens In principio
erat verbum/ et circa finem/ ubi dicit
hec autem scripta sunt ut credatis quia
Jhesus est filius dei Johannis xx°/ Et ideo
in specie aquile designatur/ que est avis
alcius inter omnes volans/ et solis
speram irreverberatis oculis conspiciens/
Sic Johannes altissime volavit ad thro
num divinitatis/ et in nubilo apparuit glo
ria sanctissime trinitatis/ Alio modo quatuor
ewangeliste describunt propter quadruplicem
statum christi/ in assumpta humanitate/
scilicet virtuose conversacionis/ dolorose pas
sionis/ gloriose resurreccionis/ et gaudiose
ascensionis/ Primum describit matheus
Et ideo designatur per hominem qui debet
christum imitari in virtuosa conversacione/
Ideo in processu sui ewangelii christum
nobis ostendit per exercicio virtutum in bapti
smo/ ieiunio/ dyaboli temptacione et
predicacione/ apostolorum eleccione/ et ewangelice
beatitudinis/ et sermonis predicacione/
Lucas describit christi passionem in qua
dicitur homo tanquam vitulus ymmolatus
est deo in holocaustum satisfactione et
ut acceptatur quia eius passionem inspice et c.
in ps./ Marcus autem christi resurreccionem
sicut leo denovo natus/ tribus
diebus dicitur dormire/ deinde ru
gitu patris excitatur/ ut dicit ysidorus
xii° ethimologiarum et habetur in gloza super
post triduum sue dormicionis in morte
et sepulcro/ virtute patris fuit a mor
tuis excitatus/ Jeremie iiii°
ascendit leo de cubili suo/ Johannes
vero christi ascensionem/ quam licet ipse non
describat/ sed ab aliis descriptam supponit
tamen in sua descripcione divinitatis christi sublimi
tatem explicat/ quam post ascensionem
suis angelis manifestat/ quia ibi
renovabitur ut aquile iuventus mea/
Tercio quatuor ewangeliste describunt

quatuor insignes virtutes quibus
nituit christus. Matheus namque descri-
bit virtutem iusticie in homine, quia
iusticia que naturalis est hominibus inspirata
est. Psalmus. iusticias et iudicia sua ostendit
eis. Romanos 10. Finis enim est christus
operis legis, quod est iusticia scripta
in cordibus nostris. Secundo marcus virtutem
constancie sive fortitudinis in facie leonis,
quia leo fortissimus bestiarum
ad nullius pavebit occursum. proverbiorum 30.
Tertio lucas virtutem temperancie in facie bovis
qui incedit mature. Quarto iohannes
virtutem prudencie in facie aquile, que
acucius videt. Ex quibus patet eorum ordo.
Et autem quilibet ewangelista de istis qua-
tuor tangit et tractat, quamvis unus plus
de uno, et alter de altero, quemadmodum
secundum beatum Jeronimum in epistola ad paulinum
quilibet ewangelista designatur per animal
cherubicum, quod interpretatur sciencie multi-
tudo. Igitur quatuor vultus scilicet hominis
leonis bovis et aquile decoribus ibi [illegible]
subdit: per totum corpus oculati sunt,
quia declarant preterita presencia et futura. Sicut
stelle emicant vel inflamant exemplis
vite et conversacionis christi quam describunt,
et eorum doctrinis omnes illuminant. Distinguunt
fulgura et tonitrua voces terribiles de
futuris iudiciis et penis inferni, que
in ewangeliis exprimuntur ad terrorem
malorum a peccatis. Pedes erant recti
et in sublime sedentes. In scriptura
sacra pedes sunt affectus, ut sunt amor
dei et proximi, timor, spes et dolor,
quibus anima nostra quasi pedibus adheret
vel ad illud tendit. Pedes ewangelistarum
erant recti per intencionem puritatem in deum
erectam et in sublime sedebant
propter flammeum desiderium celestium. Et terga
pennata, per que designantur exempla
que patres sancti posteris reliquerunt. Vel
per terga que portant et sustinent onera
gravia intelliguntur opera laboriosa
que propter deum fecerunt. Et illa erant
pennata rectis intencionibus virtutum.
Et erat [illegible] ab ipsis per
sonarum et regionum distancia. Tenent se mutuo
ubi quasi complexi sunt, quia quod unus senserit
et plures dixerunt, et unus sepe per
alium exponitur. Et quasi rota in rota

volumus. Quia per quemlibet quid matheus
de incarnacione domini sensit, dicendum quod
hoc quod marcus, lucas et iohannes, et
e converso, et sic de quolibet. Hic ergo rota in ro-
ta, et revolucio rotarum eius quadrige
domini inseparabiliter iuncta et colligata. Et per-
gunt quocumque eos flatus spiritus sancti per-
duxerit. Ex quo patet manifeste quod non
quando nec prout voluerunt quatuor volumina
ewangelice historie scripta sunt, sed spiritu
sancto movente et dictante. Unde ezechiel
predicens dixit: quia spiritus vite erat
in rotis; et quod unumquodque quatuor animalium
totam faciem suam ambulabat, et ubi erat
impetus spiritus illuc gradiebatur. Secundo
apparet ex dictis quod ewangeliste multa ob-
miserunt de factis et dictis christi tempore sue
infancie et etatis adulte, sed quod non
sunt ex ignorancia vel oblivione, sed ex
dei dispensacione. Primo, ne fideles te-
diosa librorum prolixitate gravarentur,
ut innuit Iohannes ultimo. Secundo, ne in minus
utilibus et minus pertinentibus ad salutem
magis occuparentur. Tertio ut occasi-
ones curiosarum questionum a fidelibus
tollerent. Iuxta predicta queritur, utrum
sint numerus sufficiens hec ewangelium.
Et videtur quod nulla, quia secundum Gregorium
super illud Ezechielis primo: Quatuor
facies uni. Si quis quid de incarnacione
iohannes sentit, hoc quod lucas, marcus,
matheus. Ergo secundum hoc iohannes nil fecit
nisi quod replicavit ea que alii ewangeliste
dixerunt. Ergo si non scripsisset nil defuis-
set. Item aut matheus sufficienter scripsit
ewangelium aut non. Si non, ergo cum
ipse non a se ipso scripsit, sed a spiritu sancto
inspiratus, scriptus sunt insufficientes. Si matheus
sufficienter tradidit ewangelicam
doctrinam, ergo superfluunt alia ewange-
lia et Iohannis quam aliorum. Respondetur quod
ewangeliste sunt testes domini, non propter in-
digenciam claritatis divine, sed infirmi-
tatis humane. Ubi igitur infirmitas
humana firmius et certius credit pluribus
quam uni, disposuit divina sapiencia,
ut plures essent ewangeliste. Tamen si
omnes diversa dicerent, fides non firmaretur,
ut enim testimonium sit solidum, oportet te-
stes concordare. Si vero omnes idem dicerent.

iam ecce totum unum esset et ipsi sollum
ut ergo totum esset et nichil ipsi solum con
tineret dispositum spiritus sanctus ut aliqua
singulariter aliqua vero quilibet narra
rent nulla vero discordanter dicent
Tercio vero obicitur. Quod secunt per munus. Hec
omnis intelligendum est quod non omnino idem dixe
runt sed ubi conveniunt in eadem narracione
non discordant ut dicit augustinus libro
de concordia ewangelistarum. Vel saltem concor
des inter se sunt ut dicit Gregorius. Idem sentiunt quia
idem sentiunt tamquam uno spiritu et fide
illuminati non tamen omnino eadem scribunt
Quarto autem queritur utrum matheus sufficienter
dixit. Dicendum quod sufficienter de aliquo tra
ctare contingit dupliciter. Aut quantum
exigit materie dignitas et sic de ipso
sufficienter tractare est impossibile non tantum
uni homini sed eciam toti mundo si con
uerteretur in linguas quia ad eius narra
cionem non sufficiunt omnes lingue unde
infra ultimo dicitur quod si scribantur per
singula que fecit Ihesus nec ipsum ar
bitror mundum posse capere eos qui
scribendi sunt libros. Alio modo est sufficienter
tractare quantum sufficit ad deveniendum
in finem et sic in quolibet ewangelista
probanda vere fidei quantum sufficiat queritur
sed tamen alii non superflui sunt quia faciunt
ad fidei claritatem explicacionem maiorem
certitudinem et descripcionem
Secundo queritur specialiter de huius libri certi
tudine. Et videtur quod male procedat
Ubi enim modus narrativus est debi
lis et infirmus quia ei potest contradici
ubi certitudo conveniens repellatur
Totius autem modo narracionis procedit
ergo valde debiliter et infirme. Item per
modum procedendi eius non videtur
esse certus. Contra autem debeat certitudinaliter
procedere videtur ex eo quia nichil
est certius homini quam fide ergo nulla
doctrina certior debet tradi quam ea que generat
fidem sed doctrina Iohannis est ad gene
randum fidem ut infra xx. Ergo debet
esse certissima et certitudinaliter procedere. Re
spondetur ergo utrum modus tradicionis
huius doctrine debeat esse narrativus vel
racionativus et vide utrum de certitudine solucionis
Pro Quadruplex est certitudo scilicet de
monstracionis auctoritatis interne illustracionis
et extendus experiencie. Prima certitudo
est ubi recepti non potest In illa cogitur quod
assentire velit nolit et ideo ubi est
certitudo demonstracionis evacuat fidem. Alia
certitudo est auctoritatis et hec fidem generat
unde dicit augustinus Contra quod credimus debemus
auctoritati. Tercia certitudo est illustracionis
interioris et hec fidem perficit et confirmat
Quarta est experiencie que fidelis
ergo racionis assignat convenientie et efficaciam
ut quod credit intelligat et hec
certitudo fidem consequitur. Nam huiusmodi
raciones fideli sunt optime et efficaces In
fideli vero penitus inutiles et infirme
Ad ergo queritur de certitudine. Dicendum quod quia
finis imponit necessitatem hiis que sunt
ad finem illa hec doctrina sit ad ge
nerandum fidem non debuit habere certitudi
nem demonstrativam nec potuit habere intuitivam
quia illa est gratie non debuit habere per
experienciam ideo debuit habere certitudinem
auctoritatis. Et hec est racio quare libri
sacre scripture traduntur per modum narra
cionis non racionacionis quia sunt ad generan
dum fidem et passim libere libri
vero doctorum traduntur per racionacionem quia
sunt ad generandum intelligenciam et ad fidem
confovendam et nutriendam. Sed raciones
iste non habent robur nisi fundate super
fidem. Dicendum est ergo quod certitudo auctoritatis
in aliis sumitur in rectis ab hominibus
qui sepe mentiuntur propter hoc habet robur
sed scriptura sacra que revelata est a spiritu
sancto magnam habet firmitatem quia ipse
mentiri non potest unde dicit augustinus super Genesim
ad litteram quod maior est huius scripture au
ctoritas quam humani ingenii perspi
cacitas. Dicit ergo secundum sanctum thomam
in prima parte summe. Sacra doctrina
utitur eciam humana racione non quidem
ad probandum fidem quia per hoc tolleretur
meritum fidei sed ad manifestandum
alia que traduntur in ista doctrina. Proprie
tamen utitur auctoritatibus canonice scripture
ex necessitate arguendo sed auctoritatibus aliorum
doctorum ecclesie quasi arguendo ex propriis
sed probabiliter innititur enim fides nostra
revelacioni apostolis et prophetis facte que
canonicos libros conscripserunt non autem
revelacioni si qua fuit aliis docto
ribus facta unde dicit augustinus in epistola
ad Ieronimum Solis eis scriptoribus libere

v — dy f c p — fut

qui canonici appellant / que breviter
deferre didici / ut nullum auctorem
eorum scribendo errasse aliquid firmis-
sime credam alios autem ita lego ut
quantalibet sanctitate doctrinaque prepolleant
non ideo verum putem / quia ipsi ita senserunt
et ubi multum de hoc / etiam quidam sacra
doctrina utuntur auctoritatibus philosophorum / quos per racio-
nalem veritatem cognoscere potuerunt
ut patet per apostolum in pluribus locis / sed tamen
utuntur eis quasi extraneis argumentis et
probabilibus / Hic ergo patet de hoc que etiam ne-
re ad hoc quod quis de sublimitate perscru-
tacionis et sermonis equalis augustino est
beatus iohannes scrutari tam sublimia
scilicet filii dei divinitatem et humanitatem
ut enim ait aug. omelia xxa super iohannem / ista
quidem non est dicere neque intelligere parvule /
Et dionisius ubi dicit de mistica theologia
c. primo / ergo scrutari divinam maiestatem
videtur esse magna presumpcio / unde aug.
omelia vii / cuius quidem non comprehensibilia
quid scrutaris / non comprehensibilia
quid investigas / non investigabilia
Item proverbiorum xxv / qui scrutator est
maiestatis / opprimetur a gloria / Et ibi-
dem xxiio ne transgrediaris terminos
antiquos / quos posuerunt patres tui /
Sed neque patrum angelus est apprehendere ad
scrutinium maiestatis / Unde dicitur quia ipse
non perscrutatur / sed narrat / Et ysaie
liii generacionem eius quis enarrabit /
Item eccli iii altiora te ne quesieris
et forciora te / ne scrutatus fueris in
Item invisibilia per ea que facta sunt in-
tellecta conspiciuntur / sempiterna quoque virtus et
divinitas / videtur ergo / quod debuisset iohannes
apprehendere ad predicta per speculacionem
creaturarum / et non ita immediate / improvo-
cat verum / Item per humanitatem christi
devenitur in cognicionem sue deitatis /
Omnis enim illuminatus ab apostole / dirigit
in cognicionem ipsius solis / ut exitat
aug. omelia prima / ergo prius debuisset
ut videtur evangelista / determinare de
humanitate filii dei / quam de divinitate
Item apostolus i corinthiorum iio comendat se de
hoc / quia non venit ad corinthios in
sublimitate sermonis / sed in humilitate
ergo videtur quod beatus iohannes sit reprehen-
sibilis / quia tam alte intonuit / quia aliquid

non potuit / quia secundum aug. si aliquid
intonuisset neque eum intellexisset /
Respondeo secundum aug. omelia prima aliter hoc
non capit ea que spiritus sunt / i corinthiorum iio /
Sed adeuit misericordia dei ut capiat
quicquid conceptis / Et subdit dicere de deo
ut est / quis potest / forsitan nec ipse iohannes /
dixit ut est / sed ipse dixit ut potuit
/ de deo enim homo dixit / inspiratus a deo
Si non esset inspiratus / nil dixisset /
De pectore enim domini bibebat / quod nobis
propinabat quia ille / Est ergo determinare
vel dicere de divina maiestate / et in ipsius
maiestatis incomprehensibilitatem / et sic
homo non potest de ea determinare / prout dicit
damascenus in principio primi libri / deum
nemo vidit unquam / Et subdit / In-
effabilis est / incomprehensibilis est /
Aliud est aliqua determinare vel dicere
de ipsa maiestate / ex divina inspira-
cione / et inspirata approximatione / et sic est possibile
/ ut dictum est ab aug. / et ut dicit dam.
ubi supra / deum nemo vidit unquam
nisi unigenitus / qui est in sinu patris
ipse enarravit / Iohannis primo et math.
xi / neque novit quis patrem nisi filius
et cui voluit filius revelare / Et non
est aliqua dicere vel determinare de ipsa
divina maiestate / audacia humane
presumpcionis / vel inflacione humane
cognicionis / ut fuit in philosophis / qui cum deum
cognovissent / non sicut deum glorificaverunt
ad Romanos primo / vel presumpcione
sathanice instigacionis / ut fuit in here-
ticis / Sic non est possibile aliqua declarare
secundum veritatem / de divina maiestate / vel
in inspectione creaturarum / et in speculo enigmatis
ut dicit aug. ubi supra / Et quia beatus
iohannes fuit spiritu sancto plenus / et a deo spiritu
elevatus / et summa archana revelante
de divinitate filii dei determinavit / et ab
ea incepit / non ob hoc in celestium
perscrutacione reprehendi potuit / Et ideo
spiritus sanctus generacionem enarravit non homo
unde aug. omelia prima cum tonitruum
filius est / qui dilectus christi / qui solus
prima enarravit / que sunt per orbem / qui elevatus
est super celos / qui calicem christi bibit /
qui recubuit super pectus domini
in prepalacione multa venit ad nos /

Et subdit igitur audiamus non ut exutc
filiud piscatoris zebedei sed eum qui
profunda dei nouit Iste ille Spiritus enim
scrutatur etiam profunda dei Item ergo quantum
de sublimitate sermonis Dicendum quod subli
mitas sermonis aliquando reprehenditur
propter pravam intencionem ut cum homo
loquitur sublimia ut gloriosus appareat
et prohibetur j regum ijo nolite loqui
sublimia gloriantes Aliquando propter materiam
ut cum est materia levis et modica
non est verbis altis aggrandanda et obscu
randa de qua Colossenses ijo videte ne
quis vos decipiat per philosophiam et inanem
fallaciam Aliquando reprehenditur quia
auditores non sunt capaces propter hoc
dicebat apostolus j corinthios ijo non veni ad
vos in sublimitate sermonis et racio
fuit quia nondum poterat intelligere ut
3 dicitur eorum de quibus dicitur corinthios iijo et in
epistola ad hebreos ab adulto in pueris gra
dia variat veritates, nec in lenulas
de factis levis ~~intentur~~ prohibentur
Verbis non loquitur et materiam habuit altam
et intentionem bonam et audientes
provectos, quia eorum ecclesia creverat.
Ideo recte et debite sublimiter locutus
est Item hic est mirale sicut dicit augustinus
in sermone suo Parvulus invenit lac
quod sugat et perfectus invenit soli
dum cibum qui eum reficiat Et verificatur
illud gregorii in prologo moralium quod ele
phas ibi natat et agnus peditat
et ideo parvuli qui non sunt natare
cum elephantibus peditare debent
cum agnis Et per hoc patet ad primam
obiectionem et ad auctores qui prohibent que
re altiora vel scrutari sed spiritu humano
presumente, vel diabolo instigante,
quia frequenter ducunt in errorem
non spiritu divino revelante et instigante
qui scrutatur etiam profunda dei
Ad aliud dicendum quod evangelista ea que
dixit de divinitate filii dei, dixit spiritu
revelante et instigante prout ab ipsa
incepit Et ad confirmandam veritatem et
fidei ait In principio erat verbum Iohannes
Crisostomus omelia prima videns eorum
pravitatem qualiter nil dubitans ait
In principio erat verbum hic enim est inqui
ro eruditi, non vacillare in hiis que dicit,

Ad aliud dicendum quod evangelista determinat
hic de divinitate filii dei et humanitate
Et quia plurimus prosequitur facta domi
nica et miraculosa opera filii dei in
quantum homo, ideo quantum premisit etiam
in divinitatem, subiungens eum incarna
tum, nec autem verbum caro factum est prosequens
ipsius incarnati in corpore opera. et
communitas potest modus tradicionis
sacre doctrine dicatur esse narrativus
vel comminativus Et iterum quod tamen quia do
ctrina evangelista est ad claudendum
hereses ac ad convincendos hereticos
j petri ijo parati ad satisfaciendum
omni poscenti rationem Sed doctrina co
minata est aliter apriori ... Item
dicit augustinus libro de ordine tertio ad
discendum procedit auctoritate et ratione
auctoritas tempore ratio prior est ratio auctoritas
imperite multitudini salubrior ratio
eruditis Sed doctrina evangelista est
ad eruditionem omnium secundum Crisostomum ... et
Et in quantum autem doctrina evangelista
est ad inducendam fidem Iohannes xxo
hec scripta sunt ut credatis Sed fides
non habet meritum cui humana racio
prebet experimentum secundum gregorium Dicendum
quod debuit esse narrativus tamen propter no
bilitatem auctoris sacre doctrine evan
gelice, cui in omnibus credendum tum
propter invincibilem veritatem ipsius doctri
ne tum etiam propter finis qualitatem
que est inductio fidei, que fides indu
citur libero assensu credentis
Rationes tamen valent ad inducendam
fidem, et confirmandam et confovendam
omnes tales sunt radicate in firmitate
iuncto fidei Ad argumenta ad oppositum
dicendum primum quod secundum bernardum super cantica
sermone lxxvijo fides attingit in
accessa, comprehendit inventa,
deprehendit ignota, apprehendit
nomissa Item non loquitur petrus
de ratione cogente ad credendum qualis ratio
est in hiis que sunt ad assenciendum
quoniam in demonstrationibus sed loquitur
de ratione explicante ipsam fidem Et
ea que sunt credenda ex fide possunt
enim auctores sunt aliqui inducendi
ad credendam veritatem secundum augustinum libro
2 contra manicheum q. 6 q. Per hoc etiam patet

ad aliud / Est in tacto du x vel ex
quexion̄ formacor / et q̄ dicit eva-
ngate mund fidei / vel ex euidencia
rei cognoscibilis / Et hec explicat
intellectum credencium vnde quadam x
est certitudo / Una est ex deuocione
concludente vt in quantum sucessit /
alia est ex fide illuminante / q̄ est argu
mentum rerum non apparencium hebre xi
Tercia est exanctis ponderis / q̄ est cita-
tum est miraculis inchoata / ipse
renitita / vetustate firmata / Tercia
est ex supernaturali inducere / que sit
vel miraculorum operum / vel primum pro
missionum vel veritatis exacti componere /
et istis modis ewangelica doctrina est
certissima / vt supra / Nota doctrina
xpi vocatur ewangelium antonomastice /
secundum Crisostomum super Math omne prima
dictum / Ewangelium hoc opus decet
vocatur / Et enim supplicium destructionem /
et peccatorum solucionem et iustitiam et sanctifi
cacionem et redempcionem et adopcionem /
et hereditatem celorum / et cognacionem ad
dei filium / omnibus venit annuncians
inimicis et malis / et hiis qui in tenebris
sedebant q̄ ille / propter ergo multitudinem
bonorum collatorum et promissorum
a filio dei q̄ continet in doctrina xpi
merito dicitur ewangelium vnde Crisostomus / vbi
supra / Omne a prioribus annunciata
sunt / ipse et sunt ewangelia vocantur
/ non tamen quia certa et immobilia solum
sunt bona / et propter dignitatem nostram
/ sed quia cum omni facilitate nobis
data sunt / neque enim quia laborauimus
et fatigati sumus / sed quia dilecti sumus
a deo / suscepimus / Et de hoc Augustinus
libro 10 de concordia ewangelistarum sunt
omnes diuinas auctores q̄ sanctis litteris
continentur / ewangelium merito precellit / quod
enim lex et prophete futurum predixerunt
/ hoc reuelatum atque completum / in
ewangelio demonstratur / licet ergo alia
doctrina salutis sint bona annunciata
/ tamen doctrina ewangelica antonomastice est
amplius et perfectius / maiorum bonorum
annunciatiua vnde Crisostomus super Math de
opere imperfecto / liber iste sic ewangelium
est apotheca gracie / Sic enim in apothe-
ca diuitis aliquis / omnis libro quod des-

derat inuenit / sic in isto libro omnis
anima quod necesse est ad salutem inue-
nit / Intellectus enim instruitur doctrinis
et affectus impinguatur sacietate / Hec apo-
teca habet autem panem vitalem q̄ iustificat
panem sanctorum qui sanctificat / et panem
angelorum qui beatificat / Licet etiam alie
doctrine vel scripture sint de bono / et etiam
ad bonum secundum magis et minus perfectius et
potencius / tamen sacra doctrina ewangelica
amplius et perfectius est de bono et
bonorum annunciatiua et futurorum bonorum
promissiua / quia alie sunt / Ve enim ewan-
gelium est vitus omni credenti Ro po
ca p q vo vocat doctrina sua ewangelium
merito / quia dictata est ex ewangelio
in nullo discordans ab eo / Item
Crisostomus omne prima super Math Duo ex
apostolis et duo ex discipulis / ewangelia scripse-
runt / quia nil ad honoris amorem fa-
ciebant / sed omnia ad vtilitatem / Ideo
concessum fuit discipulis scribere non apostolis /
et equalis auctoritatis sunt ewangelia
scripta a discipulis / sicut scripta ab apostolis
secundum Augustinum libro / contra Faustum / ne
imparem haberet auctoritatem quorum discipulorum
vnus erat petri / alius pauli / et sicut hoc
est ad fundum / quia non solum debebat credere
fidem annunciare seu gloriam dei predi-
care / sed et mores / Ideo concessum fuit
discipulis ewangelia scribere non apostolis /
Augustinus contra Faustum libro 20 / ewangelii
nomen latine bona nunciacio vel bona
nunciacio dicitur / et quod tamen in bonum
annunciatur / semper dicitur / sed ipse tamen
hoc vocabulum obtinuit annunciacio
saluatoris / Narratores quippe ori-
ginis sectorum dictorum et passionum domini
nostri ihesu xpi proprie dicti sunt ewangeliste
et in sua dicitur ergo non sit ewangelium
quod de xpi generacione narratur /
in tam bona nunciet vitam, ipam in
finitatis vita sanctis etc

In principio erat verbum et verbum erat apud deum. Et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum.

Iste liber quem beatus iohannes ad preces episcoporum asie compilavit est de verbo incarnato in quo contra veritatem fidei catholice. Due sunt nature scilicet divina que est eterna et humana que est creata. Et ideo beatus iohannes archanorum dei conscius in hoc libro sui ewangelii describit primo nativitatem christi divinam que est principalis et prima. secundo humanam. Et cum iste liber prima sui divisione dividitur in duas partes. In prima agit de verbo in se, seu de eius divinitate. In secunda agit de ipso verbo ut incarnatum est unitum carni sive de eius humanitate ibi Et verbum caro factum est. Et quia verbum dicit operativa potentiam secundum augustinum libro ... et dicit respectum ad dicentem et ad id quod per verbum dicitur. Ideo prima pars subdividitur in duas partes. In prima parte determinatur de verbo per comparationem ad dicentem. In secunda determinatur de eo in comparatione ad ea que per verbum dicuntur ibi Omnia per ipsum facta sunt. Et quia liber iste compositus contra hereticos destruentes filii coeternitatem coequalitatem et coequalitatem. Ideo in prima parte ponit quatuor propositiones quarum prima est de verbi increati eternitate. Secunda de ipsius a patre in persona distinguibilitate seu alietate. Tertia de eiusdem cum patre in essentia unitate. quarta de ipsius verbi coeternitate et omnipotentie coequalitate. Per primam que est In principio erat verbum confutatur nestorius cum suis sequacibus qui dixit christum initium sumpsisse. Per secundam que est Et verbum erat apud deum confutatur Sabellius qui dixit filium non esse distinctum a patre. Per tertiam que est Et deus erat verbum confutatur arrius qui dicebat christum esse puram creaturam et nullo modo equalem patri. Per quartam que est Hoc erat in principio apud deum confutantur omnes predicti quia ista propositio dicit filium esse coeternum, coequalem et coequalem patri et personaliter distinctum ab eo. Circa primum igitur ad propositionem dicit In principio erat verbum. Ad cuius evidentiam secundum quod melius nobis et sequentibus beatus iohannes maxime et profundissima materiam in conprehensibilem exprimit ideo non potest paucis verbis explicari. Est quod pro intellectu huius propositionis tria occurrunt inquirenda iuxta tres dictiones illius propositionis. primo quid significetur nomine verbi. secundo quid nomine principii. tercio quid sit hoc quod dicitur verbum erat in principio. Ad intelligendum hoc dictum verbum sciendum quod est triplex. primo per ... ea que sunt in voce vel signa vocalia. Sunt voces vel signa earum per personam, que sunt in anima vel mentalia sive conceptuum. Conceptus autem est in significatis. quia res signate ... vocalia significationes ... et ergo cum illud apostoli i cor. x. petra autem erat christus. de veritate ergo oportet quod illud in ... quod stat extra verbo ... vocetur verbum. secundum vero secundum augustinum xv° libro de trinitate verbum mentis est ymago ... in divinis. In nobis autem reperitur duplex verbum scilicet interius formatum seu conceptum et exterius prolatum ab aliis auditum per quod exprimitur verbum interius conceptum. Et ut dicit beatus Thomas libro de veritate articulo quarto nomina imponuntur secundum quod cognitionem de rebus accipimus. Et quia ea que sunt posteriora in natura sunt ut plurimum nobis nota, inde est quod frequenter secundum nominis impositionem aliquid prius invenit nomen in aliquo duorum in quorum altero prius existit res sicut patet de nominibus que dicuntur de deo et creaturis ut ens bonum et huiusmodi que prius fuerunt creaturis imposita et ex hiis ad divina per translationem translata quamvis esse et bonum prius in deo inveniatur. Et ideo quia verbum exterius cum sit sensibile magis est nobis notum quam interius. Ideo secundum nominis impositionem prius verbum vocale dicitur verbum quam verbum interius quamvis verbum interius sit naturaliter prius utpote verbi exterioris causa finalis et efficiens. finalis quidem quia verbum vocale ad hoc

Sed in quibus verbum dei assimilatur verbo nostro dicendum quod primo est hoc quod intus latet et hoc est cogitatio vel conceptus et hoc verbum est ymago verbi in divinis. Nam sicut verbum mentis est ... intra verbum divinis a patre procedit et sicut verbum mentis omnis assimilatur rei de qua nascitur ita verbum in divinis assimilatur patri unde est ... verbum patris ... augustinus ... in libro de ... logos ... sonat et hoc est signum verbi ... igitur verbum magis dicitur in mente quam in voce. Aliud est verbum oris quod foris sonat et hoc est signum verbi quia quod ore profertur vox verbi est ... ad verbum in quantum instituitur ad fundum verbum mentis. Alia similitudo quia verbum non solum dicit respectum ad dicentem sed etiam ad id quod per ipsum dicit sicut filius dei dicit respectum ... patrem a quo gignitur sed ad creaturas que facte sunt per eum. Tertia similitudo quia sicut verbum ... manifestat conceptum mentis nostre. sic filius dei doctrina et operibus miris manifestavit patrem. Quarta ...

Omnia ... creatura ... c. 6. ... ab ...

nobis exprimit, ut interius verbum manifestet. Verbum ergo quod verbum interius sit id quod per verbum exterius signat. Efficiens aut quia verbum placitum exterius, cum sit signum ad placitum, eius principium est voluntas sicut et rectorem artificiatorum. Et ideo sicut aliorum artificiatorum in mente artificis preexistit ymago quedam exterioris edificii seu artificii, ita in mente proferentis verbum interius preexistit quoddam exemplar exterioris verbi. Et sicut in artifice precedit intencio finis, deinde sequitur excogitacio forme artificiati, tandem ultimo producitur artificiatum in esse. Sic prima cordis in loquente prius est verbum, quod habet ymaginem vocis, et postremum est verbum vocis. Verbum igitur vocis quod corporaliter expletur, non potest de deo dici nisi methaforice. Sed verbum quod nichil aliud est quam id quod actu concipitur per intellectum, proprie dicitur de deo, quia est omnino remotum a materialitate et corporeitate et omni defectu. Et hec ille. Conparatur filius in divinis nostro verbo interiori formato, quia sicut nostrum verbum est occultum nisi fuerit exterius prolatum, sic verbum divinum omnibus est ignotum. Matheus xi. Nemo novit filium nisi pater. Donec per Johannem baptistam vocem eius sic dicentem fuit predicatum. Johannis primo. Ego vox clamantis in deserto et dicit, quia nichil producimus ore nisi prius mente conceperimus in verbo. Sic deus pater omnia disposuit in verbo suo, antequam foris creavit in effectu. Et ideo dicit Augustinus primo de trinitate. Verbum est ars patris omnipotentis dei plena omnium racionum viventium. Tercio quia sicut verbum nostrum fit declaracio contentorum in memoria, Sic sicut in glosa patet per eum innotuit mundo. Quarto sicut verbum nostrum est actualis noticia vel intelleccio producta de hiis que in nostra memoria continentur, Ita dei filius qui est verbum patris generatur de secundissima memoria paterna, hoc est de eius substancia. Nam eius memoria nichil aliud est quam eius substancia vel natura, ut dicit Augustinus contra maximinum hereticum. Nequaquam filium dei cogitatis sicut qui de substancia patris genitum ignoratis, unde dicitur in simbolo Niceno. Deum de deo lumen de lumine deum verum de deo vero. Et hebreorum primo. Cum sit splendor glorie patris et figura i. persona substancie eius. Sic dicitur Johannis xvi. Exivi a patre. Quinto sicut per verbum nostrum sententia vel noticia habitualis in memoria contenta exprimitur, Sic in verbo i. in dei filio tota dei patris sapiencia colligitur. Et ideo dicit apostolus i corinthiorum i. Christum dei virtutem et dei sapienciam. Et colossensium secundo. In ipso sunt omnes thesauri sapiencie et sciencie dei absconditi. Sexto sicut verbum nostrum ab ipsa memoria distinguitur, quia producens et productum, generans et genitum, sunt diversa, quia nichil se ipsum gignit, ut patet per Augustinum primo de trinitate. Sic filius dei distinguitur a patre in persona, quia alia est persona patris, alia filii, ut dicitur in simbolo anathasii. Generans enim et genitum sunt personaliter distincta. Septimo sicut verbum nostrum in eadem spirituali natura, scilicet anima nostra, recipitur et retinetur, Ita dei filius est in eadem natura divina cum patre, quia una et eadem penitus natura deitatis indivisa est patris et filii et spiritus sancti. Propter quod Christus dixit infra decimo. Ego et pater unum sumus. Et in ymno Ambrosii dicitur. Nunc sancte nobis spiritus unum patri cum filio, et ponitur in neutro genere ut substantiam naturam eius divinitatis, quia est infinita in se pure actualis, et est natura singularis et spiritualis, ideo non est divisibilis et plurificabilis. Sed quia est natura, ideo est communicabilis. Nature enim inquantum natura non repugnat communicari, alioquin repugnaret omni nature. Propter quod per naturam deitatis pater communicat filio et spiritui sancto. Nec est eadem secundum divisionem communicari. Et ideo eadem natura singularis indivisa est in patre et filio et spiritu sancto, sicut dicitur in prefato simbolo. Sed patris et filii et spiritus sancti una est divinitas equalis gloria coeterna maiestas. Sic creditur ... accepto pro filius verbi dei in natura

Verbum (?) procedit a dicente intrinsecum et eius perpetuus est intrinsecus, quia ergo filius dei procedit a patre intrinsecus non ut passibiliter, sed filius a patre ... ideo dei verbum ... nullo modo ... procedens ... per totum ... intrinsecum ... ab illo a quo ... exteriam ... ideo verbum quod eadem ... quod ... subsistit ... ipsum ...

creatura plene recipit / quia omnis creatura plus est dissimilis quam similis creatori / ideo verbum divinum intellectualis multas habet differentias ad verbum nostrum / primo quia verbum nostrum est prius formabile quam formatum / quia est per exterius natura ipso liberante / vel verbum formante / quia est actus a memoria productus et formatus / Sed in divinis verbum est eiusdem natura cum patre producente / licet pater sit tamen prior origine / ut dicit Augustinus libro de rebus tabernaculis [?] / Secundo quia verbum nostrum est ita verbum quod non est filius Et hoc sequitur ex primo / quia non est eiusdem naturae / cum ipso liberante / quod tamen pertinet ad rationem filiationis / verbum autem divinum / est ita verbum quod similiter est vere filius / quia est persona subsistens in natura divina / ideo est verus deus / verbum autem nostrum non est hoc ut persona

persona e

Tertio / quia verbum nostrum non est personaliter distinctum a liberante / quia est actus et in actibus non est persona / quia secundum Richardum persona est rationalis naturae incommunicabilis substantia vel subsistentia / verbum autem in divinis personaliter est distinctum / a patre et spiritu sancto / quia ut dictum est / ingenerat semper ut sit / verbum autem est genitum a patre / Quarto / quia verbum nostrum est imperfectum quia non adequatur toti nostre scientie que continetur in memoria nostra / nam uno verbo vel actu intelligendi non possumus intelligere nec exprimere totam scientiam habitualem / quam in memoria continemus / verbum autem divinum est expressivum totius essentie divine et patris perfectus et omnium creaturarum factarum et fieri possibilium / nam si non esset aliquid in dei verbo quod continetur in essentia vel scientia patris dicentis / tunc verbum prius esset imperfectum, / quod nephas est credere / unde dicit Augustinus Si aliquid esset minus in verbo quam in dicentis scientia continetur / verbum imperfectum esset Sed constat quod est perfectissimum / ergo est tantum unum Job 33 Semel loquitur deus et secundo idipsum non repetet / glosa loqui deum est filium generare / quod est semel quia per unicum genuit verbum in quo omnia fecit

Sc[?]

Ex premissis ergo colligitur / quod hic locum[?] do

/ verbum sic accipitur personaliter in divinis / nam verbum secundum quod hic dicitur in divinis / sit aliquid ab alio procedens / quod pertinet ad rationem nominis personalis in divinis / eo quod persone divine tantum origine distinguuntur Ideo non ubi secundum quod hic accipitur in divinis non sumitur essentialiter / sed personaliter tantum et est proprium nomen persone filii / quia sit quedam emanatio intellectus / non tamen importat nisi quid expressum ab intelligente / Item / quod verbum in divinis sit similitudo eius a quo procedit / et quod sit coeternum ei / Unde secundum Augustinum xv de trinitate non fuerit prius formabile / quia formatum sit verbum nostrum quod prius est in potentia quam in actu / Unde enim volo comperere rationem lapidis / et quod ad ipsam veniam discurrendo / qui quidem discursus est in hoc / quod primo accipimus genus / et differentias In illo autem discursu / dico lapidem quod est verbum prius conceptus eius non dum est formata sed formabilis / et in via ad formationem / in fine vero discursus dico lapidis sic verbum eius formatur / sic et in omnibus aliis que a nobis intelliguntur / nisi forte in primis principiis que quia naturaliter sunt nota / absque discursionibus statim cognoscuntur / Secundum[?] ergo sit rationando discurrit intellectus hac illac quasi iactatur / nec dum formatio perfecta est / nisi cum ipsam rationem rei perfecte concepit / et tunc primo habet rationem verbi / Sed verbum in divinis non est prius formabile quam formatum / sed est pura forma et purus actus unde Augustinus de verbis domini verbum dei est forma quedam non formata / sed omnium formarum forma incommutabilis sine lapsu sine defectu / sine tempore sine loco / Item / quod sit patri coequale et sit perfectum et totius patris expressivum Et quod sit coessentiale et consubstantiale patri / sit subsistens in natura divina / verbum enim nostrum ut dictum est / non est eiusdem nature nobiscum / nam ratio intellecta quam intellectus de aqua re format et est esse in anima nostra / ut intelligibile tamen / Intelligere autem anime non est idem quod esse naturale anime / quia anima non est pura ipsa operatio / Et ideo verbum quod intellectus noster format / non est de eius essentia / sed

disti°

est actus eius. In deo autem idem est intelligere et esse, et ideo verbum in intellectu divino non est aliquod accidens, sed magis pertinens ad naturam eius, et ideo dicitur quasi subsistens, quia quicquid est in natura dei est deus. Unde dicit Damascenus quod deus verbum substantiale est in hypostasi existens. Reliqua vero verba sunt nostra virtutes sunt anime. Tertio autem in qualibet natura id quod procedit, habens similitudinem et naturam eius a quo procedit, vocatur filius. Et quia verbum procedit in similitudine nature eius a quo procedit, ideo dicitur filius, et eius productio dicitur generatio. Sic ergo patet primum, scilicet quid sit quod dicitur verbum, quia verbum in divinis et filius idem sunt per omnem modum. Unde dicit Augustinus de trinitate: verbum solus filius accipitur, et eo modo dicitur verbum quo filius. Circa quod secundum Nicolaum de Lira duplex est in nobis interior mentis conceptus. Unus informis et imperfectus, alius formatus et perfectus. Secunda ratio, quia nostra cognitio procedit ab imperfecto ad perfectum. Et ideo de re primo habemus conceptum confusum et imperfectum, ut habetur primo physicorum. Et talis conceptus proprie non dicitur verbum sed cogitatio. Procedendo autem pervenimus ad verum conceptum rei perfectum et determinatum, qui a philosophis vocatur diffinitio, a theologis vero dicitur proprie verbum. Deus autem est intellectualis nature, ut ab omnibus tam philosophis quam theologis supponitur tanquam manifestum, et ideo in eo ponitur verbum, non tamen ad similitudinem verbi large dicti, quod est vox significativa vel conceptus rei imperfectus, quia in deo nihil est perfectibile vel quod imperfectum. Et proprie talis vox sua, quae sensibilis est, et ipsa cogitatio, quae licet sit intellectualis, tamen imperfectionem implicat, non habet ibi locum, sed ponit ibi verbum in quantum importat conceptum rei perfectum, quia deus unico actu intelligendi seipsum et omnia alia perfecte concipit. Ex quo patet alia differentia verbi nostri ad verbum dei, quia verbum nostrum in mente multiplicatur. Sicut enim sunt ibi concepta perfecta vel formata, tot sunt ibi verba. In deo autem est unicum verbum, quia non potest ibi esse nisi unitas conceptus perfectissimi. Ex premissis ergo colligendum quod hic loquendo verbum etc. Circa quod quattuor occurrunt questiones. Prima: cur Johannes evangelista patrem dimittens conceptum incepit a filio dicens: In principio erat verbum et filius. Ad hoc est duplex ratio. Prima, quia pater omnibus innotuerat in veteri testamento, licet non in ratione patris, sed ut deus. Filius autem ignorabatur, et ideo in novo testamento, in quo agitur de cognitione verbi, incepit a filio. Secunda ratio, quia per filium devenimus in notitiam patris. Infra xvii°: Pater, manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Volens ergo evangelista fideles inducere in notitiam patris, docens incepit a filio, statim subdens de patre cum dicit: Et verbum erat apud deum. Secunda questio est cur Johannes et aliorum. Sicut dictum est, verbum in divinis et filius idem sunt per omnem modum. Quare non dixit evangelista: filius erat in principio, sed dixit: verbum erat in principio. Ad hoc est duplex ratio. Prima, quia filius dicit aliquid genitum, et non audiens generationem filii posset aliquis cogitare generationem illam esse talem qualem novit, scilicet materialem et passibilem. Ideo non dixit filius, sed verbum, quod importat intellectualem processum, ut non intelligatur illam generationem fuisse vel esse materialem et passibilem. Ostendens ergo filium ex deo impassibiliter et intellectualiter produci, destruit pravorum suspicionem per verbi nuncupationem, quia processus verbi a dicente est intellectualis. Quia ergo filius in divinis procedit intellectualiter a patre, ideo nominatur ab evangelista nomine verbi. Secunda ratio, quia evangelista tractaturus erat de filio in quantum veniat ad manifestandum patrem. Et quia ratio manifestationis magis importatur in nomine verbi quam in nomine filii, ideo magis usus est nomine verbi quam nomine filii. Filius enim dicit solum comparationem seu respectum ad patrem. Verbum autem dicit comparationem non solum ad dicentem, sed etiam ad id quod per verbum dicitur, necnon ad vocem qua induitur, et ad doctrinam

que mediante voce in alio efficitur
/ Anima ergo dei filius debet hic describi
/ non tantum in comparatione ad patrem a quo
procedit / sed eciam ad creaturas quas
fecit / et ad carnem quam induit / et
ad dominia que prebuit / Ideo congruen-
tissime et decentissime sub nomine verbi
describitur / quia nomen verbi respicit
ad omnia predicta / nec posset sub
celo non ita communius inveniri / Filius
enim dei procedit a patre per eternam genera-
tionem seu nativitatem / ac in ipso per-
manet / et in ipso per essencie unita-
tem / sicut verbum mentale / quod a mente
gignitur / nec ab ea recedit, nec emit-
titur / sed cum ipsa et in ipsa permanet.
Ideo maluit dicere verbum quam filius /
Tercia questio est Augustini in libro 83
questionum talis Quia in greco ubi nos
habemus verbum habetur logos / Cum ergo lo-
gos in latino significet verbum et racionem /
Quare translatores transtulerunt
verbum et non racionem / Et est racio sicut quo-
dammodo intrinsecum, prout et verbum
interius / quia racio proprie nominat conceptum
mentis / sicut quod est in mente / et
quod per illam exterius fiat / per verbum
vero significatur respectus ad exteriora / et
quia ewangelista per hoc quod dixit
logos / non solum intendebat significare
respectum et eternam filii in patre /
sed eciam operativam potenciam filii / quia
omnia per ipsum facta sunt / Ideo antiqui
nostri latini magis transtulerunt verbum
quod importat respectum ad exteriora
quam racionem / que tantum importat mentis
conceptum / Quarta questio est origenis
super ista / Cum in multis locis sacre scri-
pture ubi fit mencio de verbo dei, po-
natur tunc hec addicio scilicet dei, puta
Ecclesiastici primo Fons sapiencie verbum dei
in excelsis / Et apocalypsis xix° voca-
batur nomen eius verbum dei / Quare
ergo ewangelista tunc loquitur hic de ver-
bo dixit In principio erat verbum dei
sed verbum tantum absolute / Respondetur multe sunt
veritates participate / et tamen una
sola veritas absoluta / que per essen-
ciam suam est veritas scilicet ipsum esse di-
vinum / qua veritate omnia sunt
vera / Sic eciam est una sapiencia

Secundo quia greco sermone scripto hic liber
habet hic theologos / tho autem est prepositivus
articulus / cui cum in latino non habeamus
aliquid quod tamen in compositione debeat designare
Unde etiam ... ipsum sit adde et
simpliciter verbum / ac si in latino diceretur hic verbum

absoluta / super omnia elevata sic
sapiencia divina / per comparationem alia
sapiencia dicitur / Est eciam et unum verbum ab-
solutum / cuius participatione omnes doctores verbum
dicuntur dicentes / quod est verbum
divinum / quod per se in se est verbum
super omnia verba elevatum / Ut igitur
ewangelista hanc supereminentiam verbi
divini significaret / ipsum verbum absque aliqua
addicione / nobis absolute proponit
/ Et quia greci cum volunt aliquid
significare segregatum et elevatum sive
esse ab omnibus aliis / consueverunt
ei ponere nomen articulum / per quem
illud significant / Sicut platonici volentes
significare substancias separatas, puta bonum
separatum, vel hominem separatum / voca-
bant illud ly per se bonum / vel ly per se
hominem. Ideo ewangelista volens significare
segregationem et elevationem ipsius verbi
super omnia / apposuit articulum ad
hoc nomen logos / ut per hoc dicatur in libro
ly verbum / Quinta questio est quid significet
hoc quod dicitur In principio / De quo
dicendum quod secundum Augustinum principium accipitur
multis modis / Cum enim principium
importet ordinem quendam ad alia
In omnibus in quibus invenitur ordo
/ invenitur et principium / Invenitur autem
ordo in quantitatibus / et sic hic dicitur
principium itineris vel longitudinis /
puta linee / Invenitur eciam ordo in
tempore / et sic dicitur principium temporis seu du-
racionis / Invenitur eciam ordo in disci-
plinis / et hic est duplex / scilicet secundum
naturam / et quoad nos / et utroque modo (et cetera)
dicitur principium / Hebreorum v° Cum debetis
esse magistri propter tempus / rursum indigetis
ut doceamini / que sint elementa exor-
dii sermonum dei / Et sic modo secundum
naturam quod in disciplina christiana
/ initium et principium sapiencie nostre / est
christus / in quantum est sapiencia et verbum dei
/ i. secundum divinitatem / Quoad nos vero
principium est ipse christus / in quantum
verbum caro factum est / i. secundum carnem /
Invenitur eciam ordo in productione rei
et tunc hic principium dicitur / vel ex parte generati
scilicet ipsa prima pars generati seu facti
ut fundamentum dicitur principium domus /

Vel ex parte sapientis et sic est complexio intendentis quod est finis moventis agentem. Formis quod est ipsa forma in mente artificis et exemplaris quod est potentia operantis. Et hiis modis inquirendo de principio qualiter hic sumitur. Et Allexander de Halis in prima parte sue summe dicit quod hic nomen principium in divinis accipitur tribus modis. Primo dicitur pater principium filii per generationem. Alio dicitur pater in filio principium spiritus sancti per spirationem. Tercio dicitur principium communiter pater in filio et spiritu sancto unum ipse creature per creationem. Primo modo nomen principii convenit soli patri. Secundo patri et filio. Tercio unicuique persone secundum Augustinum libro iii° contra Maximinum arrianum c. 24. Quod est in principio erat verbum, principium in principio erat filius. Et ipse filius interrogatus a iudeis quis esset respondit: principium qui et loquor vobis. Pater ergo principium non de principio, filius principium de principio, nec spiritum sanctum de utroque procedentem negabo esse principium, sed hec tria simul sicut unum deum, ita unum dico esse principium. Et libro v° de trinitate c. 13: Cum dicimus patrem esse principium, et filium principium, non duo principia creature dicimus, quia et pater et filius simul ad creaturam unum principium est, sicut rei qua gignit, vel qua operatur, non possumus eos negare spiritum sanctum dici principium, quia non eum separamus ab appellatione creatoris. Et hoc alii doctores exprimunt aliis verbis. Sed quod principium in divinis accipitur tribus modis. Scilicet essentialiter et notionaliter sive personaliter. Essentialiter prout dicit respectum ad creaturam. Et sic convenit tribus personis in divinis, quia summa deitas est alpha et o, principium et finis, Apocalypsis primo. Secundo personaliter et sic dicit primo patrem, et sic convenit patri qui est principium totius deitatis secundum Augustinum v° de trinitate. Alio modo appropriate et sic convenit filio, quia ipse est principium humane redemptionis, Johannis viii°: principium qui et loquor vobis. Tercio accipitur temporaliter

pro principio temporis. Genesis primo: In principio deus creavit celum et terram. Et secundum Allexandrum ubi prius hoc nomen principium secundum tres modos dictos non dicitur eque sed analogice. Hic est tamen prius et posterius secundum intellectus rationem. Esse enim principium alicui idem est quod origo ad illud. Origo aut ad aliud, aut erit de substantia, aut non de substantia. Si non de substantia, sic ipsa trinitas dicitur principium creature. Si de substantia aut ergo est origo per modum nature et per generationem. Et hoc modo pater est principium filii, aut per modum voluntatis et spirationem, et hoc modo pater et filius sunt principium spiritus sancti. Tercio notandum quod in ista propositione ponitur hoc verbum erat. Tale cum sit temporis preteriti imperfecti, videtur omnino repugnare eternitati, cum nulla preteritio sit ibi. Sed dicendum secundum quod innuit Augustinus et habetur in glosa quod verbum substantivum aliquando importat tempus secundum analogiam aliorum verborum. Hic autem non dicit tempus, sed per illud temporali modo designat eternitatem. Hoc non videtur satisfacere, quia cum dicit filius generatur vel est genitus non importat ibi tempus. Et tamen melius dicitur semper genitus quam semper generatur. Hinc salvator dicit Johannis viii°: antequam Abraham fieret ego sum. Non dicit eram vel fui. Ergo videtur quod et hic tempus presens debet dici. Respondet quod esse ubi describitur hic ut permanens, ut est immutabile et ut eterna antecedens. Et quia hoc verbum erat hec tria secundum quod hic importat, ideo elegantissime dixit ewangelista erat. Hoc enim sit medium inter presens et preteritum et medium sapit naturam extremorum: a presenti trahit permanentiam, a preterito immutabilitatem, a tempore antecessionem et ordinem eternitatis ad tempus. Ideo recte dicitur erat. Verbum enim temporis preteriti imperfecti maxime videtur competere ad significandum eternitatem. Si attendamus ad modos eorum que temporaliter sunt, nam futurum nondum ponitur esse actu, presens autem ponitur in actu, sed non designat fuisse, preteritum autem perfectum designat aliquid extitisse et iam esse terminatum et desisse.

Sed preteritum imperfectum designat aliquid fuisse et nondum terminatum esse nec desiisse sed adhuc permanere. Et ideo significantius verbum ponit aliquid eternum dicit erat. Ubi vero ponit aliquid temporale dicit fuit ut infra patebit. Sed quantum ad racionem presentis temporis presens maxime competit ad designandum eternitatem quia presens tempus sit aliquid esse in actu quod requirit eternitas. Et ideo dicitur Exodi iii° Ego sum qui sum. Et Augustinus dicit quod ille vere solus est cuius esse non novit preteritum nec futurum. Et Crisostomus dicit quod hic verbum substantivum erat et hic verbum sum a quo descendit. Aliter dicitur de deo, aliter de nobis. De nobis sit tempus, de deo vero eternitatem secundum quod duo sunt, scilicet significacio et consignificatio secundum glosam. Significatio cuius ubi est est esse. Esse autem propriissime est deo. Et hoc per dicta secundum adiacens et ideo deus est ipsum esse subsistens. Exodi iii° qui est misit me ad vos. Consignificatio autem quia est temporis presentis preteritum et futurum. Et quantum ad hoc non ponitur in deo, quia deus non novit temporis variacionem, verumtamen quia eternitatem dei simplicem non possumus exprimere propter eius elongacionem ab intellectu nostro, nisi diversas temporis exprimendo, divinamque enim quod deus fuit est et erit in quo dandum intelligere quod eternitas dei ambit omnem differentiam temporis. Ewangelista tamen magis exprimit eternitatem verbi per tempus preteritum imperfectum propter racionem dictam. Et eciam quia eternitas verbi est eternitas originis. Origo autem filii preterita est, quia semper natus est et semper nascitur, sicut radius a sole semper egressus est et semper egreditur. Preteritum autem imperfectum est aliquid de preteritacione et aliquid de presenti. Quia sit medium inter preteritum et presens. Ita emanacio filii dei preterita fuit ubi dum autem generacio filii dei est quia
ait et eterna, quamvis nomen habeat de preteritacione quia filius semper est natus et aliquid de racione presentis, quia filius semper nascitur, quia illa est completa perfecta et eterna generacio. Tamen nobilius sit poste

dicendum quod ista propositio In principio erat verbum potest exponi quatuor modis. Primo ut principium accipitur secundum propriam personam patris, qui dicitur principium non de principio, non solum omnium creaturarum sed eciam filii. Et accipitur in Psalmo: Tecum principium in die virtutis tue etc. Secundum Augustinum. Et Augustinus istam propositionem In principio erat verbum exponit id est in patre erat filius, quia persona a patre persona indivisus. Iohannis xiiii° Ego in patre et pater meus in me est, quia sicut dicit Iohannis x° Ego et pater unum sumus. Unde Augustinus de fide ad Petrum: propter unitatem essencialem totus pater est in filio et spiritu sancto, totus filius in patre et spiritu sancto, et spiritus sanctus in patre et filio. Et Hilarius contra Constancium: Si Christus patrem in filio et filium in patre esse est perfecta plenitudo divinitatis in utroque. Et Ambrosius super epistolam ad Romanos: Per hoc intelligit patrem esse in filio et filium in patre quia una est eorum essencia. Et hic idem potest in nobis, quia res quam intelligimus et conceptus rei in intellectu nostro differunt in eo quod unum est res vere entitatis existens et aliud intencionale existens. Sed non ita conceptus potest similiter in nullo differunt. Quia unum est res, aliud vero similitudo vel intencio. Si a conceptu tolleretur hoc quod est ens intencionale, tunc iste conceptus non esset alia res nisi illa cuius est conceptus. Cum igitur in deo nichil potest esse intencionale differens quando deus pater formavit conceptum de divina essencia, qui conceptus nichil aliud est quam divina essencia. Et hoc est quod dicitur verbum erat in principio id est in patre manifeste convincitur unitas in essencia cum filio. Et in hoc excluditur error paganorum quo nobis indignatur, quia dicimus tres esse personas in divinis et non tres deos, sicut dicit Augustinus in libro de agone christiano. Sed hic queritur quare posuit nomen principii et non nomen patris vel dei. Et quod notat hoc proposicio In. Secundum hanc exposicionem ad primum dicendum quod pater in racione principii ignotus

erat. Unde Iohannes voluit ostendere
filium esse deum eternum, et eum in substan-
cia eo qui est pater, sed posuisset pa-
trem non suggesset intellectus. Talis non
dei in illis erat ignotum, sed nomen
principii omnibus erat notum ut dicit
Augustinus et ponitur in glosa super aliquo
primo. Et deo dicit in principio, id est in ipso
deo, qui ab omnibus supponitur principium,
erat verbum. Ipse dicitur tanquam in eo,
quod est verbum. Ad secundum dicendum, quod hec propo-
sicio notat identitatem essencie
inter verbum et principium, id est inter patrem et
filium, et personalem distinctionem. Unde
sensus est verbum erat in principio, id est
filius erat unius substancie cum eo, qui dicitur
esse principium, et non ab eo distinctus.
Ubicumque enim est essencia filii, ibi est
filius. Sed in patre est essencia filii,
ergo in patre est filius, et econverso. Unde
dicendum quod in patre et filio est triplex con-
sideracio, scilicet essencie, relacionis et ori-
ginis, et secundum quodlibet istorum filius
est in patre et econverso. Secundum essenciam pater
est in filio, quia eadem est essencia
patris et filii. Pater enim est sua natura
et quantitas sua, essencia non per aliquam
suam communicacionem. Unde oportet quod ubi persona
essencia sit in filio, quod et pater sit
in filio. Similiter non filius sit sua natura,
sequitur quod sit in patre, in quo est eius
essencia. Secundum relacionem etiam mani-
festum est, quod pater est in filio et econverso,
quia unum oppositorum relative est in al-
tero secundum intellectum. Et secundum originem
manifestum est, quod processio verbi intel-
ligibilis non est ad extra, sed ma-
net in dicente. Ideo etiam quod verbo
dicitur in verbo continetur. Et eadem est racio
de spiritu sancto. Sed dices aliquis secundum
philosophum octo sunt modi essendi in.
Sed secundum nullum illorum modorum filius est
in patre. Dicendum quod ea que sunt in creatu-
ris non sufficiunt representare ea
que sunt dei. Et ergo non illorum octo mo-
dorum filius est in patre, sed secundum aliqualem
similitudinem quantum ad racionem unitatis
essencie, cum secundo, quo essencia quis
dicitur esse in principio, quantum vero ad racionem
relative originis, quo modo aliquid est

in alio, sicut in principio originante.
Unde quod deest unitas essencie et rela-
cionis, inter primum et id quod est a primo,
est sicut dicitur contraria unum continetur in
altero, quorum est in continente, est etiam
in contento et econverso. Sed sicut pater est in filio,
et paternitas est in patre, ergo paternitas
erit in filio, quod est inconveniens.
Dicendum quod ibi equivocatur. In, nam paterni-
tas est in patre sicut proprietas in eo cuius
est proprietas, sed non sic filius est in patre
vel econverso, ut dictum est. Item dicit nichil
quod exiit ab alio est in eo, sed fi-
lius ab eterno exiit a patre secundum illud
Michee v. Egressus eius a principio
sicut a diebus eternitatis. Dicendum quod exitus
filii a patre est secundum modum processionis
interioris, sicut verbum exit a corde et
manet in eo. Unde exitus in divinis est
solum secundum distinctionem relacionum, non secundum
aliquam distanciam essencialem. Et sic
Secundo ista propositio potest exponi, de principio
secundo capto prout personat, appropriatur
filio, id est per principium de principio. Est enim
filius de principio patre et est principium
creaturarum. Et secundum racionem virtutis active
et per modum sapiencie, que est racio eorum que fiunt.
Unde dicitur i Corinthiorum i Predicamus Christum dei
virtutem et dei sapienciam, de qua in psalmo
Omnia in sapiencia fecisti. Christus enim est virtus
patris, et est sapiencia patris, et est verbum
patris, per quam tanquam manum et ver-
bum pater omnia fecit. Unde opera manuum
tuarum sunt celi, et verbo domini celi fir-
mati sunt. Et quod ergo verbo dicitur formam
et quod manu dicitur verbo fecit, inquit
Augustinus super psalmo xix. Sic ergo accipi-
endo principium cum dicitur In principio
erat verbum, id est est dicere in filio
erat verbum, ut sit sensus ipsum verbum est
principium, eo modo, loquendo quo vita
dicitur esse in deo, que tamen non est aliud
quam ipse deus, et sic exponit Origenes.
Verbum erat in principio, id est verbum erat prin-
cipium. Quod autem ille sit sensus patet
per Crisostomum dicentem quod Iohannes volens
in principio suam evangelii, quod est Christi
dignitatem, statim asseruit eum esse
principium, quia secundum estimacionem omnium ho-
noratissimum est principium. Non sensus est

In principio erat verbum .i. in persona tan-
quam personaliter subsistens / non actu-
aliter inherens / vel tamen inexistens /
sicut pars in toto / quia in divinis non est
pars vel totum / quia ibi omnia sunt unum /
ubi non obviat relacionis oppositio /
secundum augustinum / Tercio potest ista proposicio
exponi de principio temporali seu demo
duracionis / ut sit sensus In principio
erat verbum .i. verbum erat ante omnia / ut
exponit Augustinus / Et sic designat
eternitatem / ubi secundum basilium et hilarium /
sic enim quod dicit In principio erat verbum /
ostendit quod quodcumque principium du-
racionis assumpserit / sive temporis rerum
corporalium / sive seculi rerum creaturarum /
sive etatis tocius mundi / sive qualemcumque
ymaginatum principium duracionis /
in isto principio iam erat verbum / unde
dicit hilarius in 2° de trinitate / transeunt
tempora / transcenduntur et secula / tolluntur
etates / pone aliquid quod volueris
sive opinionis principium / verbum iam erat
de quo tractatur / Et hoc est quod dicitur
proverbiorum viij° dominus possedit me
in inicio viarum suarum / antequam quid-
quam faceret a principio / Quod autem
est ante duracionis principium est eternum /
et sic exponit Nicolaus de lyra /
In principio .i. in eternitate erat verbum /
eternitas autem rerum eternarum / Unde dicitur
sic esse .i. interminatum .i. esse sine termino /
hoc est sine principio et fine / Et sic potest
eternitas dupliciter considerari / uno modo secundum
se / et sic non differt eternitas eius a esse
interminato a filio / vel respectu nostri
intellectus / qui concipit eternam sub qua-
dam mensura / ut sunt in malis et in augustinum
Tamen non potest intellectus noster intelligere
illam interminacionem / nisi per modum mensure
durantis et mensurantis esse filij /
Et hoc modo amplectimur eternitatem
et modum concipiendi secundum racionem / Et hec
convenientia et differentiam notat / hic propositio In
et sic patet quod ibi est identitas quo
ad rem / et diversitas quo ad racionem /
Sed non tamen hec exposicio / idem potest
in eternitate / et in principio / Quare
evangelista non dixit In eternitate erat
verbum / Dicitur enim expressius eliderentur errores
nestorij et sequacium / dicencium filium ha-
buisse inicium / videtur quod magis expresse
sic confunderet hereticos / dico in principio
[column break]
elicitur enim de arrianis / dicentibus filium
cepisse ex tempore / et non esse ab eterno
tamen dicebant eum esse principium omnis
creature / ut dicit Crisostomus / Alij autem dice-
bant ipsum fuisse ab eterno / non tamen
eum esse principium omnis / sed solum patrem /
Ideo non poterat hic duplex error
elidi / nisi dixisset In principio erat verbum
ponamus ~~enim~~ enim / in ipsius / quod pater
aliquo spacio precesserit filium / illud
spacium fuit ante filium / ergo filius non
fuit a principio / nec fuit principium omnium
quia ante non est / nulla rei principium
est / Quod aperte destruxit iohannes
dicens In principio erat verbum / quod non
fecisset tam expresse / si dixisset In
eternitate erat verbum / quia possent heretici
dicere / licet filius incepisset esse
post patrem / tamen aliquis fuisset in eterni-
tate secundum racionem / quia eternitas con-
ceditur ut duracio quedam ipsius
esse sine termino / Et similiter hec racio a
Crisostomo in quarta omelia super hunc
librum ubi dicit / dic mihi heretice
nonne filius per eum facta sunt et spacium
eterna / necesse est eum confiteri quod
non insanit / Quare nichil est medium
filij et patris / quia nichil est medium / non
posterior / sed coeternus est filius /
Sed obicit hereticus / Si principium dicit
hic eternitatem / ergo cum dicitur In prin-
cipio creavit deus celum et terram /
celum primum dicit eternitatem / Sed hoc est
falsum / ergo nec hic / Videtur quod omnis
mensura sive temporis / sive evi / sive eternitatis
non habet nisi interminacionem vel per-
manenciam vel successionem / nisi ab ipsa
mensuratis / unde omnis mensura sequitur
proprietates mensurati / unde cum dicitur
In principio erat verbum / statim adiungi-
tur / Et deus erat verbum / quod sic re-
stringit principium ad eternitatem / quia
ut dicit Crisostomus maxime proprium est deo
esse eternum / et sine successione / Cum vero
dicitur In principio creavit deus celum
et terram / restringitur ad standum pro inicio
temporali / Unde glosa / Confundit eos qui per
temporalem xpi nativitatem dicebat xpm
non semper fuisse / incepit evangelista
de eternitate ubi dicens In principio
prius omni tempore erat verbum / ex quo temporis

7 om̄ia alia p ipm̄ sut fca/ Tercio
mo sic pt expom̄ / pn̄m eni duo
dr / scz an̄ quod nichil 7 ex quo uel
p q quod aliud ul' alius / pt' pn̄m
dr eternitatem q̄ principio caret ex
pte an̄ / 7 ex pte post / pt' scdm dr
fontalem plenitudinē / ex qua est
quicq̄ est ab alio / Et scdm hc sequis
est In principio erat vm̄ .i. vm̄ erat
idem cu pr̄e principium / q̄ue conprehendi
ipm̄ scdm / itaq sn̄ q pz inptom
ppōnis sit identitas pctatis. in
qua conmitat pr 7 filius / Et scdm hac
expom̄ eliditur error grecorum / qui
timet dicē / q vm̄ sit idem principium
spūs sti. cu patre / pt' quez spiratō
di pctatem / p pma igit expom̄.
assigr vbi qsbalitas / p scdam cau
salitas / p tcia coeternitas / p qrtam
idemptitatis pctabl / in qua conmi
tat pater et filius / Circa quod
queritur Quare Johes sic incepit
ewangelium In principio erat vm̄ .
Adm q Johes sic incepit vt ondet.
qncia. vetis 7 noui testamti / qm̄
sunt ab eod autore / cu ch̄ heretici
principium, In quo qfutat manicheos
qui dicebat. vetus testamtu esse
a malo deo .x. diabolo / nouum vero
testamtu a bono deo / Tr̄is queritur
quare Johes nō fecit mencom̄ de
pr̄e in pma ppon / cu quidam hcre
tici ipm̄ errauerit / dicetes filium nō
esse coeternum pri / nec qsubalem / q̄re
vr q Johes in pma ppon sua
statim occurrē debuisset / Rndet q
omnis error eorum erat. de verbo /
ponētes ipm̄ nō esse deū / Et ideo
Johes p id quod maxime pprium
est dei / pbat ipm̄ esse deum / qr
est scdm Aug. etnu esse / 7 in principio
esse / 7 sic commbliter satisfactum
est vtriq heresi / qua ois ponēt
vm̄ esse deū / cu pprium est esse etnu
7 in principio / ergo q vm̄ est
etnu. 7 in principio / ondit q ipe
est deus idem patri et eternus
Tr̄is quitur quare Johes incepit ab
etna gnacione / alii vo ewangeliste
a tpali / Adm q creatura rōnalis
tendeat in duobus a deo / scz in
hiis que sunt fidei. que magis re-
mota sunt a creatura rōnali / quam
illa que sut morū / qua hc quo
damō sut a natura / illa vō omno
sup naturam / et vicinq est egroto
bonū morū / quam bonū fidei / Et
ideo pōr fuit reductio creature rōna
lis ad deū, p mores / qua p fidem /
Ideo et alii ewangeliste. pus scripserut
tpalia gesta xpi / que mores nros
informat sufficiter / et reduxerit nos
ad statum pximū / et ideo ordinario
in hiis que sut fidei / relinquebat
ulterius scribenda, Johi / Aug. aliter soluit
dicens / de reliquis ewangelistis / in hiis
q̄ scdm carnē sut morantibus scrmo
nibus / timor erat ne quida fre
sterēs terrenis / in hiis remanerent
solis dogmatibus / Et ergo frestri
zelo Johes reducens eos qui capu
ti erant / et ad celum tranfies detecte /
de sup / et ab externa etna sacit pn
cipium sue narracionis / Tr̄is queritur
cu Johes loquat con hereticos / et
contra ipos scripserit, scdm istud librum,
quare nō procedit pbando 7 silo
gisando / vt nemo qvinceret ipos / Tr̄is
Quare nō facit mencom̄ in pn̄o
de spū sto / sicut de patre et filio
Rndet ad pm̄ scdm Aug. q Johes
scripsit p modū autoris / vt eis subi
cederent heretici / qua ois heretici
credebat xpo / et aplis missis ab
eo / Ideo non fuit autoris nulli
mentiri / vt ex ipa sua auctē. 7
matic veritate / de qua loquit, co
buit in dictis heret / ideo nō debuit
Johes scribere, pbando 7 silogisado
sicut phi / quorum vnusquisq time
bat vtrius alius sic sequntis / Et co
nūc fuit eis qfugere ad arma
vborum / que consistunt in silogismis
7 racionibus / Ad 2m dicendum
q Johes agit, in hc libro de redu
ccione creature rōnalis / ad patrem
7 de reducente ipam, 7 de dispōni
bus p quas, fit reductio / Et ideo,
nūc fuit facē. mencom̄ de pr̄e, ad
que fit reductio / et de filio p que
fit reductio / nō aut de spū sancto,
qr oibus dispōs / aut inmittit ex
pte illa ad quem fit reductio /

aut ex parte illius per quem fit reductio
aut ex parte rei que reducitur. Ex hac
ergo ratione sic exposita constat esse veri
ssime generationem filii dei a patre esse
eternam. Sicut enim in deo qui ab omnibus
supponitur principium sit prime et per se unum
verbum autem de sua ratione dicat quid pro-
cedens ab eo, tamen est unum sicut conceptum
a concipiente. Et tamen unum et filius sint
eius per omnem modum, sequitur quod ibi
sit generatio filii a patre, tamen ibi sit pro
cessus verbi a dicente. Unde Richardus
de sancto victore in libro de trinitate.
In natura increata legimus quod de increata
pensare debemus, videlicet quod hec
quod ipsius nature operationum subsisten
eterna produxit, et eterna de eterna
processit. Numquid in illa supersubstantiali excellenti
natura operatio nature nulla erit? Numquid
illa natura que habuit nature fructum fecun
ditatis donavit, ipsa vero sterilis
permanebit? Et qui aliis generationem
tribuit, numquid sterilis erit? Sicut dicitur
ysaie ultimo: Numquid ego qui alios pa
rere facio ipse non pariam? Si ego
qui generationem ceteris tribuo, sterilis
ero, dicit dominus. Et loquitur ibi de genera
tione eterna ut dicit gloza. Bonum enim
natura et essentia est sui diffusivum.
Unde hec est laus boni scilicet se diffu
ndere. Propter quod si ponerentur duo
bona in omnibus equalia, preterquam
in hoc quod unum suam bonitatem diffun
deret, aliud autem non, constat quod illud
bonum quod se diffunderet, multo esset
magis laudabile et melius alio
bono quod se non diffunderet. Com
pleta ergo ratio boni includit in se
diffusionem. Ergo ubi est summum bonum
ibi est summa diffusio. Summa autem
diffusio est qua maior excogitari
non potest. Maior autem diffusio cogita
ri non potest quam illa que est secundum substantiam
et maxime secundum totam. Ergo summum
bonum necessario se diffundit secundum substantiam
totam, et in ipso naturaliter intelligitur hec
diffusio. Sed nichil aliud est ista
generatio nisi verbi diffusio substan
tie ab eo ut producat simile in natura
ergo in summo intelligitur hec verbi summe
et ab eterno. Tamen illud bonum summum
sit et eternum. Sed ubi est hec virtus
est generatio. Ergo generatio filii dei a patre
est eterna. Si vero dicerent quod hec ratio
non concludit, quia in bono non intelligitur
diffusio nisi ex quantitate et non nature vel
essentie. Contra hoc arguitur quod de perfectione
boni et nobilitate est quantitate scilicet ipso
Unde hec est laus boni. Quicquid
autem est nobilitatis et perfectionis boni
attribuitur summe bono. Ergo necessario in
summe bono est in ipsius quantitatis
et tamen ipsum sit summum. Ergo sua quantitas
magna autem quantitas est quantitate sua
vel suam qualitatem vel suum actum
maior autem quantitas est quantitate
suam substantiam. Ergo maxima et summa
quantitas est quantitate tota sua substantiam
ergo hec quantitas necessario est in summo bono
secundum quantitatem suam substantiam ut simile pro
ducatur in natura. Nichil aliud est quam
generare. Ergo necessario in summo bono in
telligitur generatio. Ergo generatio est eterna
quia quicquid in eo intelligitur est eternum.
Item deus est lux inaccessibilis et
incorporea. Sed omni luci naturale est
et essentiale de se coeternum splen
dorem gignere. Ergo in summa luce
necessario intelligitur lux generans et splen
dor genitus. Unde Richardus in libro
de trinitate: Certe radius solis de
sole procedit et cum sole coepit
existere. Ex quo enim fuit, de se radium
produxit, et sine radio nullo tempore
fuit. Si ergo lux ista corporalis habet
radium sibi coeternum, cur non habeat
illa lux spiritualis et inaccessibilis?
Item damascenus in libro primo c. 7 dicit
non fuit unquam deus inverbalis
i. sine verbo. Propter enim habet proprium verbum
ex seipso genitum. Impossibile est ergo
quod deus non generet secundum [illegible]. Sed
dicitur tamen quod unum sit a patre genitum quod
potest esse coeternum. Homo enim filius
ab homine patre genitus est eo pa
terior. Quidam principium originis
invenitur esse prius duratione eo quod
est ex principio, propter tria. Primo quia
principium originis alicuius rei precedit
tempore actionem per quam producit rem cuius
est principium. Sicut non statim ut est
homo incipit generare. Et ideo

tempore precedit scriptura / Secundo propter hoc
quod actio successionem habet / Et ideo da
to quod celum semper incipiat motum agente
cum tamen actionis est per quod agentem
Sicut enim semper generatus est ignis in istis
inferioribus / incipit sursum tendere
prius tamen est ignis quam sit sursum / quia
motus quo sursum tendit / quodam
tempore mensuratur / Tertio ex eo quod ex
voluntate principii / debetur initium
durationis / quod est ex principio
sicut ex voluntate dei determinatur
initium durationis creature / unde
prius fuit deus quam creatura / In
nichil autem horum trium / invenitur in
generatione ubi divina / non enim deus prius
fuit quam inciperet generare / filium
seu verbum / Illa enim generatio ubi nichil
aliud sit quam intelligibilis conceptio /
Sequitur quod deus prius esset in potentia
quam in actu / quod est impossibile / Sic
non potest esse / quod ipsa generatio ubi sit suc-
cessiva / sit enim dividua verbum prius esse
informante quam informatum /
sicut accidit in nobis / quod cogitacio
formamus quod est successiva / ut predicto
est / Similiter etiam non potest dici / quod pater
sua voluntate initium durationis
suo filio prestiterit / quia deus pater
non generat filium voluntate ut Arri-
anus dixerunt / sed natura / Deus enim pre
natur seipsum intelligendo / verbum concipit /
Et ideo non ante / fuit deus pater
quam filius / Sicut etiam ignis fuit ignis
quam lucem / a qua procedit splendor
non successive sed subito / non volunte
sed naturaliter / Et ideo quanto est
ignis / tamcito est splendor / unde
si esset ignis eternus / splendor esset
coeternus / Propter quod dicitur splendor
patris / Hebreo primo / Sed in hac
similitudine deficit equalitas / Et co
nomina eius filium / sed in filiis in filiis
qui sunt apud nos / deficit coeternitas
oportet enim ex multis similitudini
bus in divina cognitionem pervenire
quia una non sufficit / Et hoc est quod
dicitur in libro Ephesini concilii
Coexistere ergo patri filium / splendor
tibi denunciet / Impassibilitatem na-

tivitatis ostendat verbum / conformitatem vero
filii nomen insinuet / Nomina ergo filium
diversis nominibus / ad exprimendum diversas
perfectiones eius / quam uno nomine expri-
mi non potest / ut enim ostendatur qualis patri
dicitur filius / ut ostendatur omnino similis
dicitur ymago / ut ostendatur coeternus
dicitur splendor / ut ostendatur immaterialiter
genitus dicitur verbum / Cum igitur arguit
hereticus Sic / verbum procedit a dicente
sicut filius a patre / et filius est posterior
patre / ergo verbum non erat in principio apud
deum / Sic in dictis quod comparatur ad dicente
sicut splendor ad lucem / tunc opponit
aliud hereticus / Sic / lux (?) prior sit
et nobilior splendore / qui procedit
ab ea / ergo et pater verbo / dicendum quod
accepto similitudinibus receptio dei in
nulla creatura plene recipitur / quia
omnis creatura plus est dissimilis quam
similis suo creatori / Et ideo erraverunt
heretici qui voluerunt omnino applicare
sed in pluribus est accipere / verbum
enim ut principium est comparatur ad dicente
propter impassibilitatem et immutabilitatem
sicut filius ad patrem propter similitudinem
in natura et perfectionem equalem / comparatur
ut splendor ad lucem / propter coeternitatem
Et ideo in omnibus illis argumentis est
fallacia consequentis etc /

Et verbum erat apud deum /
Hec est secunda propositio principalis / per qua osten-
ditur ita qualiter deus (?) / filius a patre
Quam heresiam / per confirmat predicti
clausula verbum per quod cognoscibilis est
deus / est eternum et sine principio /
et principium omnium quod totum dicitur de
verbo per primam propositionem / que est In principio
erat verbum / ubi notatur identitas
substantie / nunc principium et verbum / inter
patrem et filium / Et ne quis crederet
quod ita esset identitas / quod nulla
esset distinctio / ut dixit Sabellius
ideo / adiunxit / Et verbum erat apud
deum / vel per confirmat In predicti
clausula describitur evangelista
dicentis et verbi / id est patris / et filii
in divinis unitatem essentialem / In ista
secunda clausula describit eorum aliteritatem
personalem / Et quia in prima proposi-

dixerat. In principio erat verbum. nec credere
quis possem dixisse de verbo prolato,
quod transit, et non manet, nec est ipsum
aliquid, sed tantum ab aliquo. ideo adiun-
xit. Et verbum erat apud deum. Secundum vero
grammaticos hoc apud importat generalem ra-
tionem prepositionis, que est transitio. notat
distinctionem. nemo enim proprie est apud se
ipsum. Ideo cogit principium causale suppo-
nere pro persona alia a verbo. verbum autem
in ratione verbi sonat ut ab alio. Et
ita hec prepositio apud. dat similitudinem
principii causalis ad procedens. et sic ne-
cessario cogit principium causale supponere
pro persona patris. Ex quo sequitur est verbum
verbum quia filius est a patre. et non ergo.
Et inde est quod prepositio non potest converti
ut dicatur. deus erat apud verbum.
Et hic innuit intellectus de deo. verbum erat
apud deum ut alia persona apud aliam.
Exponit per literam. Et verbum id est filius id est
divinus. erat apud deum id est patrem
ut alia persona apud aliam. vel
verbum scilicet non prolatum, sed quod ipsum manens
in substantia. erat apud deum scilicet patrem
ut alia persona apud aliam. Ex quo
patet quod in una essentia divina
ponenda est pluralitas personarum.
Secundo sequitur quod quamvis filius sit idem
in substantia cum patre. tamen distinguitur
ab eo personaliter. Et hic notat hec
prepositio apud cum suo casuali. preterea
hoc apud notat permanentiam. commo-
ratio, et transitio notat etiam unitatem
seu paritatem. non superioritatem et
inferioritatem. Et ita per istam prepositionem
notatur equalitas verbi cum patre.
et coeternitas per manens. erat. nam
sonat essentiam vt actum. propter naturam
verbi. cuius proprium est sonare. vt agere.
Et ideo per istam prepositionem etiam notatur
quod filius est essentia a parente quod
pater sit principium filii. vt sit sensus
verbum erat in principio apud deum
id est coeternum et coequale patri, et genitum
ab eo. Sic igitur per hanc prepositionem eliditur
error Arrii, et Sabellii. quorum prior
negabat verbi cum patre coequalitatem.
Alter negabat verbi a patre aliectem

seu distinctionem. notandum quod cum primo dixis-
set. verbum erat in principio scilicet in patre
nunc nomen principii mutat in nomen
dei. dicens. verbum erat apud deum. quod
ideo fecit. ut declararet quid intelliget
nomine principii. Deinde notandum quod hic non deus
supponit hic pro persona patris. et
in hac clausula implicantur omnes
tres persone. pater in hoc nomine deus,
filius in nomine verbi. spiritus sanctus in ista
prepositione apud. que quamvis importet
distinctionem. et auctem quandam, scilicet princi-
palitate originis. scilicet aliquem qui
de nullo nec ab alio. tamen etiam in hoc
sonat quandam socialem communionem
que est patris ad filium. et econtra adinv-
icem mutuo. qui eos connectit. et est spiritus
sanctus. ut dicit Augustinus. Secundo queritur
utrum hec sit propria. deus erat. verbum erat
apud deum. Et videtur quod non. quia
ut statim infra dicitur, in ratione persone
deus erat verbum. Si igitur verbum erat a-
pud deum, videtur quod sit apud seipsum.
Item si fortes est homo. verbi gratia in proprie
dicitur quod fortes sit apud hominem.
Sed videtur quod hec prepositio est propria. verbum erat
apud deum. pro cuius declaratione et ar-
gumenti solutione. ponuntur tres veritates.
Prima veritas est quod ista sunt concretum
et abstractum. sicut ista sunt homo
et humanitas. ratio quia quodlibet nomen
sonat formam importatam, per illud nomen
sive aqua imponitur nomen ut homo
sit humanitatem. et album sit albe-
dinem. Ex quo sequitur quod idem sonet
deus et deitas. Secunda veritas est.
quamvis concretum et abstractum idem sonent
non tamen eodem. quia abstractum ex suo
modo significandi abstrahit a supposito. et
absolute sit forma. Concretum autem
ex suo modo significandi dat intelligere suppo-
situm verbi gratia. humanitas et homo. significant
eandem rem. quia humanitatem. sed
humanitas sonat humanitatem absolute
per modum abstractionis. a supposito
illud vero ex suo modo significandi dat intelligere
suppositum. Sic deitas absolute et ab-
stracte sit deitatem. deus vero sonat dei-
tatem, sed in supposito et concreto. quia
dat intelligere suppositum. Tercia veritas

que requirit extra / propter diuinum mo
dum sinificandi / concretum potest supponere
pro persona / quod non potest abstractum /
/ et ideo hec propositio est vera homo trinitas
/ quia homo dat intelligere suppositum /
cui competit tres persone / hec autem propositio est
impossibilis / humanitas trinitas / quia humanitas
abstrahit a supposito / ex quibus sequitur
quod hoc nomen deus ex suo modo sinificandi /
potest stare pro persona diuina quamuis /
/ quod non potest facere hoc nomen deitas
/ sed pro natura tantum / et ideo quotiens
cumque veritas locutionis / ipsum supponere
exigit / ut hoc nomen deus supponat
pro persona / tunc supponit pro persona / ut
cum dico / deus generat deum / id est pater
generat filium / et ita cum dicitur / apud
deum / quia hec apud est propositio
sinificans distinctionem ipsius verbi / quod
tamen non est distinguendum a natura /
patris apud quem est / sed a persona
patris tantum per rationem originis / oportet quod
hic deus supponat pro persona patris
/ hec enim propositio apud / importat
distinctionem personalem inter verbum quod
est in subiecto / et deum quod est in
predicato / hoc autem esse non potest / nisi deus
aperte positi supponat pro patre /
vt patet sequentibus / verbum erat apud deum
qui est pater / Et patet ad argumentum
primum per predicta / quod non sequitur / quod verbum erat
apud seipsum / sed ex hoc suppositione positi
/ sequitur / quod verbum erat apud personam /
patris / Ad secundum oportet videre / dicendum
quod si homo supponeret pro sortitate
hec esset falsa / sortes est apud
hominem scilicet qui est sortes / Sciendum
quoque quod hec propositio apud / dicit
quietationem rei sinificate per rectum ad rem
sinificatam per obliquum / sicut et hec propositio
in / sed differenter / quia hec propositio in / im
portat quietationem intrinsecam / hec vero
propositio apud / dicit quietationem quodammodo
extrinsecam / Et ideo vtraque dicimus
in diuinis / scilicet filium esse in patre / et
apud patrem / et intrinsecum quidem
in diuinis / ad consubstancialitatem pertinet /
Extrinsecum vero ut sic liceat loqui
tamen in diuinis non hoc dicatur extrinsecum /
/ non nisi ad distinctionem personalem

refertur / tamen filius a patre / non nisi personaliter
distinguatur / et ideo per vtrumque istorum
consubstancialitas in natura et distinctio in perso
nis designatur / Et quia hec propositio in / ut
dictum est / potius consubstancialitatem designat /
/ ex quo quietationem intrinsecam importat /
/ potius videtur dicere vnitatem substancialem
/ et ex consequenti distinctionem personalem in
quantum omnis propositio est transitiua /
/ Et ideo in prima propositione scilicet / in principio
erat verbum / hoc importatur vnitas
essencie / hec autem propositio apud / con
substancialitatem designat / in quantum quietationem /
aliquam importat / sed distinctionem
personalem potius / in quantum quietationem quo
dammodo extrinsecam importat / et ideo
euangelista specialiter in hoc loco / hac
propositione apud / vsus est / ut personalem
distinctionem filii a patre insinuet / cum
dicit / verbum erat apud deum / id est filius
apud patrem / ut alia persona aput
aliam / Sciendum tamen / quod pro hiis propositionibus
apud / inter sinificatis / per quam quatuor
obiectiones contrarie sinificat excluduntur /
Sinificat enim hec propositio apud / subsisten
ciam in recto / non enim hoc dicitur albe
do est apud corpus / cum non sit al
bedo subsistens / Secundo / cum ipso sit ab
subsistens / hoc potest dici / quod homo est apud
hominem / Secundo / hec apud sinificat auctem in
obliquo / non enim hoc dicitur / Rex est apud
militem / sed miles est apud regem /
Tercio / sinificat distinctionem / non enim hoc
dicitur / quod aliquis est apud seipsum /
sed vnus homo est apud alium / Et
quarto / sinificat quietationem et societatem
quandam / cum enim dico talis est apud
talem / quandam socialem quietationem
inter eos insinuo / Sciendum autem hac
condicionis / in ista hac propositionis apud
importatas / congruenter euangelista / hanc
clausulam / scilicet verbum erat apud deum /
subiungit prime clausule / scilicet in principio
erat verbum / Prima vero istarum sic exponitur /
illis propositionis / In principio erat verbum /
id est qua principium ponitur pro filio /
/ ad qualem aliam duarum expositionum /
scilicet ad illam id est qua principium ponitur
pro patre / et ad illam / qua principium
dicitur idem . quod ante omnia /

Simplex est absque hiis obiectio / et sic sunt
quatuor obiectiones / quas possumus exclu
dere per minores conditiones / aliquis proponens a-
pud / propter positas / ita quod prima clau
sula ostendat / quod non erat verbum quia in principio
Secunda autem clausula ostendat ubi erat
verbum / quia apud deum patrem / posset
enim aliquis dicere Iohannes dicens quod verbum
erat in principio .i. ante omnia / iuxta
illud exponentem / sed ante omnia nichil
erat / ubi ergo verbum erat si ante omnia
erat / Secunda autem obiectio procedit secundum
ymaginationem illorum qui ponunt
omnia que sunt / alicubi et in loco esse /
Tunc quam obiectionem excludit Iohannes cum
dicit verbum erat apud deum / ut habetur
apud Bernhardum quintam / secundum ulteriorem
dictatam conditionem / ut sic sensus secundum
Basilium / verbum erat apud deum /
non in loco / sicut corpora / nec tale verbum
sicut in mente sepultum / sed apud patrem
qui est nec loco nec aliqua circum-
scriptione continetur / sed erat apud patrem
sicut verbum est apud dicentem / Secunda
questio ad idem est talis Iohannes dicens
quod verbum erat in principio .i. ante omnia
Sed ea que sunt ante omnia / videntur
non ex aliquo procedere / ergo hoc verbum
non est procedens ab alio / Sed hanc
obiectionem excludit / a Iohanne / cum dicit /
verbum erat apud deum / ut habetur apud /
amplius secundum secundam conditionem / secundum
quam importat / auctorem ut sic sensus
secundum Hylarium / a quo est verbum quod est
ante omnia / Videt evangelista / ubi
erat apud deum / scilicet patrem / qui licet
careat initio durationis / non tamen
caret auctore / Erat enim apud deum /
ut apud auctorem / dicit enim Hylarius
verbum in principio est apud deum / et quod ab
est a tempore / non abest ab auctore /
Tercia questio est ad aliud exponentiorum
secundum quam principium accipit pro patre
que talis est Iohannes dicens in principio
erat verbum .i. filius in patre / sed quod est
in aliquo / videtur non subsistens / si-
cut albedo / que est in corpore / non sub
sistit / non ergo verbum est ut subsistens
neque ypostasis / Sed hanc obiectionem sol
vitur per hoc quod dicit verbum erat apud
deum / ut habetur apud primam secundum

~~[illegible]~~ primam conditionem / secundum quam im
portat subsistentiam inrectam / et sic sensus
Crisostomus est sensus / In principio erat / non ut
accidens / sed erat apud deum ut subsi-
stens / et ypostasis / dicit enim Alchuinus
quod contra eos qui post temporalem Christi na
tivitatem / dicebant Christum non semper
fuisse / Iohannes incipit de eternitate
verbi dei / In principio erat verbum / et verbum
erat apud deum / Et Crisostomus anima
maxime dei hoc est proprium / scilicet enim
et in principio esse / et post ipsum positus /
deinde ne quis audiens In principio
erat verbum / ingenitum verbum dicat / con-
festim hoc commonuit dicens et verbum erat
apud deum / Quarta questio ad idem
sic est talis Iohannes dicens quod verbum erat
apud deum in principio .i. in patre /
quod autem est in aliquo / non est di
stinctum ab eo / ergo filius non est di
stinctus a patre / Sed hanc obiectionem
excludit / per hoc quod dicit / et verbum
erat apud deum / ut habetur apud pri-
mam secundum quartam conditionem / secundum quam
sonat distinctionem ut sic sensus secundum
Bedam et Alchuinum verbum erat apud deum
scilicet patrem per distinctionem personalem
Sic ergo per hoc clausulam / et verbum erat
apud deum / Secunda quinta verbi
ad patrem in natura / secundum Basilium
distinctionem in persona secundum Bedam
et Alchuinum / subsistentiam verbi in na
tura / secundum Crisostomum / et auctorem patris
ad verbum secundum Hylarium / Nota etiam
secundum Augustinum per hoc quod evangelista dicit
verbum erat apud deum / ostendit filium
se fuisse apud patrem / In veteri
enim testamento dicitur / factum est verbum
domini ad Ieremiam / vel ad aliquem alium
ut legitur in multis sacre scripture locis /
non autem dicitur / verbum factum est apud
patrem / nec dicitur verbum erat apud
Ieremiam / vel alium prophetam / quia ad
illos fit verbum qui incipiunt habere
verbum / postquam non habuerunt / Sed ad deum
patrem dicitur verbum erat / apud deum
quia numquam pater erat / verbum erat apud
patrem / Non Crisostomus utile est inducere
quod verbum dicitur ad aliquos fieri / puta
ab opere / ad ysaiam / aut ad Ieremiam

Addo cum vero non, quia prius non erat apud ipsum. Ex eo ergo quod iungitur cum in eo, dicitur et verbum erat apud deum, quia ut in principio a patre separatum est. Ex quibus patet quod per primam propositionem seu clausulam huius ewangelii, qua dicitur In principio erat verbum et verbum erat in patre per consubstancialitatem, excluditur error illorum qui posuerunt Christum puram creaturam et ducentem ortum a patre in diebus. Ut enim dictum est, ideo verbum est in patre quia est eiusdem essencie cum eo. Per secundam autem propositionem seu clausulam, qua dicitur Et verbum erat apud deum scilicet patrem, excluditur error Sabellii, de qua theophilus dicit videtur michi quod Sabellius ex hoc dicto subversus est. Ipse enim dicebat quod pater et filius et spiritus sanctus est una persona, que aliquando ut pater apparuit, aliquando ut filius, aliquando ut spiritus sanctus, quam manifeste non confunditur ex hoc verbo: et verbum erat apud deum. Hic enim ewangelista declarat alium esse filium, aliud deum scilicet patrem. Et Crisostomus: non dixit ewangelista in deo erat sed apud deum erat, eam que secundum ypostasim est eternitatem nobis ostendens. Et ideo secundum Richardum in libro de trinitate confidenter fatemur personas in deitate secundum substanciam unitas, et substancia[ru]m unitate, et plures ibi personas et non plures substancias esse, quia ibi sunt plures existentes unum et idem existentes ex dicti proprietate. Unitas itaque ibi est iuxta modum essendi, unitas essencie, quia unum in divinis esse, plures persone, quia plures existere. Verbigracia: verbi causa persona patris, dico autem divinum esse non ab alio, et quo alius est idem esse per generacionem. Aliqua vero per processionem. Cum dico filius, dico autem idem esse divinum ab alio per generacionem et a quo alius per processionem. Cum dico persona spiritus sancti, dico autem idem esse divinum ab aliis scilicet patre et filio per processionem. Est ergo idem esse patris et filii et spiritus sancti scilicet esse divinum. Differentes tamen et incommunicabiles eorum

proprietates. Ergo nichil aliud est esse persone quam esse talis nature ex incommunicabili proprietate. Unde necesse ponere quod persona patris est persona, et filius est persona, et spiritus sanctus est persona, et quia est ibi esse divinum ex tribus proprietatibus incommunicabilibus, necesse oportet ibi esse tres personas. Sic ergo patet quod in divino esse est pluralitas personarum secundum veritatem. Sicut hic ergo dicendum quod licet persona substantiam dicat et secundum substantiam dicatur, non tamen unitas substancie ponit unitatem persone, nec pluralitas persone pluralitatem substancie. Sic enim pluralitas substancie non tollit unitatem persone, ita nec pluralitas persone tollit unitatem substancie. Unde Richardus: Cum dicuntur tres persone, intelliguntur tres aliqui, quorum unusquisque sit substantialis nature, sed utrum sint plures substancie, an omnes una eademque substancia, nichil interest ad veritatem proprietatem persone. Sicut enim esse substancialiter aliud et aliud non tollit utrobique unitatem persone, sic esse personaliter aliud et aliud unitatem non frangit ubique unitatem substancie. Ex [?] in homine nec substanciarum pluralitas concludit ibi unitatem persone, nec pluralitas personarum et hic dissolvit unitatem substancie, et ideo si crederetur quod sit istud intelligi quod in unitate essencie sit pluralitas personalis, respondet Richardus dicens: Explica michi obsecro quo personalis unitas sit in tanta substanciarum dissimilitudine et diversitate sicut in persona hominis, et ego dicam tibi quo substancie unitas sit in tanta personarum dissimilitudine et equalitate. Sic experiencia docet aliquid esse supra intelligenciam tuam in humana natura, nonne convenit te docuisse debet aliquid esse supra intelligenciam tuam in divina natura. Quasi vellet dicere quod sicut in humana creatura unitas personalis compatitur diversitatem substanciarum, sic in divina natura unitas essencialis diversitatem et numerum personarum. Et iste numerus venit quantum ad racionem originis. Ex quo patet quod ibi sit numerus proprietatum relacionum, ypostasium et nocionum, unde dicit Boecius in libro de

trinitate, quod relatio in divinis multiplicat trinitatem, essentia continet unitatem. In deo autem ponuntur proprietates relationes et notiones, quibus persone distinguuntur. Igitur ibi est numerus earum. Sed unde sit numerus vel ratio numeri in divinis? Respondet secundum Allexandrum quod iste numerus est ex parte perfectionis virtutis bonitatis et caritatis, tamen comparando ad rationem intelligentie. Ratio bonitatis est sicut principalis ratio illius numeri in divinis, quia ratio boni et eius perfectio ondit(ur) in communicatione. Sed communicatio semper est unius ad aliud, et ideo ubi est communicatio semper est alius et alius, et ita multiplicatio et numerus. Et summa bonitas est quasi principalis causa istius multiplicationis in divinis. Sed summa bonitas sit communicativa quia natura et voluntate. Sicut duplex est principium, unum quod est natura, aliud quod est voluntas, sic bonitas erit duobus modis, quia est bonitas nature et voluntatis. Bonitas ergo se communicat vel per modum nature vel per modum voluntatis sive affectionis. Communicatio bonitatis que est per modum nature plena est et perfecta per generationem, quia non sit de parte substantie vel essentie et non de tota essentia, quod est imperfectionis in natura. Cum ergo omnis imperfectio removenda est a summa bonitate, et omnis ei perfectio est attribuenda, ideo necesse est quod communicet se per modum nature, que communicatio est per generationem generantis a generante, et quod illa generatio non sit de parte essentie sed de tota essentia. Et hec ratio bonitatis est ratio distinctionis sive numeri in distinctione determinata que est patris ad filium. Sed sicut bonitas se communicat per modum nature, ita etiam per modum voluntatis seu caritatis, quia summi boni summa est communicatio, non esset autem summa nisi se communicaret per modum nature et voluntatis. Et ideo se communicat per modum voluntatis, que communicatio est per amoris affectum sive caritatem. Et hec communicatio summi boni est ratio numeri in distinctione

determinata, que est patris et filii et spiritus sancti, quia ubi est perfecta caritas, ibi dilectio et condilectio, quia perfecta caritas non est unius ad se, immo perfectio dilectionis in aliquo ratio exigit aliud quod diligat ut se. Sed condilectio est non solum diligere aliud ut se, immo etiam aliud velle diligi ut se, et etiam velle quod ille diligat aliud ut se. Propter hanc ergo dilectionem et condilectionem que est in deo, quia in eo est perfecta caritas, sunt necessario tres persone et non plures, quia pater diligit filium ut se. Item vult eum diligi ut se, et etiam active loquendo vult quod aliud diligat. Et in hac condilectione procedit persona spiritus sancti, qui est amor dilectus, ut ita loquar. Unde dicit Richardus: Si in illa vera deitate sola una persona esset, utique non haberet cui summum amorem impenderet, neque quam sibi summum ardorem impenderet. Unde ergo ne summe delitie careret, quas non tam de proprio quam de alieno corde haurire solent. Quando unus alteri amorem impendit et solus solum diligit, dilectio quidem est, sed condilectio non est. Cum duo mutuo se diligunt et summum desiderium affectum invicem impendunt, et hinc in illum et illinc in istum affectus discurrit et quasi in diversa tendit, utrobique quidem dilectio est, sed condilectio non est. Condilectio autem iure dicitur ubi a duobus tertius concorditer diligitur, socialiter amatur, et duorum affectus tertii amoris incendio in unum conflatur. Ex hiis itaque patet, quod in ipsa divinitate locum condilectio non haberet, si duobus tantum existentibus tertia persona deesset. Ratio ergo numeri sumitur ex parte perfectionis summe bonitatis, sed communicatio totius essentie per generationem, non essentia non generat patrem, est ratio numeri patris ad filium; communicatio vero per naturam voluntatis, ubi procedit amor ab amante, est ratio et distinctio spiritus sancti ab utroque. Ex quo patet quod in divinis tantum debent esse tres persone, nec possunt esse plures.

quia generacio boni non potest esse nisi
duobus modis predictis / vel per modum
nature / et sic est generacio, vel productio
generati a generante. vel per modum voluntatis
et hoc est per processio amoris a spirante
et sic erunt tres persone. Solum igitur
in divinis est numerus personarum / et
non est numerus rerum qui est numerus di-
fferencium realium / sed est solum secundum
originis relacionem / que non facit numerum
in essenciis sed solum in ypostasibus
vel personis. Recolligendo ergo exposicionem
istius clausule / ex quo ut dictum est
apud / signat quandam extraneitatem / hec
nichil sit extraneum in divinis in essencia
est tamen extraneum in persona / quia una
persona non est alia, ut in simbolo
athanasii / neque confundentes personas
Et ideo cum dicitur verbum erat apud
deum / ibi exprimitur notitia persona-
lis distinctionis inter patrem et verbum
Secundo verbum erat apud deum, i. non est
localiter vel diffinitive circumscriptum
vel determinatum ad certum locum / ideo hec
preposicio apud / est nota localis ex-
clusionis / Tercio quia hec preposicio apud / est
nota eternalis generationis / quia omnia
que sunt in divinis sunt eterna Ergo
verbum est apud deum / scilicet quod verbum est
eternum / Quarto hec preposicio apud est
nota solitarie abnegacionis / quia
in divinis non est solitudo / quia una
persona non est sine alia. Joh. xiiii°
Philippe qui videt me videt et
patrem meum / non creditis quia ego in
patre et pater in me est etc.
Et verbum deus erat verbum.
Hec est tercia propositio principalis / per quam
ostendit eminentia verbi increati in
maiestate et coequalitate / Et con-
tinuatur, per quam ostendit eminentiam
verbi ad patrem comparabilitatem et hoc in
prima proposicione huius clausule / Et eminentiam
patris verbi ad patrem personalem
alietatem / in secunda proposicione huius clausule /
Et ostendit eminentiam verbi ad patrem
in maiestate equalitatem in dicitur
Et deus erat verbum / Illud enim pro hoc
nomen deus intelligatur quandam infinitam
virtutem et bonum infinitum secundum Damascenum
Et quoddam pelagus inexhaustibile
secundum perfectionem infinitum secundum damascenum et Jeronimum
quo maius excogitari non potest / secundum Anselmum
Ergo verbum erat deus / ergo verbum erat
infinite virtutis et bonitatis / pela-
gus inexhaustibilis perfectionis / quo ma-
ius excogitari non potest / ideo sequitur
quod filius in maiestate erat patri co-
equalis / unde Joh. xiiii° dixit ihesus
discipulis suis / Creditis in deum, et in
me credite Ergo enim in solum deum
est credendum tanquam in primam veri-
tatem / et in verbum credendum / Restat
quia deus erat verbum. Augustinus in omelia
quis est, quod in deum creditis, ut in me
credere debetis / quod non esset congruus
si christus deus non esset / Et in hoc
eliditur heresis arrianorum / qui posuerunt   Arrianorum
filium creaturam et minorem patre
prout dicit augustinus / non enim intellexerunt
vel intelligere voluerunt quod deus erat
verbum / unde dicit beatus thomas libro iiii°
contra gentiles / c. x° quod Cherintus
et ebyon et postea fotinus dogmati-
zabant / quod christus non fuisset ante mariam
sed quod ab ea sumpsisset inicium durationis
et sic esset purus homo nec esset filius
dei naturalis / sed adoptivus per adoptionem
quandam gratie spiritualis / et quod per meritum
spirituale fuisset adeptus nomen divinitatis
sic quod ultra alios dicebatur filius
dei / Sabellius vero dixit quod christus esset   Sabellius
filius dei / sic quod ipse esset pater / dice-
bat enim eundem esse patrem et filium
patrem inquantum erat ab eterno / sed
nomen filiacionis recepit ex tempore / tamen
idem deus qui erat pater est incar-
natus / et qui sic dogmatizabant / dicuntur
Sabelliani / vel etiam patripassiani
quia dicebant patrem esse passum sicut christum
in carne / qui erat deus pater
ab eterno / Illud autem doctrine fidei non
cogitat / quod filius dei sumpsisset inicium
a maria / prout fotinus dicebat / neque
ut is qui ab eterno deus fuit et pater
per carnis assumptionem filius esse cepit
ut Sabellius dixit / Fuerunt alii
hec de divina generatione quam scriptura

tradit opinionem sumentes/ quod filius dei
ante incarnationis misterium extiterit
eius ante mundi constitutionem/ Et quia etiam
filius a deo patre est alius/ estimaverunt
eum non esse eiusdem nature cum deo
patre/ Non enim intelligere poterant nec
credere volebant/ quod aliqui duo sint
persona distincti/ habeant unam essentiam
et naturam/ Et quia sola natura dei patris
secundum fidei doctrinam creditur eterna/
crediderunt naturam filii non ab eterno
extitisse/ licet fuerit filius/ ante
alias creaturas/ Et quia omne quod non
est eternum/ ex nichilo factum est/ et a
deo creatum/ filium dei ex nichilo fa-
ctum esse/ et creaturam predicabant/
Hii fuerunt Arrius et eius sequaces Arri-
ani/ Et quia dicitur in scripturis de
Christo/ quod est filius dei/ dicebant quod
non per nature unitatem/ sed per quandam
consensus unionem/ et per divine pla-
citudinis participationem/ prout ceteras
creaturas/ sicut et angeli dicuntur/
dii et filii dei/ Job. 38./ Hec etiam
positio erat Eunomii qui videtur
a platonicorum dictis exorta/ qui po
nebat summum bonum deum patrem/
et creatorem omnium rerum/ a quo primum
dicunt effluxisse quandam mentem
in qua essent omnium rerum forme/ su-
periorem omnibus aliis rebus/ quam
paternum intellectum nominabant/ et
post hanc/ animam mundi/ et post ea
alias creaturas/ Quod ergo dicitur/
in sacris scripturis de filio dei/ hec
intelligebant de mente predicta/ Et
precipue quia sacra scriptura dei
filium/ dei sapientiam nominat et dei verbum.
Cui opinioni concordat Avicenna/ qui
super animam primi celi ponit intelli-
gentiam primam/ moventem primum
celum/ supra quam ultimo deum
in summo ponebat/ Sic igitur Arri-
ani de dei filio suspicati sunt/ quod
esset creatura supereminens omnibus
aliis creaturis/ qua mediante
deus omnia creasset/ precipue cum etiam
quidam philosophi posuerunt quodam
ordine rerum a primo principio proces-
sisse/ ita quod per primam creaturam

omnia alia sunt creata/ Et ita quantum
hec ad propositum sunt exempla ad presentem
Ita dictum est/ quod verbum erat apud deum
sicut personam/ sed ita erat apud patrem
quod etiam erat deus/ et eiusdem deitatis
et maiestatis cum patre/ Sed cum prius
sit querendum de re/ quid est/ quam
quia/ et ubi sit/ videtur quod Johannes
hunc ordinem pervertat/ in primis pri-
mo de verbo quid et ubi sit/ Ad hanc
questionem respondet Origenes dicens quod aliter
dicitur esse verbum dei apud hominem
et aliter apud deum/ Nam apud
homines est ut perficiens/ quia per dei verbum
homo efficitur sapiens et prophetans/
Sapiencie vii Amicos dei et prophetas
constituit/ illustrans scilicet prophetas lu-
mine sapientie/ Apud deum vero non ita
dicitur esse verbum/ quasi pater perficiatur
et illustretur ab ipso/ sed sic verbum
est apud deum/ quod accipit et obtinet
a deo/ quod sit deus/ et sic verbum habet
quod sit deus/ per quod est apud deum
Et ideo prius nititur ostendere
quod verbum erat in patre/ et apud patrem
quam quod verbum erat deus/ Sed tamen
quod explanat tamen deus erat verbum
sit rubea duabus questionibus/ que
ex precedentibus insurgunt/ quarum
una consurgit ex nomine verbi/ et est
talis/ Cum dictum sit quod verbum erat in principio
apud deum/ Constat autem quod verbum secundum
quem modum loquendi significat vocem
aliquam/ et enunciationem negotiorum
et manifestationem cogitationum/ Sed
ista transeunt et non subsistunt/ posset
ergo credi/ quod de tali verbo loquitur
hic ewangelista/ Et hec questio solvitur
secundum Hylarium dicentem quod satis obiectio
predicta excluditur/ cum dicit In principio
erat verbum/ Namque non est quod verbum non
accipit per locutionem/ quod cum sit in mo-
tu et transeat/ non potest dici quod in prin-
cipio erat. Item cum dicit et verbum erat
apud deum/ idem datur intelligi-
Datur enim patet/ quod aliud est in esse
et aliud esse/ Verbum ergo verbum nostrum
non subsistit/ non in est sed est in est
verbum vero dei subsistens est/ et ideo
est/ Dicitur vero subsistit quod vere est/

& per se non indigens alio ad hoc ut
sit / et ideo evangelista praemittit dixit /
erat apud deum / Sed tamen ut obiectionis
tam totaliter tollatur / nomen et esse in
p 105 subdit dicens / Et verbum erat deus /
q. d. hoc verbum non est sermo / sed res /
non sonus / sed nomen / non vanitas
sed deus / Alia quaestio insurgit ex hoc
quod dixerat apud deum / Cum enim hoc
apud / dicat distinctionem / posset credi
quod verbum apud deum sit praeter / esset
ab ipso in natura distinctum / Et ideo
ad hoc excludendum statim subdit
consubstantialitatem verbi ad patrem / et patris totius e-
dicens / Et verbum erat deus / Ubi notandum
est specialis modus loquendi / cum dicit verbum
erat deus absolute / et non dicit
verbum dicebatur deus / sed ponit absolute
deum ut ostendat verbum non quomodo
esse deum / quo participative dicuntur
deus in scriptura / sed simpliciter
deus et absolute / Cum enim de participative
dicatur deus in sacra scriptura /
quod sit deus / semper hoc manifestatur
per aliquam additionem / ut illud Exodi
VII / Dixit dominus ad moysen / Ego
constitui te deum pharaonis / ad designandum
quod non simpliciter moyses / fuit
deus / sicut verbum dei / sed quod sit deus
deus pharaonis / ad puniendum / et liberandum
filios israel / Et in psalmo Ego
dixi dii estis / secundum meam reputationem
/ non secundum rei veritatem / Aliud
enim est dari et dici deum / et aliud
est esse deum / unde verbum dei dicitur
deus absolute / quia per suam essentiam
est deus / non secundum participationem
ut homines vel angeli / nec secundum
nuncupationem tantum / ut demones vel
ydola / unde glo / super illo / scilicet verbum omnium
nam et si sunt qui dicantur dii / multi
sive in celo sive in terra / et quidem
Et multi dii / nobis autem unus est deus /
dicit / deus dicitur tribus modis substantialiter / deus trinitas / adoptive /
sancti qui per gratiam adoptionis dii sunt /
nuncupative / demones et ydola
qui nomen tamen dii sunt / non natura
vel participatione deitatis / sicut sancti
qui sunt in participatione divinitatis / et hoc
vel potest / Exodi 22 diis non detrahes

hes vel sapientes / ut in psalmo Ego dixi dii
estis / quod exponit salvator Johannis
10 / vel in participatione dominus / ut in
psalmo / deus deorum dominus locutus est / ubi deorum
capitur pro viris sanctis et iustis / Et no-
tandum quod etiam hanc propositionem seu clausulam
Arrius impius erravit / ex modo
loquendi / qui habetur in greco / sumens
sui erroris occasionem / Consuetudo
enim est apud grecos / quod nullo nomini
apponunt articulum / ad designandum
quandam discretionem / Cum ergo in evan-
gelio Johannis / habetur nomini greco / quod
est verbum / cum dicitur in principio erat
verbum / et pluraliter huic nomini quod est deus
/ cum dicitur verbum erat apud deum /
apponitur articulus ad designandum eminentiam et discretionem verbi / ad aliud vel
et principalitatem patris in deitate /
Ideo cum in illo quod dicitur verbum erat deus
non apponatur articulus huic nomini deus /
quod supponat pro persona filii / Blasphemavit Arrius dicens / quod verbum non esset
deus per essentiam / licet sit essentialiter
verbum / sed dicitur deus per participationem /
Solus ergo pater est deus per essentiam
sicut et ponebat filium minorem
patre / Quod autem hoc non sit verum probat
Crisostomus / Cum deus christum esse magnum
deum / per duo verba apostoli / In primo illud
ad Titum 2o / Expectantes beatam
spem et adventum glorie magni dei
/ et per illud Roma. ix o / Ex quibus
christus qui est super omnia deus benedictus
in secula / praeterea in multis locis in
greco huic nomini deus / non apponitur
articulus / ut in I Joh. ultimo / dicitur / Et simus
in vero eius filio / ihesu christo / hic est verus deus et vita eterna / Est ergo christus
verus deus et non per participationem /
patet igitur falsum esse / quod Arrius
fingit / Ratio vero / quare evangelista
non apposuit articulum / huic nomini
deus / assignatur a Crisostomo / quia prius
iam bis nominaverat deum / cum appositione articuli / et ideo non oportebat / quod
hic iteraret articulum / sed subintelli-
geretur / unde Crisostomus / Sed dicit forte Arrius
in patre cum articuli adiectione dictus est

dicens / filius autem prime hac / Secundo quia apostolus dicit magni dei salvatoris nostri ihesu christi / Et rursus qui est super omnia deus / Sed et romanis scribit dicens / gratia vobis et pax a deo patre nostro / prime adiectivum alterius aliter quia et superfluum erat hic apponere quia primus adiectivum / Non igitur et si non est adiectivus alterius filio / propter hoc filius minor est deo / Vel aliter dicendum quod deus hic ponitur in predicato et tenetur formaliter / ut quicumque est quod nobis in predicato positus / non apponitur alterius / cum distinctionem importet / Si vero poneretur hic deus ex parte subiecti / supponeret pro quacumque persona divina / prime filio prime spiritu sancto / et non est dubium quod non apponeretur ibi alterius / Per istam igitur rationem / prime clam / ostenditur equalitas in trium personarum / De qua dicitur in simbolo athanasii / Equalis patri secundum divinitatem / Et potest sic deduci / Quorum est essentialis unitas / et tamen personalis alietas / illorum est equalis deitas / prime dicitur equalitas / sed hic est inter personas / et tamen in divinis utrumque ex duabus rationibus / precedentibus etc.

Sed dices pater est maior filio secundum hylarium / et in divinis / maior autem dicit excessum in quantitate / equale autem privat excessum / igitur si pater est maior filio / filius non erit equalis patri / Si dicatur quod maior importat principalitatem auctoritatis / ut dicitur pater maior filio / non excessum potentie vel sapientie vel huiusmodi / Contra auctoritas ordinata attestatur potestati / igitur si pater est maior filio auctoritate / est maior potestate / igitur non erat illi equalis / Ideo filius est equalis patri / in nullo minor ipso / neque secundum potentiam neque secundum sapientiam / sed per omnia equalis / Ad auctoritatem hylarii / Dicendum quod illa maioritas non dicit excessum potentie vel sapientie vel bonitatis vel alicuius huiusmodi / sed solum principatum auctoritatis / Sed tu obicis quod auctoritas attestatur potestati / Dicendum quod auctoritas proprie attestatur dignitati / dignitas autem attendit quandoque penes auctoritatem potentie vel sapientie vel huiusmodi / quandoque vero penes prioritatem secundum originem

/ unde persone seniores dignitores dicuntur et magis reverende / propter quod dicitur Ecclesiastici xix° Coram cano capite consurge et honora / aut mercaturis reddet ordo in divinis / Dicendum est igitur quod in divinis auctoritas non attestatur potestati / sed dignitati scilicet prioritatis secundum ordinem nature / non quod alter prius altero / sed quod alter ex alio / Unde sicut non sequitur pater est prior filio secundum ordinem nature igitur filius non est ei equalis / ita etiam non sequitur / pater est maior filio auctoritate / igitur filius non est ei equalis / Emanatio enim in divinis personis sumitur penes quam est ordo nature est secundum quendam modum essentie / potentie vel virtutis / quia ibi est omnino idem essentia / quod potentia / vel virtus / Ex quo patet quod una persona est equalis duabus / ut patet primo sententiarum distinctione xix / pater non est maior filio / nec pater et filius maior spiritu sancto / nec maius aliquid sunt due persone simul quam una / nec tres maius aliquid quam due / Unde Richardus de sancto victore attendendum / illa deiformis et deifica inmaginis coequalitas in illa summa trinitate qua sicut in compendio / ubi unitas pluralitati non cedit / nec pluralitas unitatem excedit / Ex quo sequitur quod in illa summa trinitate nulla persona sit penes trinitatis possit dici augusta maximum / penes trinitatis esse non potest / quemadmodum unius in tribus / nec quia trinitatis tria penes est / nec maius aliquid duo / quam unius / nec maius aliquid omnis quam singuli / Et ratio quare non est dicenda pars in trinitate / quia penes est in potentia et huiusmodi esse finitum et diminutum et imperfectum / in quantum huiusmodi / quod non conveniunt persone in divinis / Sed dicendum secundum philosophum in predicamentis proprium est quantitati secundum eam equale / vel inequale dici / Sed in divinis personis non est quantitas / tamen ibi sicut summa simplicitas / igitur nec equalitas / Respondetur quod in hiis inferioribus ex unitate in substantia causatur ydemptitas / ex unitate in qualitate equalitas / ex uni te

inequalitate plitudo. v̄n idemptitas
equalitas plitudo. dicuntur relacōs /
similitas supra tria p̄dicta ꝛ iuxta
istam plitudinem / est stare diuinam
essenciam ut subam ꝛ ut quantam
ꝛ ut qualem / est ponere in diuinis
identitatem / equalitatem ꝛ similitudinem
Sed quantitas in diuinis. nisi sit ingẽ
sube / sic ꝛ qualitas / quia in diuinis
nō est ponere nisi duo genera / scʒ
sube ꝛ ad aliquid / equalitas et
plitudo dicuntur relacōs ut similitas /
in suba. Quam ergo q̄ licet in diuinis
pdicmis nō sit ꝑse quantitas alia
tamen contingit stare diuinam substanciam
ut quantam ut cum dicitur deus magnus /
eternus / est dicere in diuinis equalitatem
Alia ergo rōne dicitur equalitas in
diuinis ꝛ creaturis prout quantitas
ꝑse determinatur a pho / Quod simplicitas
plicitas in diuinis nō opponitur
quantitati. licet enim est vera / deus
est magnus / immo inmensus / et
simplex / Simplicitas enim in diuinis
nō dicit priuacōm immensitatis / sed
dicit similitudinem [?] in diuisionem scʒ essencie
virtutis et actus / ꝑ hoc est enim simplex
plex / quia in eo idem est essencia
quod virtus / ꝛ virtus quod actus /
ꝛ actus quod essencia / Equalitas
ergo respicit quantitatem / prout ꝑ modum
quantitatis stat / Duplex enim quantitas
aut est mensurans intra vel extra.
Si intra aut est virtutis / vel molis /
Quantitas ergo molis nō cadit in
diuinis / sed quantitas virtutis / et hec
dicitur ꝑ potenciam. Et quantitas
mensurans extra est duplex scʒ
tempus ꝛ locus / Ei quantitati que
est tempus in mensurabilis [?] respondet eterni-
tas in diuinis / Ei vero quantitati que est locus
respondet magnitudo in diuinis / nō quia
deus circumscribatur in loco / sed quia con-
tinet omnia, nō inclusus / et quia ipse
continet ꝛ locat omnia / Sic ergo quantitas
in diuinis est virtutis / que est potencia /
et duracōnis que est eternitas / et
locacōnis siue continencie actiue / quia
ipse continet ꝛ locat omnia / Et hec dicitur
magnitudo / Alia ergo in deo nō est po-
nere pluribus modis quantitatem

ꝛ ideo quando ad hec tria solum in di-
uinis assignatur equalitas / Est igitur
in diuinis quantitas virtutis. nō molis
ꝛ magnitudinis. prout hic sumitur ꝑ potencia
continendi ꝛ locandi res / Sed virtus ma-
gis respicit operacōm / magnitudo vero,
prout hic sumitur respicit situacōm
ꝛ continenciam rei iam facte / Patet igitur ex
supra declaratis verbis ꝑ racionibus / quod
generacō diuina / scʒ intellectualem ema-
nacōm sit intelligenda / Quod eciam
sic manifestari sit manifestum est.
enim quod deus seipsum intelligit / Omne autem
intellectum in quantum intelligitur / oportet esse
in intelligente / Cum intelligere significat
apprehensionem eius quod intelligitur
ꝑ intellectum verbum ꝛ intellectus noster
seipsum intelligens / est in seipso / nō
solum ut idem sibi ꝑ essenciam / sed eciam
ut a se apprehensum intelligendo / Oportet
ergo. ut deus in seipso sit. ut intellectum
in intelligente ꝛ intellectum autem in in-
telligente. est intencio intellecta ꝛ verbum
Est igitur in deo intelligente seipsum
verbum dei. quasi deus. intellectus / hinc
est / quod hic dicitur verbum cat. / apud deum
Cum vero intellectus diuinus nō exit
de potencia ad actum / sed semper est actu
existens / ex necessitate oportet / quod semper seipsum
intelligat / Ex hoc autem quod seipsum in-
telligit / oportet quod verbum ipsius in ipso
sit / Necesse est ergo semper verbum eius in deo
extitisse / Est igitur coeternum deo verbum
ipsius. nec accedit ei ex tempore / sicut
intellectui nostro / accedit ex tempore
verbum interius conceptum / quod est in-
tencio intellecta / Propterea dicitur hic
In principio erat verbum / Cum autem intel-
lectus diuinus nō solum sit semper in actu
sed eciam sit ipse actus purus / oportet quod
suba intellectus diuini / sit ipsum suum
intelligere / quod est actus intellectus /
Esse autem verbi interius concepti. siue
intencionis intellecte / est ipsum suum in-
telligi / Idem ergo est esse verbi diuini
ꝛ intellectus diuini. ꝛ ꝑ consequens ipsius dei
qui est suus intellectus / Esse autem
dei / est eius essencia / vel natura. que
idem est / quod ipse deus / verbum ergo dei. est

ipsum esse diuinum et essencia eius et ipse
deus verus / non autem sic est de vbo
intellectus humani / Illud enim intellectus
quo seipsum intelligit / aliud est esse i
ntellectus / et aliud ipsum intelligere /
Sub aut intellectus / erat in potentia
intelligens / antequam intelligeret
sequitur ergo quod aliud sit esse interioris
intellecte / et aliud ipsius intellectus
/ cum esse intencionis intellecte sit ipsum
intelligi / vnde ostendit quod in homine intelli
gente seipsum / vbum interius conceptum
non sit verus homo / naturale esse homi
nis habens / sed sit homo intellectus tantum / quasi
quedam similitudo hominis veri ab i
ntellectu apprehensa / ipsum vero vbum dei
ex hoc ipso quod [illegible] est deus intellectus
/ est verus deus / naturaliter habens esse diuinum /
/ eo quod non est aliud esse naturale dei
/ et aliud intelligere / Hinc est quod hic
dicitur / deus erat vbum / Quod quia absolute
dicitur / demonstrat vbum dei / vbum deum in
telligi debere / cum vbum hominis non possit
dici simpliciter et absolute homo / sed secundum
quid / scilicet homo intellectus / vnde hec est
falsa / homo est vbum / sed hec potest esse
vera / homo intellectus est vbum / Illud
enim dicitur deus erat vbum / ostendit
vbum diuinum non solum esse intencionem
intellectam / sicut vbum nostrum / sed etiam
rem in natura existentem et subsisten
tem / deus enim vera res subsistens
est / cum maxime sit per se ens / non
sic autem natura dei est in verbo /
vt sit vna specie / et numero differens /
Quia enim vbum habet naturam dei /
sicut intelligere dei / est ipsum esse eius /
Intelligere autem dei / est ipsum esse
diuinum / ergo vbum habet ipsam essenciam
diuinam / non solum specie / sed numero eadem
Talis natura que est vna secundum speciem /
/ non diuiditur in plura secundum numerum / nisi
propter materiam / diuina autem natura
est omnino immaterialis / impossibile est ergo
quod natura diuina sit vna specie et numero
diuersa / vbum ergo dei in tali natura
numero / communicat cum deo / propter quod vbum
dei et deus non sunt duo dii / sed
vnus deus / Nam quod apud nos /
duo habentes humanam naturam / sunt
duo homines / ex hoc contingit / quod huma

na natura diuiditur in duobus / Sed
ea que diuisa sunt in creaturis in
deo simpliciter vnum sunt / Sicut et in creatura
aliud est essencia et esse / Et in
quibusdam etiam est aliud quod
subsistit in sua essencia / et ipsius
essencia siue natura / nam hic homo
non est sua humanitas / nec suum esse
sed deus est sua essencia et suum
esse / vt dicit thomas li. iiii° contra gentiles c. xi°

Hoc erat in principio apud deum
Hec est quarta propositio principalis per
quam ostendit ewangelista vbi ad
patrem in duratione et deitate / vel
omnium precedencium epilogacionem
seu errorum exclusionem / Ex hoc enim quod
ewangelista dixerat quod vbum erat deus
/ poterat duplex falsus intellectus
a non recte sencientibus elici / vnus
a gentibus / alius ab arrianis /
Gentiles enim ponebant deorum
multitudinem et eorum diuersitatem / contra
quod dicit dominus deutronomij vj et
exodi xx° Audi israhel dominus
deus tuus vnus est / ponebant
etiam contrariam voluntatem deorum /
sicut illi qui fabulantur Iouem cum
saturno pugnasse / Et manichei /
qui duo prima principia contraria
fingunt / Cum ergo ewangelista dixerat
vbum erat apud deum / et deus erat
vbum / possent isti hic in falsum tamen
sui erroris adducere / intelligentes
aliud deum esse / siue contrarium / quod
est contra legem ewangelij / Ideo ad
hoc excludendum dicit / Hoc erat
in principio apud deum / quasi diceret secundum
hilarium in 2o libro de trinitate
cum dixerat deus erat vbum
Ita dico vbum erat deus / quod tamen non
est habens diuisam diuinitatem / sed quod
erat apud deum / scilicet in vna natura
in qua ipse est / Dicit enim sanctus hylarius
in 2o libro de trinitate / Cum dixerat
deus erat vbum / trepido in dicto
/ et me implens sermo commouit /
/ cum vbum deum propheta nunciauerit
/ Sed ne quo ultra trepidatio
mea progredi possit / reddit sacra-
menti tanti pietatorem dispensationem
ad vbum omnia siue querela / siue ab
olicionem / siue tempore / Sed hoc erat i

principio aput deum, verbum ingeni-
tum deum, ex quo ipse unigenitus
deus predicatur. Item patet quod dixit
verbum erat deus, ne intelligatur
quod haberet naturam voluntatem, addidit
hic scilicet verbum erat in principio aput
deum, scilicet patrem, non divisum ab eo
non gradu, sed coniunctus cum ipso unita-
tem nature et concordia voluntatis
que est quedam unio per quam omnes divine
nature in tribus personis et per nexum
amoris patris et filii. Arrianum non
ponunt filium minorem patre, propter hoc
quod dicitur in sancta xiiii°, pater maior
me est, ponunt enim patrem maiorem
filio, et quantum ad eternitatem et quantum
ad nature divinitatem. Sed hic excluditur
per ea que sequuntur, duo enim prer-
rogativa magni dei, que arriani singulariter
deo patri attribuebant, scilicet eternitas
et omnipotentia. In quorum ergo in-
veniuntur ista duo, iste est ma-
gnus deus, sed ista duo dicit
ewangelista esse in verbo, ergo est ma-
gnus deus, non est ergo minor patre.
Eternitatem quidem dicit esse in verbo
per hoc quod dicit, hic erat in principio
aput deum, id est verbum ab eterno, non
solum in principio creature ut ar-
rius dicebat. Omnipotentiam vero
per hoc quod subdit, omnia per ipsum facta
sunt, et sic in ista clausula ponitur
quarta conditio verbi scilicet in dualitate
coeternitatis cum dicitur hic erat in
principio apud deum, id est in eternitate
aput patrem verbum. Crisostomus non enim
erat solitarius pater a verbo, sed
semper erat verbum deus apud deum
et finaliter erit, et sic hic nomine
principium aliter sumitur hic quam in ista
clausula in prima, et expositor
quia ibi accipitur pro patre, hic pro
eternitate. Origenes vero pulcre
satis hanc eandem clausulam exponens
dicit ipsam non esse aliam a tribus
primis, sed quod esset hic epilogus
premissorum, sicut enim consuetum est
quod cum satis dictum est de una ma-
teria et transeundum est ad aliam, in fine
dictorum recolligimus in summa e-
pilogando que dicta sunt, antequam

transeatur ad alia, ideo ewangelista postquam
insinuaverat veritatem de esse verbi,
transiturus ad eius virtutem, premissa
recolligit quasi in summa epilogando
que in primis tribus primis dixerat,
in ista una clausula. Dixerat enim in pri-
ma clausula in quo erat verbum,
in secunda apud quem, in tertia quid erat
verbum, hic ergo tria nunc repetit recolli-
gens ea in unum, in quarta propositione
ne in eo quod dicit hic, recolligit etiam
clausulam. Patet quod dicit erat in principio,
recolligit primam, per hoc quod subdit
erat apud deum, recolligit secundam,
in hoc hic scilicet verbum quod erat deus, erat
in principio, id est in patre, et erat apud
deum verbum, sicut dicit Origenes. Postquam
premiserat tres propositiones, ewangelista re-
petit tria in unum dicens hic erat in prin-
cipio apud deum. In primo enim tunc
dicebamus in quo erat verbum, quia in principio,
In secundo apud quem, quia apud deum,
In tertio quid erat verbum, quia deus,
velut ergo demonstrans verbum predictum
deum, per hoc quod dicit hic, et colliges
in propositionem quartam sic, quod in principio
erat verbum, et verbum erat apud deum
et deus erat verbum, ait hic erat in
principio apud deum. Si quis ergo
recte consideret has quatuor propositiones,
evidenter inveniet per eas destrui
omnes hereticorum et philosophorum errores, nam
ut dictum est in lectione precedenti quidam
heretici puta Cherinthus et Ebion
et post ea Fotinus et Paulus Samosata-
nus errantes dixerunt Christum non
fuisse ante Mariam, sed ab ea dura-
tionis initium sumpsisse, cum quod puram
hominem fuisse, sed per modum divinitatem
per bona opera meruisse, quorum error
excluditur per hoc quod dicit ewangelista
In principio erat verbum, id est ante omnia,
et in patre ab eterno, non ergo principium
initium ex virgine. Sabellius vero licet
fateretur quod deus qui carnem suscepit
non sumpsit initium ex virgine, sed fuit
ab eterno, tamen dicebat quod non erat alia
persona patris, qui fuit ab eterno,
a filio qui carnem sumpsit ex virgine
sed idem erat pater et filius et spiritus sanctus,

confundens trinitatem personarum indi-
visibilem. Hic error excluditur per hoc quod
evangelista dicit: Et verbum erat apud deum,
id est filius apud patrem, ut alius apud
alium. Hermogenes vero posuit filium duo
duplicem esse patri. Qui error exclu-
ditur per hoc quod evangelista dicit: Et deus
erat verbum. Si enim verbum erat apud deum,
id est patrem, et deus erat verbum, ergo filius
est similis patri. Arrius vero dicebat quod
filius erat minor patre, quod ex-
cluditur per hoc quod ait evangelista: Hoc
erat in principio apud deum, iuxta
expositionem premissam. Gentiles vero
dicebant: Si filius est deus, tunc
aliquando insurget contra patrem,
ut Iupiter contra Saturnum, unde Theo-
philus. Et rursum ne suspicio di-
abolica aliquos conturbaret,
ne forte cum verbum sit deus insurre-
xerit contra patrem, ut aliqui fabulantur
gentilium, et separatus a patre fuit,
ipsi patri contrarius, dicit: Hoc erat in prin-
cipio apud deum, quasi dicat: hoc
dei verbum nunquam a deo extitit se-
paratum. Excluduntur etiam per hoc omnes
false philosophorum opiniones. Quidam enim
antiqui, scilicet naturales, ponebant mundum
non ex aliquo intellectu, neque per ali-
quam rationem, sed a casu fuisse. Et
ideo non posuerunt intellectum seu
rationem esse aliquam causam rerum, sed
solam materiam fluctuantem, utpote
athomos, ut Democritus, et alia
principia materialia, ut alii po-
suerunt. Contra hos est quod evan-
gelista dicit: In principio erat verbum, scilicet
a quo res principium sumpserunt
et non a casu. Plato vero posuit rationes
omnium rerum factarum subsistentes
separatas in propriis naturis, per quarum
participationem res naturales essent,
puta per rationem hominis separatam, quam
dicebant per se hominem, et essent homines,
quod sunt et cetera. Ne ergo hanc rationem
per quam omnia facta sunt intelligas separa-
tam a deo, dicit evangelista: Et verbum
erat apud deum. Alii etiam platonici,
sicut Macrobius refert, ponebant deum
patrem eminentissimum et primum

sub quo ponebant mentem quandam
in qua dicebant esse similitudines et ideas
omnium rerum. Ne ergo intelligas quod verbum
erat apud patrem quasi sub eo et minor
eo, evangelista addit: Et verbum erat
deus. Aristoteles vero posuit in deo
rationes omnium rerum, et quod idem est intelli-
gens et intellectum, tamen posuit mundum
coeternum sibi fuisse. Contra hoc dicit
evangelista: Hoc, scilicet verbum solum, erat in
principio apud deum, ita quod per hoc
hoc non excludatur alia persona,
sed alia natura coeterna. Quidam
expositores addunt ad hoc quandam
sibi contradictionem, que est in inceptione
inseparabilitas, qua est dicunt in
nulla hac clausula quarta
secundum aliud modum exponendi. Cum
enim deus pater non potuerit se
aliquando non intellexisse, quia tunc
ignorasset seipsum et alia, et quia
non intellexit nisi per verbum, constat
quod non potuit unquam fuisse sine
verbo in mente sua inseparabiliter
sine subsistente, ita quod ipsum po-
tuisset esse extra intellectum divinum
verbum. Unde Augustinus vi de trinitate: Perfectum
verbum aliquando non decessit, et illud est
ars quedam omnipotentis atque sapientis
dei, plena omnium rationum viventium
et mutabilium, et omnia unum in eo
sunt, sicut ipsum unum de uno cum
quo unum est. Et secundum hoc dicit evangelista:
Hoc, scilicet verbum quod est ars pa-
tris, tamquam per hoc exemplar et ratio
omnium viventium, erat in principio, id est ab
eterno apud deum, id est non separatum
a deo patre, quasi verbum esset dicentem,
immo erat inseparabiliter permanens
in dicente. Unde glossa interlinearis: Ita
erat unum cum patre ut omnem principium
creaturarum sua preiret essentia.
Et hoc est quod dicit Proverbiorum viii: Dominus
possedit me in initio viarum suarum
antequam quicquam faceret a principio.
Ab eterno ordinata sum et ex antiquis et cetera.
Et per hoc eliditur error quorundam
antiquorum qui posuerunt ideas
et rationes rerum extra divinum intellectum,
quia non intellexerunt quod hoc verbum

erat in principio apud deum. Et
ista conditio verbi differt a parenti-
bus. Illam enim quartam conditionem
declaratur patrem non fuisse umquam
ante verbum, quasi vero aliquando non exstiterit,
ut dicebat fotinianus. Secundo per istam
quartam conditionem explicatur verbum
numquam fuisse ex patrem separatum.
134 Dato enim verbum esse eternum prop-
ter tertiam conditionem, ad quod ducit
hereticos ipsum non potest fuisse in patre
et apud patrem, sed aliquando dixisse
esse separatum extra intellectum dei
patris, et hic error excluditur per is-
tam expositionem. Et advertendum
quod omnes predicte conditiones verbi intelli-
guntur in hoc quod dico verbum per sub-
tilitatem inspiratur. Si enim consideretur
verbum divinum quantum ad id de quo
gignitur, quia gignitur de substantia
patris, sic habetur prima conditio scilicet
consubstantialitas. Si quantum ad id quod
gignitur in genitum, sic disiunctum
a gignente, sic habetur secunda conditio
in personarum alietas. Si quantum
ad virtutem qua gignitur, quia virtute
patris, sic habetur tertia conditio scilicet co-
equalitas. Si ad mensuram qua
gignitur, quia ab eterno, sic habetur
quarta conditio scilicet in duratione eter-
nitas. Si quantum ad modum quo gi-
gnitur, quia per modum intellectus, sic habe-
tur quinta conditio scilicet in hec expositionibus insepara-
bilitas. Cum enim filius verbum exivit in
deo, quia numquam se potuit intelligere
deus sine verbo. Nec est ergo quod verbum
dei sit eternum, et numquam extra
eum exivit. Et hoc est quod dicit
evangelista: hoc erat in principio apud
deum. Ex dictis patet quod Iohannes
ab aliis evangelistis quam dignius incepit
evangelium quam alii. Ipsi enim annun-
ciaverunt Christum filium dei temporaliter natum
Math. 2o. Cum natus esset Ihesus etc.
Iohannes vero dicit eum ab eterno fuisse in
principio inquit erat verbum. Illi dicebant
eum subito in [illegible] apparuisse
Luce 2o. Nunc dimittis servum tuum
domine. Iohannes dicit eum apud deum
semper fuisse verbum inquit erat apud deum.
Alii dicebant eum hominem Math. 9.
glorificabant deum qui talem potestatem
dedit hominibus. Iohannes vero dicit eum
esse deum. Et verbum inquit erat deus.
Alii dixerunt eum conversatum fuisse
cum hominibus Act. xvii. Conver-
santibus autem illis in Galilea dixit
illis Ihesus etc. Sed Iohannes dicit eum
semper apud patrem fuisse. Hoc inquit
in principio erat apud deum, id est in eter-
nitate apud patrem, ita quod non
de novo sibi advenit. Notandum
etiam quod eternitas significat quasi extra etatem
hoc verbum erat, ut ostendat verbum dei omnia
tempora extendere scilicet presens preteritum et futurum,
id est ultra tempus preteritum, presens et
futurum erat verbum. Moraliter autem hic
docemur quod principium omnis nostre intentionis
et attentionis debet esse deus, quia
in principio erat verbum, et verbum erat
apud deum. Ut si volumus scire de omni
actione nostra interiori vel exteriori
si sit divina vel non, et utrum deus operetur
in mente, quia per ipsum sunt facta, videamus
si finis intentionis nostre sit deus,
quia si sic, actio nostra est divina, quia principium
et finis est ipse deus. Item hic docemur
quod omne opus nostrum debet esse rationale
rationi propinquum secundum Damascenum. Ait enim:
In principio erat verbum ubi grece habetur
logos quod est ratio. Ad Roma. xii
Rationale obsequium vestrum. I Petri ii
rationale sine dolo lac concupiscite.
Dicit enim Dionysius de divinis nominibus
capitulo quarto quod bonum hominis est secundum
rationem esse, malum autem est preter rationem.
Et primo nichil recte dicitur quod homini grati-
ate et ratione vivit. Et hoc est quod dicitur
in psalmo: Multi dicunt quis ostendit no-
bis bona. Cui homini respondens dicit
Signatum est super nos lumen vultus
tui domine, quia lumen rationis naturalis
quo distinguimus quid sit bonum et
quid malum, quod pertinet ad legem
naturalem, nichil aliud est quam impressio
divini luminis in nobis etc.

Omnia per ipsum facta sunt. Et sine

ipso factum est nichil. Quod factum est, in ipso vita erat, et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet. Et tenebre eam non comprehenderunt. Supradictis verbis Johannes determinavit de verbo eterno in comparatione ad dicentem, et ut est dicentis expressivum. Hic declarat de ipso in comparatione ad ea que per verbum dicuntur et [illegible] ut est creaturarum principium effectivum. Et hic quantum ad quatuor conditiones. Nam primo describit ipsum verbum ut est principium creatorum sufficiens cum dicit omnia per ipsum facta sunt. Secundo ut indeficiens cum dicit Et sine ipso factum est nichil. Tercio ut prognoscens cum dicit quod factum est in ipso vita erat. Quarto ut aliis cognicionem prebens ibi Et vita erat lux hominum. Et quia non omnibus prebet sui cognitionem sicut sunt peccatores, secundo dicit quod peccatores cognitorum eius non comprehendunt ibi Et lux in tenebris lucet et tenebre eam non comprehenderunt. Hic ergo premissis quatuor clausulis in quibus describitur emanatio divinarum personarum declarando de verbo per comparationem ad dicentem, iam emanatio sequitur ad ea que per verbum dicuntur scilicet ad creaturas. Et describit ipsum quantum ad eius quinque conditiones. Est enim omnium principium creatorum sufficiens, indeficiens, cognoscitivum, aliis cognitionem prebens, ac aliorum cognitionem excedens. Et per has quinque conditiones plures eliduntur hereses et errores, ut utrobique in prosecutione lucet. Prima ergo conditio verbi divini est quod est principium creatoris sufficiens quia ad omnia producenda sufficit, ideo dicit omnia per ipsum facta sunt. Omnium enim principium quod verbum habet rationem principii quantum ad hoc quod ante ipsum nichil et ipsum ante omnia. Secundo quia ratio principii in plus est in hoc quod ab ipso omnia. Ideo quando subdit omnia per ipsum facta sunt, omnia scilicet visibilia et invisibilia, spiritualia et corporalia, naturam substantia, que dicit

contra peccata que naturam non significat sed corrumpunt. Per ipsum scilicet verbum quod erat in principio apud deum facta sunt scilicet a deo patre. Unde dicitur Ecclesiastici xviii qui vivit in eternum creavit omnia simul. Et hic per verbum. Unde in psalmo dixit et facta sunt. Et Augustinus libro primo confessionum: verbo tuo deus tibi coeterno simul et sempiterno dicis omnia que dicis et fit quod dicis ut fiat, nec aliter quam dicendo facis. Et ratio, quia in deo sicut intellectualis nature agit intelligendo, sed agere intelligendo est agere per verbum quod intelligendo concipitur. Agit ergo pater omnia per verbum. Unde Augustinus in libro retractationum: per unigenitum suum deus predicatur universa fecisse quia initium operis sui verbum. Ad Hebreos primo: per quem fecit et secula. Unde quo glosa: non ut in genere in aliter superioritatis, tanquam aliquod instrumentum extiterit, neque per eum deus pater fecisse tanquam ipse facere non posset, sed sicut dicitur pater iudicare per filium quia iudicem genuit, sic etiam dicitur pater operari per filium quia constat eum opificem genuisse. Ubi enim causa eius patris est, scilicet quod pater est, multo amplius eorum causa est que per filium dicuntur facta. Et inducitur ista clausula ad ostendendum tria de verbo dei. Primo secundum Arrius, ad ostendendum eius equalitatem ad patrem. Hic enim supra dictum est: [illegible] exclusserat errorem Arrii, ostendens coeternitatem filii ad patrem, per hoc quod dixerat hic erat in principio apud deum. Hic vero eius errorem excludit ostendendo filii omnipotentiam cum dicit omnia per ipsum facta sunt. Esse enim principium omnium factorum proprium est dei magni omnipotentis, iuxta illud psalmi: omnia quecumque voluit dominus fecit in celo et in terra. Verbum ergo per quod omnia facta sunt est magnus deus et coequalis patri. Secundo ad ostendendum coeternitatem verbi ad patrem contra Origenem. Cum enim per hoc quod dixerat

In principio erat verbum. Posset aliquis
dicere cum fuisse in principio creaturarum,
fuisse tamen aliquod tempus ante ipsarum
creationes in quo verbum non erat. Io-
hannes excludens errorem ait: Omnia
per ipsum facta sunt. Si ergo omnia, ergo et
ipsum tempus. Ex quo patet argumentum:
Si omne tempus ab ipso factum est, ergo
nullum tempus fuit ante ipsum. Incipere
in aliquo tempore fuit, prius enim in aliquo
solo incepit esse. Fuit ergo ab eterno
coeternus patri. Tertio secundum Augu-
stinum ad ostendendum consubstantialitatem verbi
ad patrem. Si enim omnia per ipsum facta
sunt, non potest dici verbum dei fuisse
factum, quia si factum est, oportet quod sit
factum per aliquod verbum, quia omnia per verbum
facta sunt. Oportet ergo esse aliud verbum
per quod illud verbum de quo hic lo-
quitur factum sit. Sed illud verbum
per quod istud factum est dico unum
genitum dei filium per quod omnia
facta sunt. Si autem verbum istud per quod
omnia facta sunt non est factum, ergo non
est creatura. Et si non est creatura,
necesse est dicere ipsum esse eiusdem
substantie cum patre, cum omnis substantia
preter essentiam divinam facta sit.
Substantia autem que creatura non est
deus est. Verbum ergo per quod omnia
facta sunt consubstantiale est patri,
cum nec factum sit nec creatura. Sic
igitur habemus verbi equalitatem
ad patrem secundum Crisostomum, coeternitatem secundum
Hylarium et consubstantialitatem secundum Augustinum
per hoc quod dicit omnia per ipsum, scilicet verbum,
facta sunt. Cavendi autem sunt hic
tres errores. Primo error Valen-
tini, qui per hoc quod dicitur omnia per ipsum
facta sunt intellexit quod verbum prebu-
erit causam creatori, qui mundum crea-
ret, ut dicatur omnia per ipsum sunt facta
esse, quasi ex verbo processit quod hic deus
visibilis mundi conditor mundum
creavit. Et hic videtur redire in
opinionem illorum qui dicunt deum mundum
fecisse propter aliquam causam exteriorem,
quod est contra illud Proverbiorum xvi°:

Universa propter semetipsum operatus est dominus.
Et ideo falsitatem eius reprobando Origenes
dicit: Si verbum fuisset causa creatori
prestans ei materiam causam ad mundum
faciendum, non dixisset omnia per verbum facta
sunt, sed econverso omnia facta sunt a verbo
per creaturam. Secundo vitandus est er-
ror Arrii, qui intelligit quod dicit omnia per ip-
sum facta sunt, intelligit etiam spiritum sanctum
inter omnia facta factum fuisse per verbum,
ex quo sequitur ipsum esse creaturam.
Sed hoc est hereticum, cum spiritus sanctus
sit eiusdem substantie et dignitatis cum patre
et filio, iuxta illud Matthei ultimo:
Docete omnes gentes baptizantes
eos in nomine patris et filii et spiritus sancti.
Et secundum illud Iohannis: Tres sunt qui
testimonium dant in celo, pater et verbum
et spiritus sanctus, et hii tres unum sunt. Cum ergo di-
citur omnia per ipsum facta sunt, non est
intelligendum simpliciter omnia facta esse, sed
in genere creaturarum et rerum factarum,
quasi diceret: omnia que facta sunt per ipsum facta sunt.
Alias si simpliciter intelligatur, etiam pater
per ipsum factus esset, quod est falsum.
Regitur ut patet, ut aliquid patri
consubstantiale per verbum factum est. Tertio
vitandus est alius error Arrii.
Ipse namque sic omnia per verbum facta esse
voluit prout aliquid fit a maiori
per minorem, quod verbum minor sit filius
per quem facta sunt omnia, et ut organum
patris. Sed hoc est falsum, ut patet,
quia in scriptura invenimus non solum
aliqua facta esse per filium, sed etiam
per patrem sunt. i Cor i: Fidelis deus
per quem vocati estis in societatem
filii. Si ergo per patrem vocati sumus
in societatem filii eius, et ille per
quem aliquid fit est superiorem agente,
ergo et pater superiorem habebit. Sed hoc
est falsum, ergo et falsum est quod filius
per quem omnia facta sunt sit minor patre.
Theophilus volens Arrii dicere
quod sit per serram opus fieri dicatur,
quasi per organum, sic et per filium
omnia facta fuisse dicit, non quod ipse
sit factor, sed organum sicut facturarum

aiut filiu / tanqua fctm adhrit / ut
p eu oia fierent / Nos aut ad hu-
modi fictores mendacij simpli-
ciud em / Si em ut dicitis / pater
creasset adhrit filiu / ut eo tanq
organo uteret / videt q in ho-
norabilior sit filius / qua que facta
sut / sicut ea que p serram sut facta
/ ipso organo nobiliora sut / Nam
serra ppt ipa facta sit est. Sic et
ppter ipa que facta sut / ut aiut pr
creauit filiu / tanqua si deus nollz
cuncta creare / nequaqz filiu pro
duxisset / Eiud his verbis ipamq
Ad cuiq maiorez euidentia Sciendu
q qn dicit aliquid fieri p aliquem
/ hic p denotat cauitem in obo
respectu operacionis / sed diuisimode
Cum em opacio sm modu sin ubi
apbet media int opantem &
opatu / Cum dico edificator edi
ficat p serram / hic opacio accipit
media / int opantem & opatu /
Opacio aut dut pt considerari
uno modo sm q exit ab opante alio
modo sm q tmat ad opatu. Eu
q go ppositio p signat causa opa
cionis sm q exit ab opante /
quaqz vo sm q tmat ad opa
tum / Causam quidem opacois
sm q exit ab opante sic signat /
qn id quod signat p obliquu /
sic est causa opati / q opet / vel
sicut causa efficiens / vel formalis /
formalis quidem / sicut cu ignis ca
lefacit p calorem / calor e cau
sa formalis ignis / quia ignis
calefacit calore / Ca vo mouens
sic efficiens / ut si dicat Balliuus
opat p regem / rex e ca efficiens
balliuo / q opet / Et isto modo
intellexit valentinq / oia p ipm
facta sut / quasi ipm esset causa
conditori / ut oia faceret / Causa
litem vo opacionis sm q tmat
ad opatu / importat h ppositio
p / qn id quod signat p ipam ca
litatem / no est ca opanti / q
opet / sed est ca opacionis sm
q tmatur ad opatu / ut cu dico

Carpentarius facit scampnu p ser-
rum / ibi serrum no est causa
carpentario q opet / sed potiq
est causa q scampnu fiat ab
opante / Sic go cu dico / oia p
ipm facta sut / Si hic per denotat
causam mouentem siue efficien-
tem prem ad opandu / dicendu
q pr in filio opat p filiud / sed
p se ipm omnia opat ut dctm e
Si vero p denotat caz formalez
/ sic cu pat opat p sapienciam
suam / sicut p sua essencia / et
quia sapia et virtus patris
attribuit filio j cor. j dicit xm
dei virtutem & dei sapiaz / Ideo
p istud modu approbat dicit q pr
opat oia p filiud, i. p sapienciam
suam / Et ideo dt augq q hoc
q dicit ad Roma xjo Ex quo
oia p quem oia; in quo oia / appa
ribus personis / h in pri sm filio /
& in spm scto / Si vo hic p deno
tat calitem ex pte opati / tunc
hic q dicamq patrem oia p filium
opari / no est pp vo / sed pri
quia hic q est ca creaturarum
hrit ab alio / scz a pre a quo hrt
ut sit / sic tn ppt hic sequit / q
sit minorem patris / licet omne quod
est ab alio motu / ad aliqd opan-
dum / dicat vel com quod instru
Cu em dico aliquid opari per
virtutem ab alio acceptam / pt i
telligi dupl / Uno modo q ca sicut
virtus et dantis et accipientis / &
hic no qui opat p virtute cand
acceptam ab alio / no est minor /
sed est equalis ei a quo accept
Quia go pater cand virtutem
qua hrt / dat filio p qua filius
opat / cu dicit pat opat p
filiud / ppr hoc filius no e ideo
minor pre / neqz instrum / Sz hoc
sequit in illis qui no candem
virtutem accipiunt ab alio sz aliam
& causatam / Sic go pz / q spus
sctus no est fctus / nec filiq est
causa conditori q opat / neqz

patris minister seu instrumentum ut dicebat Arrius. Si autem recte consideren(tur) verba predicta, omnia per ipsum facta sunt, evidenter apparebit ewangelistam congruissime locutum fuisse. Quicumque enim aliquid facit, oportet quod illud preconcipiat in sua sapientia, alioquin nunquam aliquis faceret aliquid, nisi preexistat actualiter conceptio sue sapientie, que sit forma et racio rei fiende. Sicut forma artis in mente artificis preconcepta est racio artis faciende. Sic ergo deus nichil operatur nisi per conceptum sui intellectus, qui est sapientia ab eterno preconcepta scilicet dei verbum et dei filius. Et ideo impossibile est quod aliquid faciat nisi per filium. Unde dicit Augustinus vi.o de trinitate, quod verbum est ars omnipotentis et sapientis dei plena racionum viventium. Sic ergo omnia que pater facit per ipsum facta sunt. Et licet filius sit agens principale, non tamen est a se, sed a patre a quo habet virtutem et actionem et factionem. Ideo ewangelista usus est hac preposicione per, ne filius intelligatur ingenitus. Sic igitur ista clausula declarat ipsius verbi superentitatem, subauctorem, et primariam intellectualitatem. Primum patet, quia si per verbum omnia facta sunt, ergo verbum non est inter omnia, sed super omnia, nec inter entia, sed super entia. Ideo unde quo loquitur Dionysius quod deus non est ens, sed super ens, non est bonus, sed super bonus. Est enim bonum perfectius bono ordinis, et bonum divinum, quod est super bonum perfectius et ordinis. Et per quod non est inter omnia sed super omnia, nec infra ordinem, sed supra ordinem. Si autem esset inter omnia, non fecerit omnia, sed etiam fecit seipsum ut dicit Augustinus. Secundum patet, quia idem est dicere omnia per ipsum facta sunt, quod dicere pater genuit verbum opificem omnium, non ergo hic per denotat inferioritatem in filio nec subiectionem sed subauctorem. Est enim verbum sicut creator omnium. Hoc habet a patre ita quod in patre est auctoritas, in filio subauctoritas, quam per hic per importatur, quia quod filius omnia creavit hoc habet a patre. Ab eodem enim habet verbum quod sit et quod operetur. Et si hic pater operatur per filium, non quod filius cadat quasi medium inter patrem operantem et ipsam operacionem, quia hoc est impossibile, sed quia operatio filii terminatur ad operatum, hoc autem habet filius a patre. Ita quod sit sensus pater operatur per filium, id est dedit filio quod operetur, dando sibi eandem scientiam et eandem virtutem quam habet, et hoc quia genuit eum opificem omnium. Tercium vero scilicet quod ista clausula declarat in verbo primariam intellectualitatem respectu factorum, patet quia omne agens per intellectum oportet quod primo preconcipiat in sua sapientia id quod facit, alioquin nichil ageret nisi preconceptio precederet. Cum ergo deus sit agens per intellectum, oportet quod primo preconcipiat quicquid ab eo fit, et sic nichil agit nisi per conceptum sui intellectus, quod est verbum. Ideo dicit ewangelista quod omnia per ipsum facta sunt, in quo dicto hic per dicit habitudinem posterioritatis in verbo vel in emanacione verbi seu factorum seu creatorum, quia creatura non emanat a deo nisi prima intellectuali emanacione verbi in divinis, sicut archa in materia non emanat ab artifice nisi per intellectualem concepcionem arche in mente artificis. Attende ergo secundum Crisostomum quod omnia que Moyses per multa enumerat in productione rerum a deo dicens: Dixit deus: fiat lux, firmamentum et ceteris operibus sex dierum, hec omnia ewangelista exit deus, uno verbo comprehendit dicens: omnia per ipsum facta sunt, ita ut hic omnia divisionem importet et universitas sub hoc omnia nec cadit pater nec spiritus sanctus, nec quicquid divinum in quantum divinum est. Hec racio, quia Moyses intendebat tradere emanacionem creaturarum a deo. Et Iohannes vero ad altiorem festinans materiam in hoc libro intendit

nos inducere spiritualiter in cognitionem
creatoris. Et videtis, Augustinus omelia prima
super Johannem dicit: Ecce quod prodest
quia sonuerunt verba: In principio erat
verbum, et verbum erat apud deum, et
deus erat verbum. Et nos diximus
verba cum loqueremur. Numquid tale verbum
erat apud deum? Nonne ea que
diximus sonuerunt atque transierunt?
Ergo sonuit et verbum dei, et peractum
est? Quomodo omnia per ipsum facta sunt,
quomodo per illud regitur quod per illud
creatum est, si sonuit et transivit?
Quale ergo verbum quod et dicitur, et non
transit? Et subdit: Quid est illud
in corde tuo? Cum cogitas quamdam
substantiam vivam, perpetuam, omnipo-
tentem, infinitam, ubique presentem,
ubique totam, nusquam inclusam,
quando ista cogitas, hec est verbum
de deo in corde tuo. Et infra:
Refer animum ad illud verbum, si potes
habere verbum in corde tuo, tamquam
consilium natum in mente tua, ut
mens tua pariat tibi consilium,
et insit quasi proles mentis
tue, quasi filius cordis tui. Prius enim
cor generat consilium, ut aliquam fa-
bricam construas, aliquid amplum
in terra moliaris. Iam natum est
consilium, et nondum opus impletum
est. Vides tu quid facturus es,
sed alius non miratur, nisi cum
feceris et construxeris molem et
fabricam illam ad exsculptionem
perfectionemque perduxeris. Attendunt
homines mirabilem fabricam
et mirantur consilium fabricantis,
stupent quod vident, et amant
quod non vident. Quis est qui
potest videre consilium? Si ergo ex aliqua
magna fabrica laudatur humanum
consilium, vis videre quale con-
silium dei est, dominus Jhesus Christus,
id est verbum dei? Attende fabricam
istam mundi. Vide que sint facta per
verbum, et tunc cognosces quale sit
verbum. Attende hec duo corpora mundi,
caelum et terram. Quis ex-

plicat verbis ornatum celi? Quis ex-
plicat verbis fecunditatem terre?
Quis digne collaudat tempora vices?
Quis digne collaudat semina vim?
Et fabrica ergo ista mundi tanta quale
verbum est per quod facta est? Et non sola, [illegible]
nam per illud verbum et angeli facti sunt
et archangeli, potestates, sedes, dominationes,
principatus. Et in ipsa creatura
maior et minor per ipsum facta sunt,
suprema, infera, spiritualis, corporalis.
Nulla enim forma, nulla compages,
nulla concordia partium, nulla qualiscumque
substantia quae potest habere pondus, numerum,
mensuram, nisi per id verbum et ab illo
verbo creatore, cui dictum est: Omnia
in mensura numero et pondere
disposuisti. Subdit: Nemo ergo vos [illegible]
fallat quando forte tedium patimini
a muscis. Etenim aliqui decep-
ti sunt a dyabolo et a muscis capti sunt.
Solent enim aucupes in muscipula
ponere muscas, ut esurientes aves
decipiant. Sic et isti a muscis a
dyabolo decepti sunt. Nam nescio quis
tedium patiebatur a muscis; invenit
eum manicheus tedio affectum,
et cum diceret se non posse pati mu-
scas, et odisse illas vehementer, sta- [illegible]
tim ille: Quis fecit has? Et quia
tedio affectus erat, et oderat illas,
non ausus est dicere: Deus illas
fecit; erat autem catholicus. Ille
statim subiecit: Si deus illas non
fecit, quis illas fecit? Plane, ait
ille, ego credo quia dyabolus fecit
muscas. Et ille statim: Si dyabolus
muscas fecit, sicut te video con-
fiteri, quia prudenter intelligis,
apem quis fecit, que paulo am-
plior est musca? Non est ille
ausus dicere quia deus apem fecit
et muscam non fecit, quia res erat
proxima. Ab ape perduxit ad locu-
stam, a locusta ad lacertam, a la-
certa ad avem, ab ave perduxit
ad pecus, inde ad bovem, inde ad
elefantum, postremo ad hominem,
et persuasit homini quia non a deo

factus est homo. Ita ille miser cu
tedium passus esset a muscis, mu
sca factus est, quem diabolus possi
deret. Belzebub quippe dicitur
interpretatum princeps muscarum. Sed si
dictum est: musce morientes exterminant
oleum suavitatis. Et subdit: Quod
igitur? quare ista dixi? Claudite
aures cordis vestri adversus dolos
inimici, intelligite quia deus fecit
omnia et in suis gradibus collocavit.
Quare autem patimur multa mala
a creatura quam fecit deus? quia
offendimus deum. Numquid angeli
patiuntur? fortassis et nos in illa
vita ista nil timebimus. De pena
tua peccatum tuum accusa, non iudicem.
nam propter superbiam instituit deus
ut ista creatura minima et abiectissima
nos torqueret. ut cum superbus
fuit homo, et se iactaverit adversus
deum et cum sit mortalis mortale
terruerit, et cum homo sit, proximum
hominem non agnoverit, cum se erexerit,
pulicibus subiciatur. Et subdit:
Quid est quod te inflas humana
superbia. Homo tibi dixit convici
um, et tumuisti et iratus es, pu
licibus resiste, ut dormias. Co
gnosce quid sis. nam ut noveritis
quia propter superbiam nostram domandam
creata sunt ista, que molesta nobis
essent, populum pharaonis superbum
potuit deus domare de ursis
leonibus et serpentibus, muscas
et ranas illis immisit, ut rebus
vilissimis superbia domaretur. Omnia
ergo per ipsum facta sunt. Ex quibus ve
dictis excluduntur errores. Arrii
duo et Sabellii, primus quo dicebat fi
lium factum non genitum. Secundus quo
dicebat eum minorem patre. Item
Ar. quod dicebat filium dei lumen
spirituale creatum a deo. Et quod ve
lut per ministrum deus omnia produxit
in esse. Item per hoc excluditur error
antiquorum philosophorum, qui posuerunt
materiam et quedam corpora non habere

causam essendi. Et error quorundam
qui dicebant deum non esse causam
substantie celi, sed solum motus. Item [illegible]
hic error quorundam philosophorum, qui
posuerunt a deo in mente non produci
nisi unum effectum. Cum omnes predicti
non intellexerunt. quod per ipsum omnia
facta sunt. Per hoc tamen etiam non ex
cludit causalitatem secundam agentium, quia tamen non
agunt nisi per influxum primi agentis
quo abstracto omnia alia desinunt esse
et agere secundum Augustinum viii° de trinitate
c. 30. Ita deus qui creavit admi
nistrat ut hic causa motus proprios age
[illegible] vel hic causa, at quia nulla
alia causa esset efficiens ... esse
nisi a solo deo, liceat ergo ab aliis
causis alique res producatur, omnia
tamen et singula, sive a natura sive ab
arte producta in mente ab ipso solo
verbo habent esse. Omnia ergo per ipsum facta sunt.
Vel quidquid est factum in quantum na
per ipsum factum est. Glosa Augustini: Omnis
creatura visibilis et invisibilis
omnis forma, omnis compago, omnis
concordia partium per ipsum facta est.
Quod etiam posset ratione probari,
quecumque habent eandem essentiam
et idem principium productivum secundum ra
tionem producti producunt. Sed pater
et filius habent eandem essentiam divinam
et idem principium productivum singulare
scilicet voluntatem divinam, que est ea
dem omnino indistincta in patre et filio.
Ergo. Ex quo patet primo quod unum rerum
omnium habet superemimentem unitatem
entitatem, secundum Augustinum in glosa.
Et ideo nulla est creatura per quam
facta est omnis creatura. Secundo sequitur
quod deus per verbum suum est causa efficiens
omnium rerum causatarum. Necesse est enim
dicere: omne quod quocumque est a deo
esse. Si enim aliquid invenitur in
aliquo per participationem, necesse est quod
causetur ab eo cui essentialiter convenit,
sicut ferrum fit ignitum ab igne. Deus
autem est ipsum esse per se subsistens
et ideo esse subsistens non potest esse
nisi unum, sicut si albedo esset

subsistens non posset esse nisi una,
cum albedines multiplicentur secundum
recipientia. Relinquitur ergo quod omnia alia
a deo non sint suum esse, sed
participant esse. Necesse est ergo omnia
que diversificantur secundum diversam parti-
cipationem essendi ut sint perfectius
vel minus perfecte causari ab uno
primo ente quod est perfectissime.
Unde et Plato dixit quod necesse est ante
omnem multitudinem ponere unitatem.
Et philosophus dicit in 2o metaphysice quod id
quod est maxime ens et maxime
verum est causa omnis entis et
omnis veri, sicut id quod est ma-
xime calidum est causa omnis caliditatis.
Tercio sequitur quod materia prima est a
deo causata. Unde dicit Augustinus xii
confessionum: duo fecisti domine, unum
prope te scilicet angelum, aliud prope nihil
scilicet materiam. Sed contra, omne quod fit
fit ex subiecto proportionato, ut in primo
physicorum. Sed materie prime non est ali-
quod subiectum, ergo non est a deo
facta. Respondeo. Antiqui philosophi paulatim
et quasi pedetentim intraverunt
in cognitionem veritatis. A principio
enim quasi grossiores existentes
non estimabant entia nisi corpora
sensibilia, quorum qui ponebant
in eis motum non considerabant
motum nisi secundum aliqua accidentia,
utputa secundum raritatem et densitatem,
congregationem et segregationem. Et sup-
ponentes ipsam substantiam corporum
increatam, assignabant aliquas
causas huiusmodi accidentalium transmu-
tationum, utpote amicitiam, litem,
intellectum aut aliquid huiusmodi.
Ulterius vero procedentes distinxerunt
per intellectum inter formam substantialem
et materiam, quam ponebant increatam,
et perceperunt transmutationem in
corporibus secundum formas essentiales.
Quarum transmutationum quasdam
causas universaliores ponebant, ut ob-
liquum circulum secundum Apuleium, vel
ydeas secundum Platonem. Consideraverunt

etiam quod sicut materia per formam contrahitur
ad determinatam speciem, sic substantia
alicuius speciei per accidens ei adveniens
contrahitur ad determinatum modum essendi,
ut homo contrahitur per album. Utrique
ergo consideraverunt ens particulari quadam
consideratione, vel inquantum est hoc ens
vel inquantum est tale ens. Et sic rebus
agentes particulares causas assignaverunt.
Et ulterius aliqui erexerunt se ad
considerandum ens inquantum est ens,
et consideraverunt causam rerum non solum
secundum quod sunt hec vel talia, sed secundum quod sunt
entia. Hoc ergo quod est causa rerum in-
quantum sunt entia, oportet esse causam
rerum non solum secundum quod sunt talia per
formas accidentales, neque secundum quod
sunt hec per formas substantiales,
sed etiam secundum omne illud quod pertinet
ad esse eorum quocumque modo. Et sic oportet
etiam materiam primam ponere causatam
ab universali causa entium. Ad primum ergo
philosophorum dicendum quod loquitur de fieri
particulari, quod est de forma in for-
mam, sive substantialem sive accidentalem.
Hic autem loquitur de emanatione rerum
emanationem earum ab universali [entibus]
principio essendi, a qua quidem
emanatione nec materia excluditur,
licet a primo modo factionis excludatur.
Ex quo patet quomodo sit intelligendum
quod Plato dicebat duo esse principia
ab eterno, scilicet opificem et materiam.
Nam opifex et materia sunt duo prin-
cipia rerum que sunt ex materia,
opifex ut a quo, materia ut ex quo.
Sed non sunt duo principia quorum
neutrum sit ab altero. Nam ipsa
materia est ab opifice. Unde Augustinus
in libro de symbolo: Ideo deus
est omnipotens quia omnia ex ni-
chilo fecit quecumque fecit. Non enim
eum aliqua materies adiuvit ex
qua demonstraret artis sue poten-
ciam, sed ex nichilo cuncta creavit.
Decet enim esse omnipotentem
ut non solum fabrica sed etiam
materies ab illo dicatur qui ~~non~~

non habuit initium. Secundo dicitur extra videlicet quod creare sit proprium persone verbi, cum per ipsum facta sint omnia. Cuius oppositum dicit Dionysius 2° de di. no. quod omnia tota divinitate sunt omnia talia. Tercio creare est proprie causare esse rerum. Cum autem omne agens agat sibi simile, principium actionis considerari potest ex actionis effectu. Ignis enim est qui generat ignem. Et ideo creare convenit deo secundum esse suum, quod est eius essentia, que est communis tribus personis. Unde creare non est proprium alicui persone, sed est toti trinitati. Secundo tamen divine persone secundum rationes sue processionis habent causalitatem respectu creationis rerum. Nam deus est causa rerum per suum intellectum et voluntatem, sicut artifex rerum artificiatarum. Artifex autem per verbum in intellectu conceptum et per amorem sue voluntatis ad aliquid relatum operatur. Unde et deus pater operatus est creaturas per verbum suum, quod est filius, et per suum amorem, qui est spiritus sanctus. Et secundum hoc processiones personarum sunt rationes productionis creaturarum in quantum includunt essentialia attributa, que sunt scientia et voluntas. Et pro natura divina, licet communis sit tribus personis, ordine quodam eis convenit in quantum filius accipit naturam divinam a patre et spiritus sanctus ab utroque. Ita etiam et virtus creandi, licet communis sit tribus personis, ordine tamen quodam eis convenit. Nam filius habet eam [virtutem] a patre, sed spiritus sanctus ab utroque. Unde esse creatorem attribuitur patri, ut ei qui non habet virtutem creandi ab alio. De filio autem dicitur quod per ipsum omnia facta sunt, in quantum habet eandem virtutem sed ab alio. Nam hec prepositio per solet denotare causam mediam sive principium de principio. Sed spiritui sancto qui habet eandem virtutem ab utroque, attribuitur quod dominando

gubernet et vivificet omnia que sunt creata a patre per filium. Potest etiam communis ratio huius attributionis accipi ex proprietatibus, secundum quod aliud attribuitur. Nam patri attribuitur potentia, que maxime manifestatur in creatione. Et ideo patri attribuitur esse creatorem. Filio autem appropriatur sapientia, per quam agens per intellectum operatur. Et ideo dicitur de filio quod per ipsum facta sunt omnia. Spiritui sancto appropriatur bonitas, ad quam pertinet gubernatio deducens res in debitos fines, et vivificatio. Nam vita in quodam interiori motu consistit, primum autem movens est finis et bonitas. Ex quo patet ulterius quod philosophi ex ductu rationis habuerunt posse perveniendi ad cognitionem creationis. Nam dicit Apostolus ad Romanos primo quod invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus et divinitas. Cum ergo virtus et divinitas que sunt eterna ductu rationis conspicua sint, multo magis creatio que est temporalis. Triplex est namque cognitio, scilicet per inspirationem, per scripturarum declarationem, et operum revelationem. Omnibus autem istis modis contingit devenire in cognitionem creationis. Primo per inspirationem fidei, cum fides ponat creationem. Secundo per scripturarum divinarum inspectionem, que est ex lege prophetis et evangelio. Tercio ex operum revelatione. Nam operum revelatio inducit omnipotentiam esse in deo. Omnipotentia vero potest creationem, scilicet productionem de nihilo. Nam si non posset producere nisi ex aliquo, non esset omnipotens, cum maior potentia posset intelligi secundum veritatem. Et ita illa non est omnipotentia, scilicet potentia alligata materie. Creatio ergo est actus omnipotentie. Quidam autem philosophi non pervenerunt ad cognitionem creationis, et hoc est quia non ascenderunt ultra rationem materie. Qui autem etiam pervenerunt, tamen ex scripturis tum etiam ex operum considerationibus, patet per hoc quod dicit Augustinus in 8° confessionum

procurasti michi per quendam hominem quosdam platonicorum libros ex greca lingua in latinam versos. Et ibi legi non quidem hiisdem verbis sed hoc omnino multis et multiplicibus suaderi racionibus quod in principio erat verbum et verbum erat apud deum ipsis ad id. Et mundus eum non cognovit. Quod autem per in propria venit et sui eum non receperunt. Et iterum verbum caro factum est et habitabit in nobis: non ibi legi. Ex quo patet quod tunc ex scripturis tunc ex racionibus cognoverunt quod omnia per verbum facta sunt. Et quod solo verbo fecit omnia. Et ita manifestum et non describo ergo de illo.

Et sine ipso factum est nichil.

Hic ponitur secunda conclusio. videlicet quod est principium insufficiens nature enim dicitur. Et sine ipso factum est nichil scilicet qui nulli operacioni deest. Nam pater sine verbo nichil facit infra v° io° omnia que pater facit sic et filius facit. Similiter creatura nichil facit sine verbo cooperante, infra xv°. Sine me nichil potestis facere. Secundum tamen quod ut dicit Augustinus in libro de natura boni: quidam hanc literam perverse intellexerunt. Nam ex hoc modo loquendi quo iohannes hic utitur ponens hoc nichil in fine ordinis crediderunt hoc nichil affirmative teneri. quasi nichil sit aliquid quod sine verbo factum est. Unde voluerunt quod hec littera poneretur ad excludendum aliquid a verbo non factum. Unde dicebat quod per que euangelista dixerat omnia per ipsum facta sunt. consequenter adiungit et sine ipso factum est nichil. quasi dicat. Ita dico omnia per ipsum facta esse quod tamen sine ipso factum est aliquid scilicet ipsum nichil. Et ex hoc processit triplex heresis. Una valentini qui sicut dicit Augustinus multa posuit principia et ex illis dixit procedere xxx secula. Posuit enim primo duo esse principia scilicet profundum scilicet deum et silentium et ex hiis duobus dixit processisse x secula. Ex profundo autem et silencio dixit esse alia duo principia scilicet intellectum et veritatem. Ex quibus processerunt octo secula. Ex intellectu autem et veritate dixit esse alia duo principia scilicet verbum et vitam. Ex quibus procedunt xii secula. Et sic sunt xxx secula. Ex verbo autem et vita secundum eum processit homo christus et ecclesia. Sic ergo valentinus ponebat ante prolacionem verbi multa secula processisse. Et ideo dicit quod quia euangelista dixerat omnia per ipsum facta sunt ne quis intelligeret illa secula preter decima esse facta per verbum ideo consequenter adiungit. Et sine ipso factum est nichil id est omnia secula perexinna. Et quia in eis fuerunt ideo euangelista vocat nichil, quia perexinna sunt supra racionem nostram et quia sunt ab intellectu nostro capi non possunt. Unde Aug. Valentinus excludi sunt ab omnibus per verbum factis, que sunt in seculis facta quia credidit ante verbum extitisse. Sed evidencia loquitur ibi quid que putatur ab eo dimi demovetur ab omnibus. Hec autem velut ipse putat penitus destruunt verbo dicit omnia. Idem quidam qui false opinati sunt dyabolum non esse creaturam dei. Ingressus enim dyabolus est, creatura dei non est. Eis autem tamen attribuit esse dyabolum, divina est creatura. Arguit dicens hominem quendam creaturam dei non esse: quia tamen in eo quod homo est, creatura dei est. Ergo error ex hoc procedens fuit manichei, qui ponebat duo principia scilicet unum rerum incorporalium, aliud corporalium, dicit ergo quod cum iohannes dixit omnia per ipsum facta sunt ne intelligeretur verbum esse tamen corporalium que sunt a principio contrario ideo ad hoc excludendum consequenter adiungit Et sine ipso factum est nichil i. corporalia q. d. omne quod continetur in nichil factum est sine ipso. Tercium est error aliorum qui volunt quod per nichil intelligatur dyabolus iuxta illud Iob 18 habitent in tabernaculo illius socii eius qui non est. Et ideo Iohannes addidit sine ipso factum est nichil. Sed omnes isti errores ex uno fonte procedentes

l. exclusive quod hic nichil appositum in sue
clausule accipitur affirmative / ex-
cluditur per hoc quod hic nichil non po-
nitur affirmative sed negative tantum /
ut dicatur Sine ipso factum est nichil.
id est ita dico quod omnia per ipsum facta sunt /
quod nichil factum est sine ipso / Secundo
Cum hic posset intelligi per hoc quod dicit
omnia per ipsum facta esse / non cadat nova
clausula sequitur ergo specialis causa
aliqua quare addita est ista particula
Ideo secundum multos multipliciter introdu-
citur hec particula omnia per ipsum facta sunt /
Secundum Crisostomum sic introducitur / ewangelista
dixerat in precedenti clausula ne
ergo aliquis legens a moyse enumera-
ta solum visibilia crederet illa tantum
facta esse per verbum / et dicit omnia per ipsum
facta sunt / que moyses enumerat / nec
quiter inducit / et sine ipso factum est
nichil / quasi dicat nichil eorum que sunt
sive sit visibile sive intelligibile
est factum sine ipso / Et hic modo loquitur
apostolus ad Colossenses primo / omnia per ipsum
facta sunt / sive visibilia sive invisibilia
et ubi specialiter apostolus de invisibili-
bus fecit mentionem / quia de eis mo-
yses mentionem non fecerat / propter
imbecillitatem et ruditatem
intellectus iudeorum / quibus doctrinam
tradebat Alio modo etiam secundum Crisostomum
introducitur sic / posset enim aliquis
legens in aliis ewangelistis multa
signa et mirabilia a christo facta / secundum
illud Mathei xio Ceci vident claudi
ambulant et cetera multa / credere
per hoc quod dixit iohannes omnia per ipsum
facta sunt / intelligere debere omnia
illa tantum que ab aliis ewangelistis con-
tinentur et non alia per ipsum esse facta /
Et ideo ne quis hoc suspicetur
quiter ewangelista inducit Et sine
ipso factum est nichil / quasi diceret
non solum illa que in ewangeliis continentur
de christo / per ipsum facta sunt / sed nichil
eorum que facta sunt / sine ipso factum est
et sic secundum Crisostomum ista particula indu-
citur ad ostendendum totalem causalitatem
et quasi completam precedentis particule.
Secundum Hylarium vero introducitur hec particula
ad ostendendum patris et verbi indivisam
operationem / quia pater nichil operatur sine
filio nec e converso / et quod verbum licet operatur
virtutem ab alio / Quia enim ewangelista
dixerat omnia per ipsum facta sunt / posset
intelligi patrem excludi ab omni causalitate
Ideo consequenter ewangelista inducit Sine
ipso factum est nichil / quasi dicat Sic per eum
facta sunt omnia / ut tamen pater omnia cum eo
fecerit / non tamen verbum sine eo atque dicat
non plus / ut sit sensus non ipse so-
lus est per quem omnia facta sunt / sed ipse
est alius / sine quo factum est nichil
quasi dicit Sine ipso tamquam alio cooperante scilicet
patre factum est nichil / iuxta illud proverbiorum
viiio Cum eo eram cuncta componens /
non tamen per hoc excluditur spiritus sanctus /
qui est factor creaturarum / quia verba
essentialia addita uni persone / alias
non excludunt reliquas sed magis
includunt / Tercio sic introducitur hec
clausula ad ostendendum verbi
et aliorum agentium differentiam / com-
dictum enim erat supra / quod omnia per verbum
facta sunt / ex quo posset aliquis estima-
re suspicari quod verbum ita se haberet in agendo
sicut se habent alia agentia / quod ex-
cludit ewangelista dicens Sine ipso factum est nichil
nam alia agentia / sicut artifices
creati / respiciunt sua facta / dum sunt
in fieri / non autem respiciunt ea post tota
suo facto esse / domus enim indiget arti-
fice / quo ad suum fieri / sed tamen domus
potest persistere in suo facto esse sine in-
fluentia artificis / non enim est necesse
quod deficiente artifice / deficiat domus.
Et ideo domus potest esse in esse perfecto
sine artifice / verbum autem non solum respicit
facta quantum ad fieri / sed etiam quantum
ad factum esse / quia nichil potest perma-
nere in facto esse / sine influentia verbi
quia verbum sicut omnia producit / ita
omnia conservat in facto esse / Et hoc attendens
ewangelista dixit / Et sine ipso factum est
nichil / quasi dicat ita dictum est in precedenti
clausula / quod omnia per ipsum facta sunt
sed sic omnia dependent a verbo
quantum ad fieri / quod etiam dependent
ab eo quantum ad factum esse / quia nichil

factum est, i. nulla res permanet in facto
esse sine ipso, i. sine ipsius influencia
secundum gregorium l. 6 moralium in quadam
omelia que incipit vox spiritualis
aquile, et attribuitur origeni. Invenitur
ista expositio satis pulcra videtur
dicit, quod in greco ubi nos habemus
sine ipso, ibi habetur chorris, quod
idem est quod foris vel extra. q. d. ita
omnia per ipsum facta sunt, quod extra ipsum
factum est nichil. Et hoc ideo dicit
et hic inducit, ad ostendendum conservatorem
rerum in esse. Fore per ipsum quedam
enim sunt que non indigent quodam
agente nisi quantum ad ipsum eorum
fieri, non possunt subsistere per quam
facta sunt, absque agentis influencia
sicut domus indiget artifice quantum
ad suum fieri, sed tamen persistit in suo esse
absque artificis influencia. Ne ergo
crederet aliquis, omnia per verbum sic facta
esse, quod sit causa eorum ad fieri solum
et non quantum ad conservationem eorum
in esse, ideo convenienter evangelista subiun
git. Et sine ipso factum est nichil:
hoc est nichil factum est extra ipsum
quia ipse ambit omnia conservans ea.
Exponitur etiam hec particula secundum
origenem et augustinum et plures alios
sic, ut per nichil intelligatur peccatum.
Quia ergo iam dixit omnia per ipsum facta
sunt, posset intelligi peccata et mala
per ipsum facta esse. Ideo convenienter sub
iungit et nichil, i. peccatum, factum est
sine ipso. quia per artem non fit defectus
aliquis, sed forma (secundum artem). Defectus autem
non sunt causati per artem, sed eveniunt
preter artis virtutem, puta propter
indispositionem materie, vel aliud huiusmodi.
Et ideo per verbum quod est ars plena
omnium viventium, non fit aliquid inor
dinatum, nec aliquod sic malum seu
peccatum, quod dicitur non ens, secundum id
apostoli i corinthiorum viii°. Scimus quia ydo
lum nichil est in mundo, unde ydo
lum non est factum per verbum inquantum
est peccatum et malum, quamvis forma
ydoli inquantum est forma quedam

sit per verbum. Sic ergo ista clausula ad
additur ad ostendendum universalem cau
salitatem verbi secundum chrisostomum. Bonita
tem ad peccatum in operando secundum hilarium
et virtutem verbi in conservando, secundum
origenem, ac puritatem veritatis, quia sic
est causa bonorum quod non est causa peccati
secundum augustinum omelia prima super Johan
nem. Hoc quod dicitur sine ipso factum
est nichil, videte ne sic cogitetis
quasi nichil aliquid esset. Solet
enim dicere multi, male intelligentes
sine ipso factum est nichil, aliquid
esse nichil. Et manifestum est quod peccatum
nichil est, et nichil fiunt homines cum
peccant. Et ydolum non per verbum factum
est, sed cetera que facta sunt naturaliter que
cunque sunt in creaturis, omnia omnino
que fixa sunt in celo, que fulgent desuper,
que volitant sub celo, et que
moventur in ipsa natura rerum, omnis
omnino creatura ab angelo usque ad
vermiculum. Quid preclarius angelo
in creaturis, quid extremius vermiculo
in creaturis, per quem factus est angelus
per ipsum factus est et vermiculus,
et ibi multum de hoc. Sine ipso ergo
factum est peccatum, quia ipse non est fa
ctor peccati, sed tamen creatura rationalis
est factrix peccati, quia peccatum non est
nisi privatio boni debentis in
existere. Duplex enim est privatio.
Quedam est inexistentis forme
vel habitus ablatio, qualis est ce
citas in homine qui visum habuit.
Alia est privatio forme vel habitus
debentis inexistere, sic est in ceco
nato, qui nunquam vidit. Deberet
tamen ex natura hominis habere visum
eo quod visus est unus de quinque
sensibus, quos habet homo ex natura.
Peccatum ergo non est privatio primo modo
quia non privat aliquid quod in
existit formaliter, nisi demeritorie
inquantum deus propter demeritum peccatum
privat hominem gratia, virtutibus, eterna
vita, et aliis bonis spiritualibus et
corporalibus, quia miseros facit
populos peccatum, proverbiorum xiiii°. Ex peccato
peccatum

est privatio per se tamen modo, quia privat actum debitis circumstanciis quas deberet habere, alioquin ut esset bonus moralis et meritorie. Et illam privationem facit voluntas, quia obmittit voluntarie aliquas condiciones bonas quas deberet actus habere et dat oppositas. Et ideo peccatum est tamen a voluntate deficiente et non adeo efficiente. Sine ipso ergo factum est nichil, id est peccatum factum est sine ipso, quia verum tamen sit deus non potest peccare et deficere, peccatum autem nichil est nisi privatio et defectus boni. Et nichil fiunt homines cum peccant, non in essencia sed in acceptacione divina et in remuneratione divina eterna, vel nichil fiunt id est nichil faciunt, quia magis a bono deficiunt. 1 Cor. 8. Et exponit dicit apostolus: Scimus quod ydolum nichil est in mundo, id est inter creaturas mundi, secundum glossam ibidem. Materiam enim deus formavit, sed stulticia hominum formam dedit, scilicet quidem formam quadam humanam, sed ipse homo per verum factus est, ita forma hominis in ydolo non per ipsum verum facta est, vel ydolum non est in mundo, id est id quod putabat ydolum esse nichil est. Existimabat enim ydolum esse personam subsistentem, ex plasto et spiritu presidente, vel ydolum nichil est in mundo, id est nulla rei que sit in mundo similitudinem habens. Ydolum enim apostolus appellat speciem, quam non vidit oculus, sed animus sibi fingit, ut si quis humanis membris capitarius vel arietis formet, vel in uno habitu hominis duas facies et ymagines, quod hoc facit non similitudinem, sed ydolum facit. Facit enim quod non habet aliquid simile sibi, sed quod mens errorea et

curiosa repperit. Et ideo districte dictum est in lege: Non facies tibi ydolum neque similitudinem rei. Sic igitur patet ex dictis quod peccatum nichil ampliat subiective ad quod tenetur factione, hoc est formaliter. Per beatum Augustinum libro de natura boni contemnendum, non sunt audienda deliramenta hominum, qui nichil aliquid esse putant, quia ipsum in fine prime posita est, ut intelligatur quod nil inest. Utrum dicatur sine ipso nil est factum, an sine ipso factum est nichil. Sed tamen deus permittit semper mala in culpa, non potest causari, permittit fieri mala. Sciendum quod duplex est esse, quoddam est esse nature, secundum quem modum ratione cuius quod subsistit dicitur malum et malum dicitur aliquid, ut mala actio ratione actoris dicitur esse aliquid. Aliud est esse moris, prout esse est quod sinuat ordinem et tenetur quod naturam, ut dicit Boecius in 4o de consolatione, secundum quem modum mali homines, in eo quod mali, dicuntur non esse. Secundum enim hunc modum dicitur esse quod recte ordinatum est ad finem suum, videlicet deum, et sic malum non est, sed est privatio illius ordinis sine illius boni. Ex quo patet quod malum moris non privat vel minuit esse nature, ut quod homo est homo vel quod anima est anima. Per peccatum enim esse non privatur vel minuitur, sed sinuatur. Sed est aliud esse quod privatur vel minuitur, quod videlicet secundum ordinem debetur, tale esse non omnino sinuatur, sed aut privatur aut minuitur. Et sic malum secundum moris nichil est, quia est privatio et sic consideratum nec habet stabilitatem nec subsistenciam ratione boni quod privatur. Et hoc malum non habet causam propriam quam reducatur secundum quod homo ad causam primam, nec habet causam efficientem sed deficientem, sicut dicit

quid est peccare

Aug(ustinus) xi(?)o de civitate dei c. ix
mali non est causa efficiens sed defe-
ctus a bono. Si autem dicatur quod
cum malum habeat causam deficientem
tandem est venire ad primum
defectum, qui defectus tamen non potest
causam habebit. Causa ergo peccati
sive mali moris est liberum ar-
bitrium, quod se ipso deficit quando
tamen ad bonum esse, sicut dicit Aug(ustinus)
in libro de libero arbitrio: primum (ipsius)
malum per quod ut causa eius habet est
liberum arbitrium. Dicit enim: peccare est spre-
to incommutabili bono commuta-
bili bono adherere, quod facit
proprie voluntatis arbitrio. Ma-
lum ergo culpe non est a deo,
quia illius rei deus est ultor cuius
non est auctor, nec deo auctore
fit homo deterior, sed voluntatis
vitio. Sic ergo malum est in bono
sed non ex bono (sz bono). Quod est ex summo bo-
no est malum, immo ex hoc quod est ex
nihilo, secundum Aug(ustinum) xii de civit.
dei. Liberum enim arbitrium quia
liberum est non cogitur ad malum,
sed quia ex nihilo est vertibile
est in malum. Cum autem vertitur
propria voluntate vertitur. Et quia liberum
arbitrium est in angelo et in homine,
peccatum ab utrisque fieri potest et ab utrisque
est peccatum. Nam quod a diabolo
sit dicitur in libro de ecclesiasticis
dogmatibus: malum non est a
deo creatum sed a diabolo inventum
et etiam sit ab homine patratum, quia super
illud Ysaie xi(v) dixit [illegible]
[illegible], dicit glo-
sa: nisi teipsum subdideris demo-
nes non nocebunt tibi. Malum
ergo primo est a diabolo, unde super Io-
h(annis) 8: ille fuit homicida ab
initio, et postea mendax est et
pater eius, dicit glosa: vocat homi-
cidam non solum qui ferro sed qui
verbo occidit, ut diabolus primos parentes
et per eos. Sequitur: homo mendax
qui non est a se ipso sed ab alio ac-
cepit, scilicet diabolo. Et addit: et pater eius,
scilicet mendacii, quod ipse invenit.
Mendacium autem dicitur peccatum.
Cum ergo dicitur quod malum est a dy-
abolo, hoc est ratione prioris in ipso,
quia angelus est prior homine,
et ratione dignitatis et etiam ordinis,
quia diabolus invidit homini nature
et invidendo suggessit. Unde
dicit Bernardus super cantica sermone xvii:
vidit et in livore suo invidit
et molitus est habere subiectos
quos dedignatus est inferiores
[illegible] et inferiores, nam non decuit
esse quietos in gloria. Licet ergo di-
catur omne malum esse a diabolo,
non tamen hoc est ex eo quod homo non
habeat de se quod possit peccare
sine diaboli suggestione, quia sicut
liberum arbitrium habet de se vertibile,
ita de se potest cadere etiam si non
haberet suggestorem, sed dicitur
a diabolo ratione supradicta, scilicet vel
temporis vel ordinis. Horum autem
malorum permissio est ad ostensionem
potentie, sapientie, benignitatis
et iustitie dei. Primo permissio
malorum est ad ostensionem potentie
divine, non quod ex hoc divina potentia
esset maior, sed ut per hoc plura
declararet. Nam plus est posse
tam ex bonis elicere bona et
ex malis bona, quam tantum ex bo-
nis tantum. Item posse super bona
et super mala est amplius posse
quam fieri bona tantum, quia posse
super mala non esset nisi deus
permitteret mala fieri; ergo per-
missio est ad ostensionem potentie
divine. Ad ostensionem vero sapientie,
ut bonum decentius collocetur.
Collocatur autem bonum decentius in
malo superposito (bonum). Preterea quia contraria
iuxta se posita magis appa-
rent, bonum quod est iuxta
malum pulcrius apparet. Ex hoc
enim ostenditur sapientie pulcritudo

pulcritu[do]

Nam dicit Ysidorus in libro de summo
bono: non permitteret deus ma-
la oriri, nisi ex eis ipsis malis
bonum decor appareret aut emineret.
Sed pulcritudo est ad ostensionem ipsius
sapientie; ergo et permissio mali est
ad ostensionem sapientie. Ad idem Augu-
stinus xi de civitate dei: Sicut contra-
riorum opposita sermonis pulcri-
tudinem reddunt, ita quadam non
verborum sed rerum eloquentia contrariorum
oppositione seculi pulcritudo componitur.
Et in eodem alibi: Sicut pictura
cum colore nigro loco suo posita,
pulchre ita universitas rerum, si quis posset
intueri, cum peccatoribus pulcra
est, quamvis per se ipsos consideratos
sua deformitas turpet. Ad osten-
sionem vero benignitatis est permissio
mali, ut in hoc natura laudetur
et per quos actor nature. Unde Augustinus
xii de civitate dei: Cum recte vitupera-
tur vitium, procul dubio laudatur na-
tura. Sicut cum dicitur vitium oculorum
cecitas, ideo ostenditur quod ad naturam
oculorum pertinet visus; ita cum
vitium creature rationalis dicitur quod
non adhereret deo, satis declaratur
eius nature ut deo adhereat con-
venire. Item ad hoc sit ad decla-
rationem benignitatis, licet ex-
tus quod mali sit ad exercitium iu-
storum, sed quod exercentur iusti, hoc est
benignitatis divine, sicut patuit
in Job. Dixit enim Sathan: Mit-
te manum tuam et tange os ei-
us et carnem. Et postea dixit Dominus:
Ecce in manu tua est. Ubi notatur
permissio divina. Ex malis autem
illatis eius patientia declaratur. Et
Ysidorus in libro de summo bono:
Non amplius temptat dyabolus
quam dei voluntas permittit.
Temptando autem sanctos electorum profectibus
serviunt, et sic nolens utilitati electorum
servit dyabolus, quando eos temptationi-
bus suis non decipit, sed potius
erudit. Nam temptationes quas

ad quam initium movet, Christus
ad exercitium virtutis salubri utilitate
convertit. Et Augustinus libro xi super Genesim
ad litteram c. q.: Dicit: Cum per iniustos iusti et per
impios pii proficiant, frustra
deus non crearet quos malos presci-
ebat futuros. Cur enim non crearet
deus quos presciebat bonis pro-
futuros, ut et utiles bonis vo-
luntatibus exercendis ad monendos
qui nascantur, et sua per sua voluntate
puniantur. Ad ostensionem vero iustitie,
ut scilicet nullum malum sit inpunitum.
Unde Augustinus de natura boni: Aliquos
ordinatur natura ut iuste doleat
in suppliciis, quia ut impune gau-
deat in peccatis. Et glosa super illud
Romanos xiii: Non est potestas nisi
a deo, dicit: Iniustum non est ut
improbis accipientibus nocendi
potestatem malorum iniustas puniatur.
Propterea mala pene non essent nisi
mala culpe precessissent; sed non
precederent mala culpe nisi divina
permissione; ergo mala pene non essent
nisi precedente divina permissione.
Sed mala pene prosunt ad osten-
sionem divine iustitie; cum ergo deus
permittit mala culpe fieri, hoc est
ad ostensionem divine iustitie in peccatis.
Unde Augustinus in libro de natura bo-
ni: Peccantes in suppliciis ordinantur;
que ordinatio quia nature eorum
non competit, ideo pena est; sed
quia culpe congruit, iustitia est. Patet ergo
quod permissio malorum est ad ostensionem
potentie, sapientie, benignitatis et
iustitie divine. Augustinus in enchiridion:
Id quod malum dicitur bene ordina-
tum et suo loco positum est, e-
minentius commendat bona, ut
magis placeant et laudabilia
sint dum comparantur malis. Neque enim
deus omnipotens, quod etiam
infideles fatentur, cui est summa
potestas, cum summe bonus sit, ullo
modo sineret mali esse aliquid in opere

suo/ nisi ipse adeo esset omnipo-
tens et bonus ut benefaceret et
de malis/ Et secundum Alexandrum quia
creare dicitur aliquid ex nichilo
facere/ Sicut esse ex nichilo dicitur
dupliciter/ vel quod omnino nichil est
vel quod nichil est racione culpe/ vel
quod nichil est racione pene/ Sic et
creare dicitur dupliciter primo namque
modo dicitur creare omnino de ni-
chilo facere/ secundum hoc dicitur In prin-
cipio creavit deus celum et terram
Aliud dicitur de nichilo facere tunc re-
creat/ Hoc enim est de non esse cul-
pe reducere/ ad esse gracie/ Et
secundum hoc potest dici illud quod dicitur
in psalmo Exultate iusti in domino
in illo versu dixit et facta sunt/ Di-
cuntur enim ibi creata/ que per graciam
sunt recreata/ Tercio modo dicitur
creare/ cum id quod defecit
in bonum convertitur/ et hoc est malum
ad bonum ordinare/ et sic accipitur
cum dicitur/ Ego dominus faciens bonum
et creans malum/ mala enim in
bonum convertit/ Nota secundum beatum
Thomam libro quarto contra gentiles/ Res
facta per intellectum/ preexistit in con-
ceptu intellectus antequam esset in seipsa
Prius enim domus est in racione
artificis/ quam producatur in actum
Verbum autem dei est racio/ que a deo
facta sunt/ Oportet igitur quod omnia que
facta sunt a deo/ preextiterint in
verbo dei antequam essent in propria
natura/ Quod autem est in aliquo
ca est in eo per modum in quo est/
et non per proprium modum/ Domus enim
in mente artificis intelligibiliter immateria-
liter existit/ Res igitur intelligen-
de sunt in verbo dei preextitisse se-
cundum modum ipsius verbi/ Est autem mo-
dus ipsius verbi/ quod sit unum simplex
immateriale/ et non solum vivens sed
eciam vita/ cum sit suum esse/ Oportet
igitur quod res facte a deo/ preextiterint
in verbo dei immaterialiter/ et absque omni
composicione/ et quod nichil aliud in
eo sit quam ipsum verbum quod est

vita/ Ideo dicitur hic Quod factum est
in ipso/ i. in ipso vita erat etc.
Quod factum est in ipso vita erat
Hic ponitur tercia condicio verbi/ secundum quod
est principium prognoscens/ quia omnia
sunt in ipso antequam fiant/ et in
ipso vivunt/ sicut archa in mente
artificis/ dicit enim Augustinus vi de trinitate
quod verbum est ars omnipotentis et sapientis
dei/ plena omnium racionum viventium
Ecclesiastici xxiii° Domino deo antequam
crearentur/ omnia sunt agnita/ sic
et post perfectum respicit omnia/ Ideo
raciones in ipso vivunt/ quia non trans-
mutantur/ Iacobi primo apud quem
non est transmutacio nec vicissitu-
dinis obumbracio/ Continuatur ergo
sic post quam ostensum est quod verbum est
principium sufficiens et indeficiens
respectu factorum/ Hic ostendit quod est
principium omnia factibilia prognos-
cens/ Sciendum quod in ista clausula
cavendus est falsus intellectus
manichei/ qui ex hoc verbo motus
est ad dicendum/ quod omnia que sunt puta
lapis lignum et quecumque est in mundo
vivunt/ Et punctuabat sic Quod
factum est in ipso/ distinguens vita
erat/ sed non erat vita nisi viveret
Ergo quecumque factum est in ipso vivunt
Volt esse quod cum dicitur in ipso/ idem
est ac si dicatur per ipsum/ cum quandoque
in scriptura in ipso et per ipsum pro
eodem accipiantur secundum illud Co-
lossenses primo in ipso et per ipsum condi-
ta sunt omnia/ Sed hunc intellectum
ipsa experiencia ostendit esse falsum
Potest tamen sine errore multipliciter
exponi ista clausula/ primo
in illa omelia vox spiritualis aquile
que putatur esse Origenis/ sic exponitur
Quod factum est in ipso i. per ipsum
hoc vita erat/ non in seipso
sed in sua causa/ et in omnibus in
causatis/ Hoc est quod [illegible]/ quod effecta
sunt per naturam sunt per intellectum pro-
ducti/ sunt in suis causis/ non
secundum se vitam esse/ sed secundum virtutem
rum

Hec causa sunt effectus inferiores
sunt in se ut in causa non secundum corpus
esse sed secundum virtutem solis. Ymma
go causa omnium effectuum productorum
a deo est vita quedam et ars ple
na rationum viventium, ideo omne quod
factum est in ipso vita erat in sua
causa scilicet in deo. Augustinus autem aliter
legit sic punctuando. Quod factum
est distinguendo in ipso vita erat.
Res enim ut dictum est dupliciter
sunt considerari uno modo secundum quod
sunt in se ipsis alio modo secundum quod sunt
in verbo. Si considerantur secundum
quod sunt in se ipsis sic non omnes
res sunt vita nec etiam viventes
sed alique carent vita alique
vivunt. Sicut facta est terra facta
sunt et metalla que nec vita
sunt nec vivunt. Facta autem sunt
animalia facti sunt homines qui
vivunt solum sed secundum quod sunt
in se ipsis non sunt vita. Si
vero considerentur secundum quod sunt in
verbo non solum sunt viventes si
etiam vita. Nam rationes in sapientia
dei spiritualiter existentes quibus
res facte sunt ab ipso verbo sunt
vita. Sicut archa facta per arti
ficem in se quidem non vivit
nec est vita. Ratio vero archee
que precessit in mente artificis
vivit quodammodo in quantum habet
esse intellectuale in anima ipsius
artificis quod pertinet ad genus
vite non tamen est vita quia ipsum in
telligere artificis non est sua es
sentia neque suum esse. Sed in deo
autem suum intelligere est sua vita
et sua essentia, et ideo quicquid
est in deo quodammodo non solum
vivit sed est etiam ipsa vita quia
quicquid est in deo est sua essentia
unde creatura in deo est creatrix
essentia. Si ergo considerentur res
secundum quod sunt in verbo sic sunt vita
Hic ergo secundum Augustinum quod factum

est in ipso vita erat quia habebat
in ipso exemplar et rationem vivente
quod ratio dicitur vitalis vivens quia
spiritualis non materialis quia immutabi
bilis non variabilis quia eterna
non temporalis et haec est ratio vite
vita enim est actus spiritualis et
quasi quoddam ab ente quieto et semper no
fluens. Et isto modo exponendo litteram
ista clausula multis modis potest
introduci. Secundum Alexandrum primo ad
ostendendum ipsius verbi eternalem
precognitionem. Credenda enim sunt agen
tia ex impetu vel conditione nature
sua formam effectum consequentem
non precognoscentia nec agentia
a proposito voluntatis sicut ut ignis generat
ignem sicut calorem vel splendorem
sed ita generat quod ignem genitum vel
calorem seu splendorem non pre
cognoscebat. Alia agentia agunt
a proposito et per intellectum precognoscentia
effectum. Et tale agens est verbum quod per
intellectum precognoscendo, ideo dicit
evangelista. Quod factum est scilicet per verbum
in ipso vita erat id est precognoscebat
quasi vellet dicere ita facta sunt
omnia per verbum quod antequam fierent
vivebant in verbo quia per intelligebantur
et precognoscebantur a verbo ergo viva
rebant. Intelligere enim est quoddam
vivere. Nam triplex est gradus
vite. Primus vegetare qui est in
plantis de quo dicit apostolus 1 Cor. 15
Insipiens tu quod seminas non
vivificatur nisi prius moriatur, vi
vit quod moritur. ut vivificetur.
Bregl. in omnia de temporibus Secundus
gradus vite est sentire qua
vita vivunt bruta et irrationalia que
habent sensum et motum. Tertius gradus
est intelligere qua vita vivunt homines
et angeli talis etiam vita vivit deus
qui intelligit se et omnia alia a se.
Et excellit sicut quod est agens omnia precog
noscens. Secundo potest etiam introduci
ad ostendendum ipsius verbi immutabilem
dispositionem contra quorundam philosophorum errorem

opinionem qui posuerunt quod deus aliqua
que non cognosceret ne vilesceret
eius intellectus. Quam enim cogni-
tionem quam habet de rebus non abs-
trahit a rebus, sed in se ab eterno co-
gnovit quia omnes res facte vel particulares
fieri in ipso fuerunt ydeam sive ima-
ginem quia essencia sua est infinita
intensive et formaliter et ideo infinito-
rum representativa. Illud autem quod in
ipso fuit ab eterno est intellectualis
vita quia non est aliud a sua natura.
Ideo bene dicit Ewangelista: Quod factum
est in ipso vita erat. Ideo sua dispo-
sicio inmutabilis fuit. Vel sic quia
dictum erat quod omnia facta sunt per verbum.
Ex quo dicto posset aliquis in-
ferre quod verbum esset mutatum. Si
enim primo non fecit et postea in tempore
fecit, videtur quod sit mutatum. Hanc
suspicionem volens Ewangelista tolle-
re vel excludere dixit: Quod factum est
in ipso vita erat, ac si dicat: non
subito venit in mentem verbi ut
vellet omnia facere, sed ab eterno
disposuit omnia facere, in qua di-
sposicione omnia vivebant, sicut omnia
artificiata vivunt in mente artifi-
cis. De hac exposicione Augustinus sicut dicit
Augustinus. Quare Ewangelista omnem crea-
turam dixit factam per verbum, ne quis
forte mutabilem crederet eius vo-
luntatem quasi subito vellet fa-
cere creaturam quam ab eterno
non habuit, et ideo docere intendit
factam quidem creaturam in tempore,
sed in eterna creatoris sapiencia
quando et quomodo crearet esse fuisse di-
spositum. Vel aliter sic melius vi-
deatur. Si enim deus fieret de
non intelligente intelligens vel de
non disponente disponens quod ab
eterno non disposuisset et postea
disposuisset in tempore, necessario muta-
retur. Eodem modo mutaretur
si non de volente fieret volens.
Et racio huius est quia disponere
intelligere et velle in deo dicunt
actum intrinsecum non transeuntem in
exteriorem materiam quia dicitur nono
Metaphysice quod intelligere et velle sunt
acciones manentes in agente. Et
quia manent in agente, ideo non
potest esse successio et variacio in
talibus accionibus sine mutacione
agentis. Et sic deus non potest fieri de
non intelligente intelligens vel de
nolente volens sine sui mutacione.
Potest tamen fieri de non creante creans
sine sui mutacione. Racio quia creare
est accio transiens in extrinsecam materiam
quod est creabile, et ideo tota mu-
tacio est ex parte creabilis et non
ex parte creantis, quia relacio potest
aliquando advenire uni extremo
sine mutacione alterius extremi.
Sicut quod iste veniens ad me sit
michi dexter et iterum sinister
preter quod ego non mutor, sed ille circa
me movetur. Sic creatura pro-
ducitur a deo de non esse ad esse,
acquirit relacionem ad deum cum sui
mutacione. Tamen deus propter hoc nichil
est mutatus, et sic solum creabile
mutatur. Creacio in creatore dicit
relacionem creatoris ad creaturam
et ideo potest provenire per solam
mutacionem creabilis. Ergo ista littera
introducitur ad ostendendam ipsius
verbi immutabilem disposicionem.
Tercio potest hec littera introduci
ad ostendendum in ipsius factis
duplicem existendi modum scilicet in
effectu et in quo sunt in se ipsis, et
quedam vivunt, quedam non. Et in verbo
sive conceptu primi artificis in quo
conceptu omnia vivunt. Et de hoc
duplici modo existendi loquitur Augustinus
super Iohannem omelia prima, ponens
exemplum de duplici esse arche fabri. Si-
cut archa in arte invisibilis
est, in opere visibilis erit. Ecce
facta est archa in opere, numquid
desiit esse in arte? Quasi dicat non,
sed illa in opere est facta et illa ma-
net que in arte est. Nam potest illa
archa putrescere, et iterum ex illa
que in arte est alia fabricari.

archa in opere non est vita, archa in arte est vita, quia vivit in artifice, ubi sunt ista omnia antequam producantur in opere. Origenes tamen hic duplicem modum essendi ponit aliter. Dicit enim quod omnia sunt in verbo vitaliter et causaliter et uniformiter, que tamen sunt in se ipsis diversimode et effective. Non est enim impossibile quod aliud modum essendi habeant res in verbo et in se ipsis. Et ponit exemplum de virtute plantas generare et fructum, in se ipsa diversa est, que tamen in singulis seminibus simul continentur. Multiplices etiam regule in se, in arte artificis unum sunt. Infinitus etiam numerus lineare in uno puncto unum subsistunt. Et per eundem modum facta que sunt diversa in se, unum sunt in verbo, in quo vivunt. Quarto potest hec clausula introduci ad ostendendum naturam spiritualis vivificatoris, et sic Origenes super Iohannem legit istam literam sic punctuando: Quod factum est in ipso / distinguendo: vita erat. Ad cuius evidenciam prenotandum quod de filio dicuntur aliqua uno modo sicut scilicet dicitur deus omnipotens, et huiusmodi. Aliqua vero dicuntur de eo per comparacionem ad nos, sicut dicitur salvator, redemptor, et huiusmodi. Aliqua vero sunt utroque modo dicta, sicut iusticia, sapiencia. In omnibus autem que absolute et simpliciter de filio dicuntur, non dicitur quod filius sit factus, sicut non dicitur deus factus, nec omnipotens. Sed in illis que dicuntur in comparacione ad nos, seu utroque modo, potest addi adiunctio facti, ut illud .1. Cor. 1. quod dicit apostolus de Christo: Qui factus est nobis a deo sapiencia et iusticia et redempcio et sanctificacio. Sempiternus enim est. Quod et Christus licet semper in se fuit sapiencia et iusticia, tamen potest dici quod de novo factus est nobis sapiencia et iusticia in tempore, ex eo

quod facit nos sapere recte. Et similiter Origenes exponens dicit quod licet verbum seu filius dei secundum se semper sit vita, tamen factus est nobis vita, per hoc quod nos vivificavit, iuxta illud Ro. xv° Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Et ideo dicit quod verbum quod factum est scilicet nobis in ipso scilicet verbo, vita erat, ut quemadmodum nobis fieret vita, et ideo statim subdidit: Et vita erat lux hominum. Verbum ad tempus quod incarnacionis ubi fructum. Et similiter hac exposicione factum refertur ad Christi humanitatem, ut sit sensus: Quod factum est in ipso scilicet verbo scilicet quod factum est caro, vita erat, scilicet redemptor. Et secundum hunc modum legendi esset bonum thema in nativitate domini, ut ponit notentur incarnacionis humilitas, admirabilis incarnacionis generacio passionis. Et de incarnacionis utilitas, efficiens, melior quod dicitur vita erat. Fuit enim Christus causa efficiens vite interioris per graciam. Fuit causa exemplaris exterioris vite per conversacionem suam. Fuit causa finalis vite superioris per gloriam hilarius aut sic punctuat: Et sine ipso factum est nichil quod factum est, in ipso, et post addit: vita erat. Quia sicut ipse dicit in 2° de trinitate, cum dicitur: sine ipso factum est nichil, posset suspicari quod quedam alia ab hiis que per ipsum facta sunt, fierent facta, non per ipsum, non tamen sine ipso, sed in eis assonaverunt facientem, et hoc etiam esse addicionem ad correccionem precedentis. Ne ergo hoc intelligatur, ideo cum dixisset: omnia per ipsum facta sunt, subiungit: et sine ipso factum est nichil, quod factum est in ipso, id est per ipsum factum est. Et huius racio est quia vita erat. Manifestum est enim quod secundum hunc modum omnia dicuntur per verbum facta, in quantum verbum ex patre procedens, deus est. Ponamus ergo quod aliquis pater filium habeat, qui non sit perfecte huius operacionis hominis, sed

paulatim adolescere pueriat / mani
festu est / q multa faciet no pfil'm
licet no sine eo / quia g filius dei
ab eterno cu filius sit fuit / habuit
pfectam vitam eandem quam
habet pater, vn dt Sicut pr
habet vitam in semetipso ita et filio
dedit vitam habere in semetipso.
Ideo no pt dici q deus pater et
p nichil fecerit sine filio / aliqua
tn fecit non p eum / quia vita erat.
In vivete em contingere pt
q vitam pfectam precedat vita
imperfecta / sed in ipa vita p se
et absolute nullo mo precedit
vita imperfecta / Quia g vita e
pfecte vita / in qua fuit in eo vi-
ta imperfecta / sed semp pfecta / et
ideo nichil sn eo factum e / qd
tn pt fctm in xpo .i. p ipm / Alia
expositio aut alius modus legendi
habet et punctuat / Sine eo fctm e
nichil / quod fctm est / Et hoc io
quia posset aliquis credere q
spus sctus e fctus p vm / et io
hoc excludens cavanta addit /
quod fctm est / et pga sequitur
in ipo vita erat / Quod ppter
duo introducitur / ut sz post pro
ductionem omn rerum, ostendat
indeficientia influentie et cau
salitatis / ad res no solu pductas,
sed etia producendas / q.d. in
ipo vita erat / quia no solu oia
pducere potuit / sed etia q h
indeficientem influxu, et cau
salitate absq mutationis dis
pendio ad res continuo pducen
das / utpote fons vivus ex q
tinuo fluxu no minorat / a
qua vero collecta et no viva / ex
modico defluxu deficit et minorat
vn dicitur in pbo qm apud te
est fons vite / Et ut ostendat
gubernatio rerum, esse p vbum,
Quia em in ipo vita erat / on
ditur q no pducit res p nccitate
nature / sed p voluntate et in

tellectum / et q res productas gubnat
Hebreorum iiij° vivus est sermo dei
et efficax et penetrabilior omni gla
dio ancipiti et ptingens usque
ad divisionem ai et s. / Et quia apud grecos
Crisostomus est tante auctis in expo
sitionibus suis / q ubi ipe expo-
suit in sacra scriptura / nullam alia
expositionem ad mittit, nisi suam
/ inde est q in omnibus libris
grecis no invenitur alit punctuatio
quam sic hic posita est / Sine
ipo fctm est nichil quod fctm
est / Ex hac g lra totum intellectus
introducta et exposita pz q
omnia in deo sunt vita. Racio q
vivere dei / est eius intelligere
In deo aut idem est intellectus
et quod intelligit et ipm eius intelli
gere / vn quicqd est in deo ut
intellectum / est ipm vivere seu vi
ta eius / Et ideo cu omnia que
sunt a deo facta / sint in ipo ut in
intellectu / sequitur q omnia sunt in
ipo / ipa vita divina / vn et pbus
xij° methaphisice / cum ipo q deus sit
intellectus / concludit q habeat
vita pfectissima et sempiterna
/ quia intellectus eius e pfectissimq
et semp in actu / Sed g actum
xviij° / dt aplus q in ipo vivimus
movemur et sumus / sed no omnia
in deo sunt motus / ergo no omnia
in deo sunt vita / Dicendum q creatura
dicuntur esse in deo dupliciter
uno mo inquantum continentur et con
servantur virtute divina / sic ea dicimus
in nobis que sunt in nra ptate
/ et sic creature dicuntur esse in deo
etia put sunt in ppriis naturis
Et hoc mo intelligendum e vbm
apli dicentis in ipo vivimus move
mur et sumus / quia et nostrum
esse et nrm vivere et nrm mo
veri causatur a deo / Alio modo
res dicuntur esse in deo sicut in co
gnoscente / Et sic sunt in deo p
pprias rationes / q in deo no sunt ab

aliud ab essentia divina / unde res que sic sunt a deo / sunt essentia divina. Et quia essentia divina est vita non autem motus / inde est quod res sic modo loquendi in deo non sunt motus sed vita / Ex quo patet quod cum dicitur actuum xvii^o In ipso vivimus etc. alio modo capitur vita et secundum aliam rationem quam hic / quia cum dicitur in ipso vivimus / ponitur conservatio vite iam existentis / Cum autem hic dicitur in ipso erant vita / notatur immutabilitas sive simplicitas / et sic precedit res / et sic sunt excellentissima vita que deus est / non enim est ponere excellentiorem vitam / Sed dicitur secundum Augustinum libro de vera religione Substantia vivens est melior qualibet substantia non vivente Ergo ea que in se ipsis non vivunt / in deo sunt vita videtur quod verius sunt res in deo quam in se ipsis / quod in videtur secundum / cum in se ipsis sint in actu / in deo autem in potentia. Ideo Si de ratione rerum naturalium non esset materia / sed tantum forma / omnibus modis verior modo res naturales essent in mente divina per platonis ideas quam in se ipsis / propter quod et plato posuit quod homo separatus erat verus homo / homo autem materialis est homo per participationem / Sed quia de ratione rerum naturalium est materia / dicendum quod res naturales verius habent esse simpliciter in mente divina quam in se ipsis / quia in mente divina habent esse increatum / in se ipsis autem esse creatum / Sed esse hoc puta homo vel equus / verius habent in propria natura quam in mente / quia ad veritatem hominis pertinet esse materiale / quod non habet in mente divina / sicut domus que est in materia quam que est in mente / quia hec est domus in actu / illa est domus

in potentia / sic esse simpliciter vere vel sine determinatione verius est in deo / sed esse determinatum verius est in natura propria / Nam verius esse habet asinus in deo quam in stabulo / sed non verius esse asinum / Notandum quod nomina perfectionum finita / plus perfectionis important in abstracto quam in concreto / Ratio quia concretum dicit partem abstractum vero totum / verbi gratia bonum dicitur aliquid / eo quod participat aliquam bonitatem / Similiter vivum eo quod participat vitam / Unde patet aliquid quod non participat ab aliquo bonitatem vel vitam / sed ipsum sit pura bonitas et pura vita essentialiter / hic utrumque est perfectionis maioris. Tale autem quid non est reperire in rebus creatis / sed in solo deo qui solus est pura bonitas et pura vita essentialiter / unde Bonaventura super tertium sententiarum 21 distinctione Recitat congruentiam quare dicitur quod christus est pura bonitas sapientia / quam deus bonus sapiens. Et secundum Augustinum unde omnia et omne quod in ipso est non solum est vivum immo et ipsa vita / Ergo dicit textus quod factum est in ipso vita erat. Circa quod moraliter notandum quod opus virtutis est opus vite / sicut opera vitiosa dicuntur opera mortis unde qui vitiis et peccatis obnoxius est / dicitur ei apocalypsis 3^o nomen habes quod vivas et mortuus es / opus autem virtutis est opus bonum / nulla autem opera bona sunt nisi in deo facta secundum illud psalmi In deo faciemus virtutem / Et Ecclesiastici 24 Qui operantur in me non peccabunt / unde de viro iusto dicitur infra 3^o / quod opera eius in deo facta sunt / Et xv^o Sicut palmes non potest facere fructum nisi manserit in vite / sic et vos nisi in me manseritis / Ergo volumus scire an opera nostra sunt viva vel vitiosa sive bona et divina videamus si sunt facta in deo unde dicitur hic quod factum est / in ipso vita erat

v vitale in deo aut sit / quod in
tantate sit | Joh. imo cum ma
net in tantate in deo manet
et deus in eo | dicit ego ergo volu
mus scire an opa nra sint in
deo · videamus si sint viua viua
vero opa sunt que ex et per se
no habent mouens neque fine
/ et talia opa sunt in deo / Rursus
si volumus scire an opus nrm
sit in deo videamus si opus nrm
sit vita nra · v si volumus bn ac
iuste agere / hic bn agere sit
nobis carius et dulcius qua
vita temporalis / sicut illud Eccli iiij go
pro iustitia agonizare pro anima tua /
et usque ad mortem / certa pro iustitia
Sic Apostolus ad phil. i° mihi vi
uere xpus est et mori lucrum
ei pro erit / sicut opus nrm est
in deo opus diuinum et iustum
Ad hoc nos inuitat xpus Luce
ix° Si quis vult venire post
me abneget semetipsum et tol
lat crucem suam et sequatur me
/ hinc est quod ipsi martires potius
elegerunt vita suam relinquere
/ quam opa sua in deo no facere
/ et hoc est quod etiam dicit quod
factum est / in ipso vita erat / hoc e
opus nrm in deo e vita nra
imo carius quam vita nostra

Et vita erat lux hominum:

Hic ponitur quarta condicio vi
· s · quod verbum est aliis cognitionem in
gerens seu tribuens / Et quamuis
sic superius insinuat eminentia
virtutem · vi sicut quod est omnium rerum
productiuum / et omnia precognoscens
/ Hic insinuat eam virtutem / sicut
quod se specialiter habet ad homines /
dicens / hic verbum / esse lucem hominum /
Et duo facit eminentia / quia primo
ostendit quod verbum est cognitionem aliis
tribuens / sicut lux participata
Secundo / ostendit quod ita est lux partici
pata / quod tamen est lux incomplexa /
ibi Et lux in tenebris lucet &c /

Et pot tamen dupliciter exponi / Vno modo
per influxum cognitionis naturalis
Alio modo sicut communicationem gratie / dicit ergo
quantum ad primum / Et vita / s · ia dicta
per qua facta sunt omnia erat lux hominum
participata ab hominibus / vbi primo co
siderandum quod sicut Aug. et alios do
ctores nomen lucis magis proprie
dicitur in spiritualibus / quam in sensi-
bilibus / Ambro. tamen videtur velle
quod splendor dicatur in deo metha
forice / sed in hoc non est magna
vis facienda / nam de quocumque
dicatur nomen lucis / pro ad mani
festationem refertur / siue illa ma
nifestatio sit in intelligibilibus /
siue in sensibilibus seu corporalibus
Si ergo comparentur ad inuicem
manifestatio sensibilis et intelligibilis
/ nomen lucis · prius quidem sicut
naturam · inuenitur in intelligibilibus /
/ quo ad nos vero / prius in sensi
bilibus / Et ideo si attendamus
ad ipam naturam manifestationis
/ prius dicitur lux in intelligibilibus
quam in sensibilibus / Si vero atten
damus / ad nominis impositionem /
/ est econverso / Ad hoc autem hac emi
nentiam qua dicitur / Et vita
erat lux hominum est aduertendum
· quod hic ita primo introducitur
ad ostendendam ipsius verbi primam
entitatem / nam entia excedunt
se sicut gradus / Quedam enim sunt
tamen · non tamen viuunt / vt lapides
et hec tenent infimum gradum in
entibus / Quedam vero sunt et viuunt
et horum est multiplex gradus /
Quedam namque viuunt / sed absque
luce / quia nullum habent manifestationem
cognitionis / vt plante / propter quod
vita eorum non est lux / Quedam
vero viuunt et cognoscunt / sed tamen eorum
cognitio non sit sensus / tamen est naturalis
/ et particularis / sicut est in brutis
/ et ideo hec / et vitam habent et lucem
/ sed tamen non habent lucem hominum / et hec

tenet medium gradum in entibus
et viventibus. Quedam vero et vivunt
et cognoscunt non solum ipsa vera
sed etiam ipsius veritatis rationem
sicut creature rationales quibus non so-
lum manifestatur hoc vel illud
sed et ipsa veritas que manifesta lux
est et manifestativa omnium. Et hec
tenet supremum gradum in entibus
creatis. Et hunc gradum dedit in-
telligere evangelista cum dixit: Et vi-
ta erat lux hominum, quasi dicat verbum non
solum est viventia quia dictum
est: Verbum erat in principio. Nec solum
est viventia quia dictum est quod
factum est in ipso vita erat. Sed est
intellectualia quia verbum est intel-
lectualitas per essentiam precipitata
ab omni intellectuali creatura. Evangelista
ergo loquens de verbo dat ipsum non solum
vitam sed addit lucem. Nec intelli-
gas vitam sine cognitione. Addidit
etiam hominum, nec supponeris cogni-
tionem talem qualis est in brutis.
Ex quo patet quod ipsam lucem primam
sola creatura rationalis capere potest.
Unde dicit Augustinus omelia prima super
Iohannem: Et ipsa vita illuminantur
homines, non pecora, quia non
sunt rationales mentes que pos-
sunt videre sapientiam. Homo vero
factus est ad ymaginem dei et
habet rationalem mentem per qua
possit percipere sapientiam. Ergo ista
vita per quam facta sunt omnia lux
est non quorumcumque animalium, sed lux
hominum. Unde infra consequenter dicit: Erat
lux vera que illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. Ab ista
ergo luce illuminatus erat qui dixit:
In principio erat verbum etc. Ergo illa
vita erat lux hominum. Ex quo elu-
ditur error epicureorum qui totam
rationalem felicitatem ponebant in
sensibus corporis, et dicebant quod quando
movetur corpus, movetur et anima.
Et eorum qui dicebant sensum et intellec-
tum esse idem. Sed cum ista lux sive
verbum sit communis angelis et hominibus
9 queritur quare non dixit lux hominum

et angelorum sive rationalium creaturarum.
Sed tantum dixit hominum. Respondetur dicendum: Ch-
risostomus enim dicit quod evangelista intendebat
in isto evangelio tradere nobis noti-
tiam de verbo secundum quod ad salutem hominum
ordinatur. Et ideo magis refert in-
tentionem suam ad homines quam
ad angelos. Origenes vero dicit
quod participatio huius lucis pertinet ad ho-
mines, in quantum sunt nature rationalis.
Et quia homines sunt rationalis nature
ideo per hoc nomen homo, voluit hic
intelligi totam rationalem crea-
turam, ut dicatur: Et vita erat lux
hominum, id est totius rationalis creature.
Solos tamen homines nominat quia
angelica natura prime creatura
est pura lux intellectualis creata.
Natura autem humana non est pura sed ob-
umbrata. Unde dicit Ysaac quod ratio
nostra oritur in umbra intelligen-
tie. Et hec competit hominum ex unio-
ne anime ad corpus. Cum ergo angelica
natura sit pura lux et de se lucens
verbum non dicitur lux angelorum. Cum
sit eis lux creata. Natura vero intel-
lectualitas hominis est tenebris
fantasmatum obumbrata, et de se
non lucet, nisi per primam lucem illu-
stretur. Hinc est quod verbum dicitur lux
hominum. Unde dicit Augustinus: Sicut non vi-
det corporalis oculus nisi lumine
corporali illustretur, sic nec intel-
lectualis, nisi lumine supernaturali illu-
minetur. Preterea hoc est quod dicit vita erat
lux hominum importatur perfectio et
dignitas huius vite quia est intellectua-
lis seu rationalis. Illa enim illa di-
cuntur viventia que se aliquo mo-
vent. Illa dicuntur perfectam habere vitam
que perfecte seipsa movent. Movere
autem seipsum perfecte et perfecte in creatis
inferioribus solius est hominis
nam et si alia moveantur ex seipsis
ab aliquo principio intrinseco non
tamen moventur libere sed ut ab ali-
quo acta et determinata ad hoc vel
illud. Homo vero cum sit dominus sui actus
libere seipsum movet ad omnia
que vult. Et ideo habet vitam perfectam.

et simpliciter quelibet natura rationalis sive intellectualis. Vita ergo vera que est lux nature rationalis est perfecta. Attenditur etiam in verbo proposito conveniens ordo dictorum. Nam in naturali rerum ordine primo invenimus esse, sicut quid communissimum, secundo vivere et tertio intelligere. Congrue ergo evangelista describens nobis verbum primo posuit eius esse cum dixit: In principio erat verbum. Secundo eius vitam cum dixit: Quod factum est in ipso vita erat. Tertio eius intelligentiam cum dicit: Et vita erat lux hominum. Secundum Augustinum quedam vite attribuit lucem, quia lux non nisi viventis potest attribui. Sciendum tamen quod lux duplex considerata potest ad videntem, vel ut obiectiva vel ut principiata, sicut patet in sensu exteriori. Oculus enim lucem exteriorem cognoscit tamquam obiectum, sed ad hoc quod eam videat, oportet quod participet aliquam lucem exteriorem per quam aptetur et disponatur oculus ad lucem exteriorem videndam. Sic ergo quod hic dicitur Vita erat lux hominum potest dupliciter intelligi. Uno modo ut dicatur lux hominum per modum obiecti, quasi a solis hominibus perceptibilis, quia ipsam sola creatura rationalis conspicere potest, cum ipsa sola sit divine visionis capax. Job 35: Docet nos super iumenta terre et super volucres celi erudit nos, quia licet alia animalia cognoscant aliqua que vera sunt, solus tamen homo cognoscit ipsam veritatis rationem. Alio modo potest dici lux hominum ut principiata. Nunquam enim ipsum verbum et ipsam lucem conspicere possemus nisi per eius participationem que in homine est superior pars anime, scilicet lux intellectiva, de qua dicitur in Psalmo: Signatum est super nos lumen vultus tui domine, id est in superiori parte anime, scilicet in ratione, lumine filii qui est facies dei patris qua manifestatur. Vultus ergo dei ratio nostra accipitur, quia sicut per vultum cognoscitur aliquis, ita per speculum rationis

cognoscitur deus. Et sicut vultus conformitate alicuius alii assimilatur, ita per rationem nostram deo assimilamur, secundum illud Genesis primo: Fecit deus hominem ad ymaginem et similitudinem suam. Hec autem facies, scilicet ratio, per peccatum hominis est deformata, per quod homo dissimilis factus est deo, sed per gratiam Christi reparatur. Unde dicit apostolus Ephesios 4: Renovamini spiritu mentis vestre. Gratia ergo qua renovatur homo ymago creata potest dici hic lux hominum secundum [illegible] gratie. Triplex enim est ymago, scilicet creationis, recreationis et similitudinis. Ymago creationis est in qua scilicet creatus est et factus homo, scilicet ratio. Ymago vero recreationis est per quam reformatur ymago creata, scilicet gratia dei que menti reparande infunditur. Sed ymago similitudinis est ad quam factus est homo, scilicet ad ymaginem et similitudinem non patris tantum vel filii vel spiritus sancti, sed totius trinitatis: per memoriam similis patri, per intelligentiam filio, per dilectionem spiritui sancto. Unde Augustinus: meminerim te, intelligam te, diligam te. Lumen ergo vultus est gratia iustificationis qua ymago creata insignitur ut denarius ymagine regis. Et hoc lumen secundum Augustinum est custos hominis bonum. Et excellit propter dignitatis humane conditionis, quia non solum participat secundum gradum vite, scilicet intelligentie, sed etiam factus est ad imaginem et similitudinem dei, de qua dicit Augustinus in libro de spiritu et anima: Tanta dignitas humane nature esse dinoscitur, ut non solum iubentis sermone sicut opera sex dierum, sed consilio sancte trinitatis et opere divine maiestatis creatus sit homo, ut ex prime conditionis honore intelligeret quantum deberet suo creatori conditori, cum tantum in magnificum dignitatis privilegium prestitit ei conditor, ut tanto amplius conditorem diligeret, quanto mirabilius se ab ipso conditum intelligeret.

Nec obstat solum quod aptissime civi-
tatis sic excellenter conditus sit,
sed etiam quod ad imaginem et similitudinem
suam creavit eum, quod nulli alii
ex creaturis donavit, ... Non ...
honor potuit esse homini quam quod ad
sui conditoris similitudinem conderetur.
Et obstat homo dicitur finis creaturarum.
Nam omnes creature ordinate sunt
ad utilitatem hominis ut deducitur
in 2o sententiarum de prima. Et quantam
dignitatem conditionis humane
designavit hic evangelista dicens
Et vita erat lux hominum tamquam
nobilissime creaturarum in qua ma-
xime refulget lux verbi, quia lux
verbi divini homini naturaliter est impressa
non dicto. Propter hoc enim intellectu-
alitas lux appellatur, quia lux
est ratio manifestandi, nam omne quod
manifestatur in lumine manifestatur,
ergo quia per intelligibilitatem nobis
manifestantur intelligibilia, ideo in-
tellectualitas lux dicitur. Unde et
Philosophus 3o de anima intellectum agen-
tem vocat lucem. Sicut ergo se
habet lux ad manifestationem colorum
sive coloratorum, ita intellectualitas
interior ad manifestationem intellectu-
alium. Propter quam manifestationem
ipsa intellectualitas dicitur lux hominum.
Et in tantum dicuntur homines illuminari
in quantum participant lucem intellectualem
que nos illuminat ut speculemur
et dirigit ut recte operemur. Sicut
ergo rationes omnium viventium sunt viventes
in verbo, sic et rationes omnium lucentium
et non lucentium in verbo lucentia exi-
stunt. Et sicut omnia vivunt in verbo
non tamen omnia sunt in se ipsis vita,
sed solum illa que habent vitam, sic
licet omnia sint in deo lux aut
lucentia, non tamen omnia in se ipsis
lucent, sed solum illa dicuntur lucentia
que habent intellectualem naturam.
Cum ergo homines sint intellectualis
nature recte verbum dicitur lux hominum.
qa Sed tunc queritur quare verbum non dicitur
vita hominum sicut dicitur lux hominum.
Respondetur quod hoc est ideo quia homines
de se sunt viventes, sed non lucentes.
Licet vita hominum exaratur causetur
a vita verbi. Etiam quia homines
non solum habent vitam intellectualem,
sed etiam sensitivam et vegetativam,
ne ergo aliquis crederet esse talem
vitam verbi, ideo non dixit evangelista
verbum esse vitam hominum. Secundo queritur qo
quare non dicitur verbum erat lux hominum
sed dicitur vita erat lux hominum.
Respondetur secundum Augustinum ideo quia vita
accipitur hic non quia est communis cum
irrationabilibus, sed tantum intellectualibus.
Et hic potest duplex considerari provenien-
tia. Homo est in potentia ad intelligendum,
et talis vita non participat lucem
nisi in potentia. Alio modo prout homo est
actu intelligens, et talis vita re-
quirit lucem actu. Ergo homo
ut participat verbum divinum potest esse in
potentia ad intelligendum, sed quanto parti-
cipat vitam intellectualem, que specie
in actu intelligendi perficitur, cum meretur
actu illustrari, et tunc idem est lux
et vita. Hinc est quod dicitur Et
vita erat lux hominum, non autem dicitur
verbum erat lux hominum, quamquam idem
sint verbum et vita. Tertio queritur 3a q
quomodo verbum dicitur et intelligitur esse
lux hominum. Si enim intelligitur de luce
sive intellectu hominis, ita quod homo non
potest aliter intelligere nisi lumine
divino illustretur, ita quod ad actum
intelligendi hominis ultra generalem
influentiam dei requiritur ad intel-
lectum hominis, tunc homo videretur
esse imperfectior omnibus creaturis,
cum quelibet creatura possit agere
et in suam operationem debitam ferri
sine speciali concursu dei, sed homo
in sua operatione debita que est in-
telligere indiget auxilio extrinseco,
et sic deficeret in naturalibus, quod est
inconveniens. Respondetur quod cognitio intel-
lectualis est duplex. Una qua cogno-
scitur veritas rei simpliciter intelligendo
sicut res est, et hec cognitio ...
..., et convenit homini ex puris
naturalibus, non excludendo generalem

ro prophetarum commendata scripture /
poterant non solum ad presentes sed etiam

ad posteros pervenire. Voluit ergo deus
homines ad sui cognitionem producere per
testimonia prophetarum perdurancia. ut non solum
presentes sed etiam futuri de christo illuminarentur.
Et ideo signanter dicit ut omnes crede-
rent per illum. non solum presentes sed etiam
futuri. Et intellige quod dicit ut omnes crederent
per illum / ponitur utrique testificationis ratio.
Hec enim sunt ratio. finis et utilitas.
ut ipsius testimonii. omnes faceret crede-
re in christum veram lucem. in quo iohannes
baptizat dicens in eum qui venturus esset
post ipsum ut crederent. Hic est in actibus
actis xix°. Tertia ratio propter testimoniorum
multiplicitatem quia homines sunt diversa
conditionis et diversimode ad cognitionem
veritatis dispositi. Quidam namque
magis perducuntur ad cognitionem veritatis
per signa et miracula. quidam vero magis
per sapientiam unde dicitur i cor. i. Iudei si-
gna petunt greci sapientiam querunt.
Ut ergo dominus ostenderet omnibus viam
salutis. utramque viam pandere voluit
scilicet signorum et sapientie. ut qui non pro-
ducerentur ad viam salutis per miracula
in veteri et novo testamento facta. sal-
tem per viam sapientie in prophetis et in
aliis sacre scripture libris ad veritatis
cognitionem pervenirent. Quarta ratio
est Crisostomi. ad condescendendum nostram in-
firmitatem. quia scilicet homines nisi
in intellectibus. veritatem et cognitionem
dei in se ipsis capere non possunt. vo-
luit deus condescendere quosdam
homines per alios de divinis illuminando.
ut ab eis humano modo cognitionem
de divinis acciperent / quorum cognitionem
in se ipsis attingere non valebant.
Et ideo dicit / ut omnes crederent per illum
q.d. venit in testimonium. non quidem
propter ipsum lumen. sed propter ipsos homines,
qui quia lucem in se videre non
possunt / saltem per lucernam lucentem as-
stant. Solus autem erat lucerna ar-
dens et lucens infra v°. Contra co-
pt addi vz ut in testificationibus am-
plificaret maiorem copiositatem. ut per
illa testimonia inveniretur sublimia prima

sed auricola doctor et martir/
Dicit ergo patet idonea esse et competenda
persona, utpote nobis nimia ad ve- *testimonia*
ritatis cognitionem ducens per fidem. Id-
eo dicit, ut omnes crederent per illum. quia
duplex est perceptio divini luminis. una est
perfecta que est in gloria. de qua in psalmo/ *duplex perceptio divini luminis*
In lumine tuo videbimus lumen. Alia est
imperfecta que habetur per fidem. de qua
habetur. dicitur. Et de utraque dicitur i corin-
thiorum xiiio. videmus nunc per speculum in
enigmate / tunc autem facie ad faciem
nunc cognosco ex parte tunc autem cogno-
scam / sicut et cognitus sum. Istorum au-
tem modorum prior est modus preparatorius/
per fidem. quia per ipsam pervenitur ad
speciem/ unde ysaia viio secundum aliam litteram
nisi credideritis non permanebitis.
ii corinthiorum iiio/ nos autem revelata facie
transformamur a claritate in clarita-
tem. gloza. a claritate fidei in cla-
ritatem speciei, ubi ei similes erimus
quia videbimus eum sicuti est. Nunc
autem videmus in fide et per obscure
Sed tunc transformabimur de una
forma in aliam formam/ transibimus/
sed de obscura in lucidam/ tunc similes
ei erimus in gloria, et videbimus per
glosam que nunc fide contemplamur
et obscure/ dicit ergo ut omnes crederent
per illum, non perfecte statim viderent
sed primo per fidem credendo/ perqua
perveniant in patria speciem. dicit autem
per eum. ut ostendat ordinem eius ad Christum/
Christus enim venit ut omnes crederent
per eum/ et in eum. infra viio. Qui cre-
dit in me. flumina de ventre eius
fluent aque vive. Johannes vero/ ut omnes cre-
derent in eum non quidem in eum/ sed per
eum in Christum. Sed dices/ Si adhuc in- *[illegible] perhibent*
missus est Johannes. ut omnes per ipsum cre-
derent in Christum/ et in vero non omnes
crediderunt neque credunt, videtur quod
frustra venit. Respondeo/ quod quantum
est ex parte dei mittentis, et ex parte
Johannis venientis/ sufficiens modus
adhibitus est omnibus per remedio
ad fidem. Sed ex parte eorum qui statu-
erunt oculos suos declinare in terram
et noluerunt ipsum lumen videre, de-

fectus fuit/ quod non omnes crediderunt.
Licet autem Johannes de quo tot dicta
sunt, et quod missus adeo magnus
sit nichilominus tamen eius adventus non est
sufficiens hominibus ad salutem
quia salus hominis nisi consistit
quod participet ipsam lucem. unde si Johannes
lux fuisset, sufficeret hominibus
ad salutem eius adventus. sed ipse
non erat lux. unde subditur in littera
non erat ille lux sed ut testimonium
perhiberet de lumine. Et ideo nimia erat
lux que sufficiens esset hominibus ad
salutem/ unde et si non omnes sunt illu-
minati. nec omnes testimonium Johannis
acceperunt, non erat defectus ex parte
Christi. qui est lux illuminans. nec Johannis
testificantis/ quia Christus sufficienter
illuxit, et Johannes sufficiens testimonium
perhibuit/ et de contingentibus nil
obmisit, igitur ex parte illorum nullus
defectus fuit, sed ex parte hominum qui
in suo intellectu excecati et in voluntate
obdurati. nec credere volebant
nec obstaculum in voluntate removere/
Ponit Theophilus exemplum de in-
cludente se in domo tenebrosa
que si sol non illuminat. non sol sed
ipse est in causa. Vel aliter. Johannes
venit ut testimonium perhibeat de lumine
Conjectura autem est quod testificans
est maioris auctoritatis quam ille cui per-
hibet testimonium. ne ergo credatur
Johannes esse maioris auctoritatis quam
Christus. ideo dicit ewangelista non erat
ille lux sed ut testimonium perhiberet
de lumine. Testatur enim non solum
quia maior. sed quia est notior.
etsi non sit minor. Et quod dicit non erat
ille lux potest esse false opinionis
exterpatio, quia sicut dicitur Luce
3o Estimaverunt de Johanne multi
ne forte esset Christus. eorum fal-
sam opinionem removet ewangelista,
dicens non erat ille lux. Item dicens
ad Ephesios vto dicitur. Eratis aliquando
tenebre. nunc autem lux in domino
ergo omnes boni sunt lux. Item Mathei
vto vos estis lux mundi/ Sicut ergo

iohannes et apostoli et omnes boni lux. Secundo quidam ut theophilus et alii dicunt quod iohannes non erat lux sine articulo quia sic est solus dei filius, sed per lux ponatur sine articulo tunc iohannes et alii sancti sunt lux. Quod est dictum secundum glosam, quod duplex est lux scilicet illuminans et illuminata. Modo iohannes et alii sancti et boni non sunt lux illuminans sed lux illuminata a prima luce. Sed contra Math. v. vos dicit luceat lux vestra coram hominibus etc. et phil. 2o. inter quos lucetis sicut luminaria. Dicendum quod est lux effectiva que est per essentiam et sic solus deus est lux illuminans. Et est lux illuminans dispositive que est lux per participationem et sic iohannes et sancti sunt lux quia illuminant verbo et exemplo. Dicit ergo iohannes fuit lux per participationem. Et quia predicabat verum lumen ideo congruenter testimonium perhiberet de lumine. Sicut ignis quemcumque manifestatur per aliquod ignitum et color per coloratum quam per aliquid aliud etc. Et sic manifestatur quod verbum divinum veneret in notitiam hominum quia sicut verbum interius formatum cognoscitur per verbi vocem exterius prolatam, ita verbum divinum incarnatum per iohannis precursoris testimonium. Ideo ipse se dicit vocem infra eod. Ego vox clamantis in deserto. Ideo dicit euangelista non erat ille lux scilicet vera nullis tenebris obscurata vel obscurari potente, qualis est sola deitas quia deus lux est et in eo non sunt ulle tenebre i Ioh. 1o. Sed ut testimonium perhiberet de lumine scilicet de verbo incarnato quod est lux ex deitate et lucens ex humanitate. Et secundum Aug. Sicut quamquam non possimus lucem corporalem videre propter debilitatem visus nostri possumus tamen videre parietes illuminatos ita propter infirmitatem mentis que nobis innata est ex peccato primi parentis non possumus lucem claram spiritualem intueri sicut dicit Aug. xvo de trinitate c. ultimo. Que causa nunc lucem ipsam acie fixa videre non potes nisi infirmitatis. Et quis eam tibi fecit? Utique iniquitas tua. Colligitur autem ex evangelistis nove testimonia iohannis de christo. Primo de filii dei assumpta humanitate infra eodem Qui post me venit. Secundo de eius immensa eternitate ibidem ante me factus est quia prior me erat. Tertio de filii dei a patre distinctione ibidem Ego vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei. Quarto de eius intellectualis perfectionis completione quia infra eod. Super quem signum divinitatis super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum hic est qui baptizat in spiritu sancto. Ideo ait Et ego vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de celo et mansit super eum et ego nesciebam eum. Quinto de eius spiritualis perfectionis receptione aliorum emundatione infra eod. Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Math. 3o. Ipse baptizabit vos spiritu et igni. Sexto de eius finalis iudicationis discretione Math. 3o. Cuius ventilabrum in manu eius scilicet potestas vel auctoritas iuste iudicandi et dividendi bonos a malis sicut ventilabro dividitur granum a paleis. Et permundabit aream suam scilicet ecclesiam et aggregabit triticum scilicet electos in horreum suum scilicet in eterne beatitudinis locum. Paleas autem scilicet malos a vera fide vel opere variores comburet igni inextinguibili scilicet infernali qui nunquam extinguetur Esa. ultimo. Septimo de totius nostre reformationis et redemptionis per morte eius infra eod. Ecce agnus dei scilicet occidendus pro hominibus. Ecce qui tollit peccata mundi. Octavo de eius utili predicatione Math. 3o. Penitentiam agite et facite dignos fructus penitentie Luce 3o. Docebat turbas de operibus

Jo. i

de finali iudicio

nunc ad eum qui habet duas tunicas
i. superfluas, secundum glozam quia secundum
Ieronimum quilibet est natura per vna
tunica est e quo. Nono de dura
peccatorum reprehensione ibi Genimina
viperarum quis ondit vobis fugere
a ventura ira etc. Sequitur textus
Erat lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum
In mundo erat et mundus per ipsum factus
est et mundus eum non cognouit
Superius egit euangelista de aduentu
precursoris et teste verbi, in ista vero
parte agit de aduentu regis et sal
uatoris scilicet de ipso verbo incarnato. Et
hec pars diuiditur in quatuor. In quarum
prima premittitur aduenienti racio oc
casionalis. Secundo ponitur aduenientis
persona salutaris ibi In ipsa venit etc.
Tercio onditur ipsius aduentus fru
ctus spiritualis ibi Quotquot autem
receperunt eum etc. Quarto describitur
ipsius aduenientis modus singularis
ibi Et verbum caro factum est. Quinto ex
primitur ipsius aduentus cognicio
experimentalis ibi Et vidimus gloriam
eius etc. Racio autem occasionalis verbi
aduenientis in carne fuit ista
quia cum ipsum verbum ante incarnacionem
fuit summa lux omnium hominum omnibus
presens in mundo, tamen adhuc non cogno
scebatur a mundo. Ideo visibilis effecta
est ut cognosceretur. Unde Crisostomus Erat
in mundo sed eius non reputabatur ad ce
co quod nondum cognoscebatur. Dignum
est induere carnem ut cognosceretur.
Et hoc est quod dicit euangelista Erat
lux vera. Ubi notandum quod si aliqua
non illuminant potest contingere ex qua
druplici causa. Aut quia lumen in se
est defectiuum, aut quia ad illuminan
dum est insufficiens, aut quia illuminandum
non est presens, aut quia aliquid est
obsistens. Verbum autem ante Christi incar
nacionem nullo modo non erat illuminatiuum.
Hoc non erat propter aliquam trium par
tium. Relinquitur ergo quod propter quartam

scilicet quia fuit obsistencia temporum

Quatuor ergo tanguntur in littera.
Primo onditur lucis excellencia
quia erat lux vera scilicet per essenciam.
Tamen ergo non fuit ex lucis defectiua.
Secundo onditur eadem lucis sufficiencia
quia potens est illuminare omnia
que sibi subduntur. Que illuminat omnem hominem etc.
Tamen ergo non fuit ex lucis insufficiencia.
Tercio onditur eiusdem lucis diuina presencia
quia in mundo erat. Non ergo fuit in
mundo defectus diuine cognicionis
ex parte verbi quia fuit efficax ad
illuminandum et sufficiens et presens quia
erat lux vera etc. Quomodo autem verbum
sit lux et quomodo sit hominum quod supra
satis explanatum est superfluum
est ad presens reiterare. Istud tamen
ad presens addendum est quo verbum sit lux
vera. Secundum enim igitur ad huius euidenciam
quod verbum in scriptura tribus opponitur.
Aliquando enim diuiditur contra falsum sicut
ad Ephesios quarto deponentes mendacium
mendacium loquimini veritatem etc.
Aliquando vero diuiditur contra figurale sicut
infra eodem Lex per moysen data
est, gracia et veritas per ihesum Christum facta
est, quia veritas figurarum legalium
impleta est per Christum. Aliquando vero
diuiditur contra participans infra ultimo
ut simus in vero filio eius scilicet qui non
est filius per participacionem. Fuit autem
ante aduentum verbi in mundo quedam
lux qua philosophi se iactabant habere
sed hec quidem falsa fuit quia ut dicitur
ad Romanos primo Euanuerunt in cogi
tacionibus suis et obscuratum est insi
piens cor eorum. Dicentes enim se esse sa
pientes stulti facti sunt. Ieremie x°
Stultus factus est omnis homo a
sapiencia sua. Fuit eciam et quedam alia
lux qua gloriabantur se habere iudei
ex doctrina legis. Sed hec quidem
fuit figuralis. Hebreorum x° Umbram
habens lex futurorum bonorum non ipsam
imaginem rerum. Sed que melius exprimit
rem quam umbra, nunquam potest facere
perfectos accedentes etc. Erat enim in angelis
et in sanctis hominibus lux quedam mensuram
specialiori modo per graciam deum cogno-

sctebant Sed hec erat lux pparata /
Job 24 Omp que no splenduit lu
men eius &c q d aurum lucidi
sunt in tm lucet · magistro pticipat
lumen dei / vm aut dei / no erat
lux falsa no figuralis · no ptici
pata / sed lux vera · x p essentiam
suam / na vmq3 dicit veru
ex tribus / p'mo si attingat forma
substatiale illi nac · scdo si nichil
alieni habeat admixtu · tercio si no
sit adventiciu / vbu go dicit lux
vera · 1a scdm aug 20 sup gen
lux no accipit in diuinis metaphori
ce vl figuratie · nec est lux deo
adventicia · quasi aliude illuiata
/ sed est lux illuiaus ut dctm est
igit vm est lux vera / in quo qdam
excludit triplex error · p'mo fo
tini · qui xpm opinatus est initi
um ex maria sumpsisse / Et ideo ne
quis hic suspicari posset · ewangelista
loquens de incarnacon verbi dt /
Erat lux vera · s · ab eterno no solu
an virgine / sed an omem crea
turam / Excludit etia error arri
dic xpm no fuisse veru deum
sed creatum tm / Et ideo s vm esse /
no est lux vera / ut dicit ewan /
Si em ut pa joh po deus lux
est / no quidem p creacom · s lux
vera / vm aut · ut hic dicit /
/ erat lux vera / manifestu est
illud esse deu / vm patet igitur
racio veritatis dim vi / ad diuina
cognicom tangenda / quia erat
lux vera / Sunt eti in xpo lux nac
quatu ad diuinitatem / et hec dr
lux vera / qua nulli pculi p
mixta / Quis em creatura quatum
sit decracon pculis ad no esse q
tantu recedit a luce / et tm accedit
ad tenebram · x ad no esse rei /
deus aut quia excludit omem rors
pculis · excludit omes rom tene
bre / ideo dicit lux vera / 1 joh po /
Sunt etia in xpo lux grte quatu /
ad huanitem et hec lux · etsi in eo

dicit vera / quia nulla iniqte fuit
in eo pmixta / infra 9o / qua diu su
in mudo lux sum mudi / pz igit ex dcte
verbi sev lucis excellen · et indefi
ciencia / quia erat lux vera · Efficaci
cia et sufficiencia eius vi pzt / cu dr
quia illuiat · x potens e illumi
nare omes hoes &c q d hec lux no
solu est censib' sed etia vlis · quia
sufficit ad illuiandu omem homi
vementem &c Racio quia corpo / q
hec lux est censib' / est etia vlis ·
qua ens p essencia / vlr appiat
ens p pticipacom / Est etia censib'
ordo inter ens p essenciam et ens
pticipatu / quia ome ens pparatu /
diuiat ab ente p essencia / Cum
igit sit lux p essencia / eo q tlib' e
vlem appetitu ad omes luce pparatu /
vm go dicit q hec lux eo q va
x censib' / est etia vlis / no illuiat ob
Aut aut omem homie / no dt oia /
/ quia sup dixerat / vita erat lux ho
minu / licet incluis ea lux / illu
minet omia / infra vmo · Ego su
lux mudi / ome em p pticipacom
diuiat ab eo quod est tale p essencia
Sic ome ignitu / est aliqd p ptici
pacom calidi / sed ignis p suam
natura · Quia go vm est lux vera
p sua essencia / oz q ome luces
luceat p vpm / in quatu vpm p
ticipat / Ipse go illuiat oz hoiem &c
Sum aut ad aliqd intellectu / q mudi
instituta et ubi ol accipit aliqn
racon pue creacois · prout infra co
mudus p vpm factus x macho mudi /
Aliqn racon pue pccos · ad qua
p xpm pringit / sicut illud 2 cor
vto / deus erat in xpo mudu
reconcilians sibi · x electos de mudo /
Aliqn · vo mudus capit racon pue p
uersitatis pcc / 1 joh 20 Totus mudus
in maligno positus e / Illuminari
aut p vm intelligit duplicitr /
Vno mo de luie nalis cognicois /
/ de quo dr in ps · Signatu e sup
nos lume vultus tui dne Alio mo
de luie grte / de quo dr ysai · lx Surge

illuminare vel sim. Sic ergo duabus di-
stinctionibus suppositis / facile solui-
tur dubitacio que suboritur ex verbis ystis /
Videtur enim quod evangelista illuminat omnem hominem &c
videtur subesse falsum, cum adhuc
multi sint in mundo tenebrosi. Dici-
tur ergo memores dictarum distinctionum
mundum accipiamus primo sic quod ponitur racio
pro creacione / et illuminare est primo
sicut quod accipitur pro lumine naturalis racionis /
vnde evangelista vult quod nullus homo est talis primo
quia omnes homines venientes in hunc
mundum sensibilem illuminantur lumine naturalis
racionis / ex principatu sicut vere lucis
a qua derivatur quicquid de lumine
naturalis cognicionis participatur ab homi-
nibus / vnde Beda cum naturali ingenio
sit sapientia divina / sic nemo a se ipso
esse potest / sic et nemo a se ipso sapiens
esse potest. Theophilus intellectum
nobis traditum ac vos dirigens
quia et naturalis racio nostra dicitur lux
tradita nobis a deo. Sed quidam
male racione utentes se ipsos obscuraverunt /
videtur autem evangelista et modo loquendi
vt dicat venientem in hunc mundum
non quod aliquo tempore spacio vixi-
ssent extra mundum / cum dicit potest con-
firmari apostolus ad Romanos 9o dicens
Cum enim nondum nati fuissent aut ali-
quid egissent bonum aut malum / secundum
electionem et propositum non egisset aliquid
antequam nati fuissent / manifestum
est / quod quod non est antequam corpori
iungatur / Dicit ergo venientem in hunc
mundum vt ostendat quod homines illuminentur
a deo secundum quod / secundum quod venit in mundum
i. secundum intellectum / qui est ab extrinseco /
homo namque constituitur ex duplici
natura scilicet corporali et alia seu sensibili
aut intellectuali / Et secundum corporalem
quam naturam seu sensibilem illuminatur
lumine corporeo et sensibili / secundum aliam vero
et intellectualem naturam illuminatur lumine
intellectuali et spirituali / Sicud ergo homo
secundum naturam corporalem non veniat
in hunc mundum sed pocius exit mundo
sed secundum intellectualem naturam que est ab ex-
trinseco ut dictum est. Sed per creacionem a
deo / secundum illud [illegible] donec omnis

vel in hunc mundum

racio in sua cunctatur origine et species
rentatur (?) ad deum qui fecit illud / vnde
evangelista dicit illuminans est secundum id
quod est ab extrinseco i. secundum intellectum
tum dicit venientem in hunc mundum. Dici-
tur vero accipiamus illuminare pro lumine gracie /
sic est quod dicitur illuminat omnem hominem &c
sicut dicit exponendo secundum Orige-
nem omne quod incipit vox spiritualis a se
exponitur et modo / vt accipiamus
mundum racione perdicionis ad quam perduntur
reconciliabis per Christum / et tunc dicitur
illuminat omnem hominem venientem
per fidem in mundum spiritualem scilicet ecclesie
lumine gracie / Aliqui secundum Crisostomum exponunt
accipiendo mundum racione pro creacione
et tunc est sensus illuminat sicut [illegible]
quantum est de se / quia nulli ex parte sui
nulli deest / immo vult omnes homines
salvos fieri / et ad cognicionem veri-
tatis venire / vt dicitur ad Timotheum 2o omnes
homines venientem in hunc mundum
i. qui nascuntur in hunc mundum sensibilem /
et si quis non illuminatur est ex parte
hominis auertentis se a luce illuminante /
illuminat ergo omnem hominem quantum
ad eum pertinet. Sed aut quidam / mentis
oculos claudentes noluerunt accipe-
re lucis huius radios / non a natura lucis
obtenebrati sunt illi / sed a ma-
licia cordis qui se ipsos voluntarie
privat gracie dono / Nam gracia dei
ad omnes effunditur / qui vero noluit
hoc dono frui / sibi ipsis hoc pudeat
imputare veritate dicit Crisostomus. Tercio
secundum Augustinum exponitur vt hoc omnem
hominem sit distributio accommoda vt sit
sensus illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum non [illegible] sed
omnem hominem qui illuminatur / quia nullus
illuminatur nisi a verbo. Dicit ergo secundum Augustinum
venientem ut assignet racionem quare
indiget illuminari / accipiendo mundum
racione pro pravitate et defectus
q. d. ideo indiget illuminari quia
venit in hunc mundum pravitate et
defectibus tenebrosum et ignorancia
plenum / de mundo spirituali primi homi

animarum peccatorum. luce primo illuminare hiis
qui eam destruunt aut per verba predicta
error manichei ponentis homines
et mundum creatores fuisse a principio
contrario .i. diabolo, anima si hec creata
esset a diabolo, veniens in mundum non
illuminaretur a deo. Hic ergo patet efficacia
veri divini, quia defectus divine
cognitionis in hominibus non est
ex parte verbi, quod efficax est ad omnes
illuminandos, cum sit lux vera que illuminat
omnem hominem venientem in hunc mundum.
Secundum tamen quod licet illustratio divina
secundum gratiam recipiendam hic vite gratuite
concedatur, nec naturali necessitate cuilibet offeratur,
sed quibus vult se offert,
et quibus vult se substrahit, secundum
beatum Augustinum in libro de videndo deum.
nec enim amor suus sic est ordinatus
ut per naturalem operationem possit aliquis
ad ipsum pertingere, quia secundum apostolum
2 Cor. 3o non sumus sufficientes aliquid
cogitare a nobis quasi ex nobis.
Et hic intelligitur de perfecta cognitione
percipere veritatis, in quantum
est ex parte dei, omnibus equaliter
conceditur, ut unusquisque secundum dispositionem
et capacitatem suam illustretur
eo lumine. Omnes hac luce non solum boni
sed et mali illuminantur ut in ea multas
veritates pretereas videant.
Quia secundum quod dicit beatus Augustinus xiiii de trinitate
etiam impii cogitant eternitatem
et multa recte reprehendunt, recte et
laudant, in hominum moribus. Quibus
ea tamen regulis indicant,
nisi aliquibus in quibus vident quemadmodum
quisque videre debeat, etiam si nec
ipsi eo modo vivant. Ubi nam sunt iste
regule scripte nisi in libro lucis
illius que veritas dicitur. Preterea
etiam mali vident in ea veritatem
quam boni non possunt videre. Unde
beatus Augustinus 4o de trinitate: Sunt nonnulli
qui potuerunt aciem mentis ultra
omnem creaturam transmittere et lucem
incommutabilis veritatis quantumcumque
parte contingere, quod christiani ex ipsa
fide viventes nondum possunt.

Nonnunquam enim lux cadit malis, causa
exigente malicia substrahitur et in
errorem cadere permittuntur, sicut dicit
beatus Gregorius super illo Job 36: In manibus
abscondit lucem. Sunt nonnulli
qui se elatis cogitationibus extollunt,
sed hiis lux absconditur, quibus nimis
in cogitationibus suis superbientibus
cognitio veritatis denegatur. De quibus
ait apostolus Ro. 1: Evanuerunt in cogitationibus
suis et obscuratum est insipiens
cor eorum. Hic ergo patet quomodo
lux vera quantum est de se illuminat
omnem hominem. Et si non omnes illuminentur,
sicut enim deus omnibus loquitur,
sed non omnes audiunt, sicut dicit Augustinus
tractans illud supra octavo: Ego
principium qui et loquor vobis. Et
advertendum quod vult loquendo de ista
luce, quod deus sit principium et primum
in entibus, ex quo ipse est lux, oportet
quod illuminet omnia que sub ipso sunt.
Et si quid non illuminatur ab ipso, iam
non est sub ipso, quia si aliquid tale esset,
iam deus non esset principium omnium.
Principium ergo omnium deus est, sic se omnibus
influens, quia si non influat,
iam non est principium omnium. Omnis
autem influentie illuminatio quedam est,
et influxus, et tunc quedam est ei
quod influit. Sed tamen diversimode
illuminat. Quedam enim sunt sub proprietate
esse; et sic illuminantur omnia entia
universalia vel et pauciora illuminat
luce ut est vita, ut omnia viventia
adhuc. Alia perfectiora illuminat
ut est lux hominum secundum id ps. Signatum
est super nos lumen vultus
tui domine, ex racione iudicans et ostendens
que sunt bona. Rursus
adhuc perfectiora hominibus illuminat
ut in se lucentis absque umbra
fantasmatum, et hic de luce naturali.
Et preter hos modos alios illuminat
luce super naturali, scilicet luce gratie. Ex
predictis colligamus quod quamvis deus
non illuminat ut vita est viventia
non sunt quamvis possunt esse entia
et ipsa ut sunt, deus illuminat se luce

sui esse, tamen nec sunt subdita magistro
est. Nam non sunt entia, sed nichil.
Et talia sunt omnia peccata, mala, cor-
ruptiones et defectus, que omnia simpliciter non
sunt entia, sed sunt carencia, non sunt
effectus, sed sunt defectus. Moraliter
ex premissis notandum quod homo peccator
nichil est, iustos reputatur, quia non
est sub deo, ut est lux gracie. Tamen
nichil influat seu illucet nisi suo
inferiori. Hinc est quod humilitas ut
potentia subdens homines deo, precipue co-
mendatur a Christo Math. xi. Discite
a me quia mitis sum et humilis corde.
Unde hac virtute beata virgo meruit
concipere et parere filium dei. Luce
primo respexit humilitatem ancille
sue. Unde b. August. in sermone de assum-
pcione virginis dicit quod humilitas est scala
per quam deus venit ad homines, et
homines ad deum. Et Hugo libro
de consideratione, Bonum fundamentum
humilitas, in quo omne spirituale edi-
ficium constructum crescit in templum
sanctum in domino. Sine hac ut ait August.
nulla virtus habere potest, eo quod ipsa
sola facit hominem subditum deo.
Sed ne credas destitutum esse ex re-
mocione seu absencia vere lucis, lo-
quitur ostendit Iohannes lucis presencia
cum dicit In mundo erat etc. Sicut ha-
betur Act. xvii. Non longe est ab uno-
quoque nostrum scilicet deus. In ipso enim vi-
vimus, movemur et sumus, quasi diceret
excitanta virtutem divinam et efficax est
et presens omnibus ad illuminandum etc.
Non vero quod in mundo aliquid dicatur
esse tripliciter. Uno modo per continenciam
sicut locatum in loco Physica iii et
sic in mundo sunt aliquando sicut partes
in toto utpote quelibet pars mundi
dicatur esse in mundo, celi scilicet non sunt
locales, sicut substancie spirituales, licet
non sunt locales, in mundo sunt tamen
partes. Ps. Qui fecit celum et terram
mare et omnia que in eis sunt. Secundo
autem neutro duorum modorum lux vera
erat in mundo, quia nec est localis,
nec pars mundi, immo quodammodo ut ita

liceat loqui totum universum est pars
cuius bonitate principaliter participans.
Erat ergo in mundo tercio, quia sic causa
continuans. Ierem. xxiii. Celum et terram
ego impleo. Sed tamen aliter est de vero
dei agente et causante omnia, et
aliter de aliis agentibus. Nam alia
agencia operantur ut extrinseca exi-
stencia. Cum enim non agant nisi
movendo et alterando, aliquid contingit
ad ea que sunt extrinseca rei, ut ex-
trinseca operantur. Deus vero operatur
in omnibus rebus ut interius agens,
quia agit creando. Creare autem
est dare esse rei create. Cum ergo
esse sit intimum cuilibet rei, deus qui
operando dat esse, operatur in rebus
ut interius agens. Conpunctum
est autem dici deum esse in omnibus
rebus per potenciam presenciam et essenciam
ad quod intelligendum sciendum quod per po-
tenciam dicitur aliquis esse in omnibus
que subduntur eius potestati sicut rex dicitur
esse in toto regno sibi subiecto
per suam potenciam, non tamen est ibi per
suam presenciam, neque per essenciam. Per
presenciam vero dicitur in omnibus que sunt in
conspectu eius, sicut rex dicitur esse
per presenciam in domo sua. Per essenciam
vero dicitur esse in illis rebus in quibus
est substancia sua sicut rex est in
uno determinato loco. Dicimus ergo deum
esse ubique per potenciam, et sic in
mundo erat per potenciam, quia omnia
subduntur eius potestati. Ps. Si ascen-
dero in celum tu illic es etc. Si sump-
sero pennas meas diluculo etc. Te-
nebit me dextera tua. Per presenciam
vero quia omnia que sunt in mundo nuda
et aperta sunt oculis eius. Hebre. iiii.
Per essenciam autem, quia essencia eius est
intima omnibus rebus. Oportet enim de
necessitate de agens in quantum agit
immediate coniungi suo effectui. Cum mo-
vens et motum opporteat esse simul,
deus autem est creator et conservator
omnium secundum esse universaliter rei. Unde
cum esse rei sit intimum cuilibet rei

manifestum est quod deus per essenciam
suam per quam omnia creat sit in omnibus
rebus. Erat igitur hec lux scilicet verbum
patris in mundo per essenciam et effi-
cienciam. per essenciam quidem quia intima
est cuilibet rei create. conservans ea
in esse secundum gregorium 16 moralium. Sicut
enim cessante locucione desinit vox
et evanescit sic patris celestis
si verbum loqui cessaverit. effectus vi-
rtutis est tota universitas. vero subdita
non subsistit. per efficaciam vero quia
verbum non sicut deus non sicut terra pectora
habitantes et plures partes mundi. sed sicut
artifex regens quod fecit. Ideo
signanter evangelista utitur hic verbo
erat. cum dicit in mundo erat. Unde est
ab inicio creature per ipsum in mundo
fuisse. vivificans et conservans omnia.
quia si ad momentum deus subt-
raheret virtutem suam a rebus cunctis.
omnia in nichilum redigerentur et esse
desinerent. Unde ait Origenes
satis congruo utens exemplo. dicit quod
sicut vox sensibilis habet se ad verbum
nostrum. ita tota creatura ad verbum
divinum. Nam sicut vox nostra
est effectus verbi in corde nostro
concepti. ita tota creatura est effectus
verbi in divina mente concepti. Dixit
enim et facta sunt. Unde sicut videmus
quod statim deficiente verbo mentis vox
sensibilis deficit. Ita si virtus
divini verbi subtraheretur a rebus. sta-
tim res omnes in momento deficerent.
Et hoc est quod dicit apostolus hebre-
orum primo portans omnia verbo virtutis
sue. id est solo imperio potencie et bo-
nitatis sue. que non minor apparet
gubernando quam creando. omnia
enim solummet bonitate et maiestate
sua. loquitur autem apostolus per metha-
foram eorum qui sine ullo labore
verbo vel digito movent aliquid
vel efficiunt. ita verbum dei molem
creature magnam quasi sine labore
continet et gubernat. ut dicit glosa.
Sic ergo patet quod defectus divine cognicionis

non est in hominibus ex absencia verbi
quia in mundo erat non ut mundo
comparatum sed mundo dicto non est ergo
defectus ex occultacione verbi. vel in
visibilitate. quia fecit opus in quo
eius pulchritudo relucet evidenter. Secundum
illud Sap. xiii. A magnitudine speciei
et creature cognoscibiliter poterit horum
creator videri. Ro. primo Invisibilia
dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur.
Et ideo statim evangelista subiungit
Et mundus per ipsum factus est. ut scilicet
in ipso mundo lux ipsa manifestaret
sicut in artificiato manifestatur
ars artificis. Sic enim nichil aliud est
forma artificii quam similitudo artis
que est in mente artificis. ita totus
mundus nichil aliud est quam quedam
representacio divine sapiencie in mente pa-
tris concepte. Eccli. i°. Et sparsit illam
super omnia opera sua. Et hic secundum
catholicum eludit errorem vel hereses
manicheorum qui dixerunt spiritum
malignum esse conditorem mundi.
Secundum Crisostomum etiam subvertit errorem ar-
rii. qui filium dei dicebat esse crea-
turam. Ex quibus omnibus patet quod de-
fectus divine cognicionis non est ex
parte verbi. quia efficax est. tum sit lux
vera sufficiens. quia illuminans omnem
hominem venientem. tum presens quia in mundo erat. et
evidens. quia mundus per ipsum factus est.
Unde autem sit hic homini defectus. ostendit
consequenter evangelista cum dicit Et mundus
eum non cognovit. q.d. non est defectus
ex parte verbi. sed ex parte mundi
qui eum non cognovit. Dicit autem
eum in singulari. quia supra dixerat
verbum non solum esse lucem. sed etiam
deum. unde cum dicit eum intelligit deum
et ponit hic mundum pro homine. Angeli
namque cognoverunt eum. inter bona electa
obediendo. sed mundus id est homo cultor
mundi. eum non cognovit. Et possumus
hunc defectum divine cognicionis referre
vel ad naturam hominis. vel ad culpam.
Ad naturam quidem quia licet omnia
producta auxilia data sunt homini ut

ducatur in dei cognicionem. qua tamen
racio in se deficiens est. ablata co-
gnicione Job 36 vnq quasi in tunc
cum paulo. Et io dicit c° 33° Ecce
deus magnus vincens sciam nostram
Et si aliqui eum cognouerunt homines
fuit non magis tamen fuerunt in hoc mundo
sed in quantum fuerunt super mundum
et tales quibus dignus non erat
mundus qui a mundo eum non cognouit
vnde si aliquid eternum in mente con-
ceperunt homines sunt magis tamen non erat
de hoc mundo ~~non erat mundus~~
Si vero referatur ad culpam hominum
tunc homines quod dicit mundus eum non cog-
nouit est quasi racio quare deus
ab hominibus non cognoscitur. Et sic
accipitur mundus pro inordinato in-
undi amatore. quasi diceret qui mente et cor-
pore est in mundo. mundus eum non co-
gnouit quia sunt amatores mundi
Infra 17 pater iuste mundus te non co-
gnouit. i. amatores mundi. Augustinus
Caecum amans celum es. si terram
terra es. Amor enim mundi secundum Augustinum
maxime retrahit a cognicione dei.
quia amor mundi inimicus dei consti-
tuit ut dicitur Jacobi 4° Cum autem
non diligit eum non potest cognoscere.
1 Cor 2 animalis homo non percipit ea
que spiritus sunt. Alius autem dicitur secundum
glosam qui fertur dissoluta lascivia
animi sui. quia nec sanus metas ac
dinis metas spiritus rector non con-
tinet. eo quod ipse se deo regendum
non subicit. Nonnullis autem quod ex hoc
soluitur questio gentilium qua vac
querunt dicentes. cur a paucis temporibus
filius dei pro salute hominum inno-
tuit. videtur quod ante tempus illud
quadam natura despicit omnibus
hominibus est. quod non despexit. sed semper
fuit in mundo. et quantum in se cogno- fuit
scibilis ab omnibus. Sed quod aliqui
non cognouerunt. fuit ex eorum culpa.
quia erant amatores mundi. sic quod
luci obstiterunt. vel ab ea se auer-
terunt. qualem se fuisse confitetur
beatus Augustinus. ix confessionum dicens dorsum
habebam ad lumen. de talibus dicitur
Infra 3° dilexerunt homines magis
tenebras quam lucem. Vnde et si
mundi dilectores eum non cognouerunt
Hij tamen quibus non erat dignus mundus
ut sancti patres. eum cognouerunt. et
ante presenciam corporalem Christi. vnde
Leo papa. Cessit iam eorum querele
qui diuine nativitatis tarditatem tantum
tanquam preteritis temporibus non sit in-
pensum. quod vltima mundi etate
sit gestum. Ubi incarnatio hominis
consulit facienda. quod factum. et
sacrum salutis humane. in nam vn-
quam antiquitate cessauit. quod per
dicatur apostoli et annunciauerunt hoc
nec sero est impletum quod semper
est creditum. Sapiencia vero et benig-
nitas dei hac salutifera mo-
ra capaciores nos sue vocacionis
effecit. ut quod multis signis ac
vocibus. multisque misteriis per tot
fuerat secula nunciatum. in his euan-
gelii diebus non esset ambiguum. et ut
natiuitas saluatoris. tanto in
nobis constanciorem gignet fidem
quanto prior cum antiquior fuisset
et crebrior. Non itaque nouo consilio
deus humanis rebus. nec sera
miseracione consuluit. sed a consti-
tucione mundi. vnam cunctis omnibus
causam salutis instituit. gracia
enim dei qua semper est vniuersitata
sanctorum iusticiam aucta est. xpo
nascente non cepta. et hoc magnum
pietatis sacramentum. tam potens
est in suis figuris fuit. vt non
minus adepti sint sunt qui illud
crediderunt promissum. quam qui susceperunt
donatum. Hec Leo papa. Notandum
est quod eiusmodi locutura de in-
carnacione verbi ut ouidat esse
verbum incarnatum quod erat in prin-
cipio apud deum. resumit ea que
de ipso supra dixerat. Ibi enim dixerat
quod verbum erat lux hominum. hic vero
dicit quod erat lux vera. Ibi dixit
quod omnia per ipsum facta sunt. hic vero
quod mundus per ipsum factus est. Supra dixit

q in ipo fcm est nichil v omia
qsi uatur p ipm sm vna expon
ut vo dt in mudo erat oia creas
tqsiuas ibi dixit et tenebre eam
no compbenderut sic vo dicit
et mudus eum no cognouit et io totaliter
remansit ab illo loco erat lux vera
et sic videt esse explicata superiore
possuma cel expositione accipere
triplicem rom incarnatois dnice
vna est puptas humane nature
que ex sua malicia iam erat obte-
nebrata vicioz et ignorancie tenebr
et obscuritate vn supra dixerat
q tenebre ea no compbederet
venit go deus in carne ut tene
bre possent compbendere lucem
et pingere ad eius cognitonem ysaie
ix populus qui ambulabat i tene
bris s ignorancie et vicioz vidit
lucem magna i xpm qui dicit ego
sum lux mudi Scdo ppter iusticia
iudicii testionis venerat cum pro
fete venerat et iohannes sed sufficient
illuiare no poterat quia no erat
ille lux vn nimm erat ut post
prophetare veniret ipa prophetis aduenta
lux ipa veniret ut sui cognitionem
mundo traderet hic est enim qd dt
apo hebreorum primo multifarie
multisque modis olim deus lo
quens patribus in prophetis nouissime
diebus istis etc Et 2 pot ro hec
iudicio simone tun benefactus
attendentes quasi lucerne lucenti
in caliginoso loco donec dies il
lucescat et lucifer oriatur Tercio
ppter creaturarum defectum na creature
insufficientes erant ad ducendum in
cognitionem creatoris vn mundus
p ipm factus est et mudus eum non
cognouit et ideo necessarium erat vt
ipse creator in mudum p carnem
veniret et p seipm cognosceret
hic est quod dt apo i corin i po
nam quia in dei sapia no cogno
uit mudus p sapiam deum placuit

deo p stulticiam pdicacois saluos facere
credentes i q mudus no cognouit
deum p sapiam suam Et fecit deus
alto consilio suo ne superbiret homo
et ut fides et salus cognosceretur ee
ex deo no ex sapia sua ut glosa
sunt et alie plures cause aduentus
filii dei in carne sm doctores s
tegra pcti satisfactio hois a spu
dnice ptioris reuocatio humane nature
fecundatio seu dne gracie infusio
certa ac fidens ad deum tanqua
ad frem ac sponsum accessio dnice
dilectois in cordibus humanis inpressio
et tenebraz ignorancie illuminatio
et ppter deitate absconsionem et ut
dyabolus qui fraudulenter hominem
deceperat et a statu felicitatis ex in
vidia depulerat sapienter superaret
Itm ne reprobi demones et mali
homines videant gloriam maiestatis dei-
tatis xpi et demum ppter complem
eum gaudiu bonoz sed de hora
de ducton supsedet ad psens
ppter breuitatem et qr no pricipat
[illegible]

In ppria venit et sui eum no rece
perunt Quotquot aut receperunt
eum dedit eis ptatem filios
dei fieri hiis qui credunt in no
mine eius Qui no ex sanguinibus
neque ex voluntate carnis neque
ex voluntate viri s ex deo nati sunt
Supius posita est aduentus
regis et saluatoris lucis et verbi
racio [illegible] hic gnt pom
ipius vi aduementis puincia ppia
seu salutaris Et po inprimat lu
cis aduentum ipio hominum omnia ibi
et sui eum no receperunt Tercio
fructum ex aduentu lucis allatum
ibi Quotquot aut receperunt eum te
nendum ad pm dt cum lux q erat
in mudo pns et euidens seu ma
nifesta p effectum no tn cognoscebat
venit in ppria s ut cognosceret

Sed nec p̄ hoc qd dr̄ venit intelligēt
aliquis motu localem ut sit nō
veniret quasi desinens esse ubi
prius erat et de novo incipiens
esse ubi nō erat / dr̄ enim q̄ venit
in ppria .i. in ea que erant sua / q̄
ipe fecit ⁊ ubi ipe erat / in fra Io
Exivi a p̄re ⁊ veni in mundū / venit
inquam in ppria / Sed q̄ sunt eius ppria
Dicm̄ secundum glosam q̄ p̄mo qua
natura assūpta que nulli pctō
fuit obnoxia / Scdo omnis alia eo
facta creatura / quia dnī ē t̄ra et
plenitudo eius / Tercio gens iuda=
ica de qua p̄s notus in iudea
deus ⁊c / Et ysa v° vinea dnī
exercituum domus isrl̄ est / ysa xix
hereditas mea isrl̄ / Eccl̄i xxiiii
in hereditate dnī morabor / Quarto
virgo maria / q̄ fuit in ppria / quia
nunquam in ea locum habuit dyabolus p̄
aliquod pctm̄ / nec mūdus p̄ mūda=
lem applausum / nec caro p̄ carna
lem affectum / Secundo dr̄. p̄ prius erat
in mūdo / quod venit in mundum
Dicm̄ q̄ venire in aliquem locum
dicitur dupliciter / uel q̄ quis veniat
ubi nullo modo prius fuit / vel q̄ ubi
prius fuit aliquo / incipiat esse
quodam novo modo / Sicut rex qui
prius erat in aliqua civitate
sui regni p̄ potenciam / ⁊ ad illam
postmodum p̄sonaliter veniens / dicitur
venire, ubi prius erat / venit .n.
p̄ suam p̄senciam / ubi erat p̄ potenciam
Sic ergo / filius dei venit in mundum
/ ⁊ tn̄ erat in mūdo / Erat quidem
in mūdo p̄ potenciam p̄senciam ⁊ essen
ciam / ut dictum est / sed venit p̄ car
nis assumpcionem / erat prius inuisibi
lis / sed venit p̄ carnem ut esset visibilis
7 Adventus ergo xp̄i secundum Crisostomum desi=
gnat assumpcionem carnis humane /
nō enim venit / novum acipiendo
locum / qui ubique prius fuit secundum dini
nitatem / sed venit p̄ novum ef=
fectum cum p̄sencia invisibilis sit p̄ carnis
assumpcionem / venit ergo deus nō ubi
prius nō erat / sed qualiter nō erat /
/ quia corporaliter ⁊ visibiliter / unde venit
p̄ assumpcionem humanam carnis / ubi prius erat
p̄sencia diuinitatis / In mūdo erat p̄ diui
nitatem / sed venit in ppria secundum hu
manitatem / venire quippe uel abire
est humanitatis / sed manere ē diuinitatis
unde Crisostomus / venit .i. visibiliter
apparuit / nō propter se / sed propter nos
/ quia enim sublimiter diuinitatis
mundus nō cognoscebat / ideo in
humilitate humanitatis apparuit ut dicitur
enim Crisostomus / venit nō ut indigens
sed ut beneficus / venit nō aliquid
accepturus / sed sua largiturus / venit
ergo in ppria .i. humana natura / sibi
precius apparuit / non humana caro qua
assumpsit p̄ spiritus sancti formacionem
nō mediante seminali propagacione
ut maius hominibus / est sibi ppria
in ppria ergo venit / Hec nam pura
asse factam opus suum p̄prium assump
sit / in virginis ⁊ precius / q̄ in vita hō
sic exprimat / Aug̃ xiiii° Hec enim
sic sermo est / quem nō fuit semen dei / nec deus ea
plantavit / nec sunt eius opera / nec
deo ppria / s̄ inimico / Deus nam fecit
hoc rectum / Eccl̄ vii° quia sin
ipso factum est nil .i. pctm̄ secundum Aug̃
⁊ hoc est quod dr̄ Dam̃ q̄ dm̄
assumpsit hoc quod plantavit
vel aliter / quia hic caro factum
naturam humanam assumpsit ex mera gra
nō ex meritis precedentibus / ideo dr̄
q̄ in ppria venit / quia nō ex aliqua
ppria dignitate nature / sed ex gracia
deo ppria / Tito iii° Apparuit gra
salvatoris nr̄i / nō ex operibus iusticie
q̄ fecimus nos / sed secundum suam misericordiam
salvos nos fecit / Et si sunt ppria
xp̄i scilicet misereri ⁊ salvare / unde
Gg̃ moralium / Deus cui proprium est misereri
semper ⁊ parcere / Et aug̃ Sal
vator dictus est mundi ut salvet
mundum / salvari nō vis / extra in
dicaberis / Ideo p̄ ppria xp̄i pt in
telligi mūdus / qui proprius ei ascribitur
quia est creatura / nichil enim tam sua
proprium creatori quam creatura / ei
apparuit in redempte propriissime / Vel sic
venit in ppria .s. humane nature

assumpsit enim mortalitatem et passibi-
litatem que non deo sed homini sunt
propria. Secundo quod est fortassis in ista
dictione verbum caro factum est, ideo quia de-
fectus carnis assumpsit, id est penalitates,
non autem defectus anime, id est peccata que
sunt anime propria. Tercio propter ista verbi-
intelligi gens iudaica quam ipse sibi pre ceteris
elegerat in populum peculiarem,
tum est populo tradita sunt eloquia
dei, id est lex data in qua Christus et
eius incarnacio et passio figurata
fuit, in ade soporacione Gen. iio,
In abel occisione 4. In ysaac
oblacione 22. In agni immolacione
Exo. 12. In botri deportacione
Num. 13. In serpentis exaltacione
Num. 21. In ioseph vendicione Gen.
37. In ypsi pheti revocacione 34. Psalmus
populus eius et oves pascue eius.
In hoc ipsa venit verbum, ex eius car-
nem assumeret. Quarto per ista verba
potest intelligi virginis uterus, de qua
sic nasci voluit manente in perpetua
virginitate et inviolabili, solum
erat Christo proprium. Non est enim ubi legatur
id est natus ex virgine nisi Christus. Unde
prophecia tradendum est quod nec primam
similem visa est nec habere sequentem.
Virgo purissima ante partum, in partu
et post partum incorrupta permansit,
ut fides nostra tenet et fecundissima
fructu. Contrarium in littera subditur
hominum communiter qui se differenter
habuerunt ad venientem, quia
quidam eum receperunt, quidam vero
non sed sui. In quo notatur eorum
ubi defeccio vel error ad quos
venit defectum. Unde dicit Et sui eum
non receperunt. Hec est execrabilis
impius ubi contempta. Unde illud
quod dictum est supra, Lux in tene-
bris lucet et tenebre eam non com-
prehenderunt. Et item in mundo erat
et mundus eum non cognovit. Ubi
non quia sui primo dicit omnes homines
ab eo formati originali creacione
propter creatorem quem deus ipse est de-

ipse fecit nos et non ipsi nos. Secundo re-
generali generacione. Gen. primo faciamus
hominem ad imaginem et similitudinem nostram.
Tercio vel donacione. Ps. regem ipse
omnibus donabit. Quarto super spiritualem
redempcionem quia omnes homines rede-
mit. Apoc. primo Redemisti nos
deo in sanguine. Tit. 2o ut nos
redimeret scilicet ab omni iniquitate et mun-
daret scilicet in baptismo a culpa et
pena, sibi populum acceptabilem, id est pecu-
liarem sui ipsius sectatorem bonorum
operum, id est ut puram vitam sectantes
et repleti bonis operibus, heredes
regni dei esse possimus. Quinto tamen
quia non omnes sui non receperunt eum,
sed hi primo qui per veram fidem in eum
non crediderunt, de quibus ipse ait Io.
Ego veni in nomine patris mei et non
accepistis me. Secundo qui eius doctrinam
non didicerunt nec audire voluerunt,
quia sic sunt beati qui audiunt verbum dei
et custodiunt illud, ita sunt reprobati
qui non recipiunt nec audiunt nec cu-
stodiunt. Pr. 18 Non recipit stultus
verba prudencie, id est Christi, qui est pru-
dens de celo veniens. Tercio qui eius
nuncios scilicet predicatores vel pauperes
non collegerunt, quia dicit Luce xo
Qui vos recipit me recipit et qui
vos spernit. Tales sunt samarita-
ni qui eum in ipsa persona recipere
noluerunt Luce 9o. Quarto qui in
fructu sue gracie vel bone vite operi-
bus non compleverunt. 2 ad Cor.
6o Hortamur vos ne in vacuum
graciam dei recipiatis. Glosa In va-
cuum graciam dei recipit qui se per
bona opera non exercet. Specialiter tamen
iudei dicuntur sui, quia ab ipso in populum
peculiarem electi, Deutronomio 26 E-
legit te dominus ut sis ei populus pecu-
liaris. Et sui sunt carne coniuncti.
Ro. ixo ex quibus est Christus secundum
carnem, scilicet natus qui tamen est benedictus
in secula. Et sui quia beneficiis ab eo
promoti. Ysaie primo Filios enutrivi
et exaltavi, sed tamen eum non receperunt,
scilicet per fidem credendo et honorando ne-

quia nullus. Nec solum non receperunt sed etiam ei contradixerunt, blasphemauerunt, eum abiecerunt et finaliter occiderunt. Doctrinam salutiferam eius patri eorum blasphemiam dixerunt. Baptista per ipsum tradita deriserunt et prophanarunt. Magis elegerunt manere circa figuras et umbram futurorum bonorum que iam sunt impleta quam circa figuratum et signatum ac veram lucem eis promissam. Ideo reprobati et abiecti remanserunt filii umbre quia non receperunt lucem, ut non ipsum in luce ambularent et essent filii lucis et non umbre mortis. Et ideo bene dicit Iohannes quod lux ipsa venit, scilicet in iudeos qui erant cultores unius veri dei, et quibus Christus erat promissus in prophetis, quorum sacrificia et ceremonie eum longe ante figurabant. Ideo dicit apostolus quod omnia in figura contingebat illis. Et sui eum non receperunt, scilicet iudei quibus se visibilem prebuit in carne de eis assumpta, quibus dixit Moyses Deuteronomii 18: Prophetam de gente tua et de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus ipsum audies. Et ibidem infra: Qui autem verba eius que loquitur in nomine meo audire noluerit ego ultor existam. Et nota quod unum sed filius lux vera venit in propria, scilicet per incarnationem non a principio mundi, nec tempore legis nature, nec tempore legis date, sed tempore gratie. Cuius homo de lege naturali et scripta convincitur quia si statim venisset diceret homo quod per rationem naturalem per legem naturalem saluari poterat et superfluum crederet adventum Christi. Similiter dicere potuit de lege scripta. Ex tempore quod se saluari non potuit cum omnes ad inferos descenderet. Tunc venit filius dei quia tunc erat tempus infundi. Prius autem venire non fuit utile quia non prodest medicina spiritualis nisi affectu cupiente, nec postquam venit, ne fides et spes ex incarnatione promissa deperiret. Unde dicit Hugo de Sancto Victore ut peccatum hominis auferret oportuit ut deus deponeret personam iudicis et assumeret personam consiliatoris et postea auxiliatoris, ita dumtaxat ut primo homines totum sibi dimittat. Cuius ipse homo ignorantiam experiat et intelligat se indigere auxilio. Deinde etiam defectum suum sentiat et agnoscat sibi opus esse auxilio. Et aliquo ratione in tempore naturalis legis totus homo dimissus est sibi, postea tempore legis scripte cognoscenti ignorantiam suam datum est consilium, postea modo in tempore gratie consistenti defectum suum prestitum est auxilium secundum legem gratie. Et talem tempus apostolus ad Gal. iiii° vocat plenitudinem temporis dicens at ubi venit plenitudo vel temporis misit deus filium suum. Super quo dicit glosa quod plenitudo temporis est quod prefinitum fuit a deo precepit mittere filium suum. Illud enim opus incarnationis petit ordinem ad reparationem humane nature per abolitionem peccati. Manifestum est quod non fuit congruus a principio mundi vel quasi statim post peccatum deum incarnatum fuisse. Non enim datur medicina nisi iam infirmis. Unde dominus dicit Matth. 9: non est opus valentibus medicus sed male habentibus. Non enim veni vocare iustos sed peccatores. Sed nec etiam statim post peccatum congruus fuit deum incarnari. Primo quidem propter conditionem humane peccati quod ex superbia provenerat. Unde eo modo erat homo liberandus ut humiliatus recognosceret se liberatore indigere. Unde super illud Gal. 3o: ordinata per angelos in manu mediatoris dicit glosa magno consilio factum est ut post hominis casum non illico dei filius mitteretur. Reliquit enim deus post hominem in libertate arbitrii sui in lege naturali ut vires nature sue cognosceret. Ut cum deficeret legem acciperet. Qua data invaluit morbus non legis sed nature vitio. Et ita

cognita infirmitate sua clamaret
ad medicum et gratie quereret au
xilium. Ergo propter ordinem prouectus
in bono, secundum quem ab imperfecto ad
perfectum proceditur, unde dicit apostolus i cor
xv°: non prius quod spirituale est,
sed quod animale, deinde quod spirituale.
Primus homo de terra terrenus, secundus homo
de celo celestis. Tercio propter digni
tatem ipsius verbi incarnati, iuxta
illud gal. iiii°: At ubi venit
plenitudo temporis. Dicit glosa augustini
multi dicunt quare non ante venit
xpistus. Quibus respondendum est quia nondum
venerat plenitudo temporis modera
te illo per quem facta sunt tempora. Sciebat
enim quando venire debebat. Ante tan
tum longa preconum series premittenda
erat; non enim aliquis paruulus ve
nturus erat. Sed magnus erat predicandus.
Et tenendus quanto maior iudex
veniebat, tanto preconum series
longior precedere debebat. Quarto
ne feruor fidei temporis prolixitate
tepesceret, quia circa finem mundi
refrigescet caritas multorum, matt.
xxiiii° et luc. xviii dicitur: Cum venerit
filius hominis putas ne inveniat
fidem super terram? Sed contra incarnationis
opus pretexit ex immensitate divi
ne caritatis, secundum id ephe. secundo:
Deus qui dives est in misericordia, propter ni
miam caritatem suam, qua dilexit
nos, cum essemus mortui peccatis, con
vivificavit nos in xpisto. Sed caritas
non tardat subuenire amico neces
sitate patienti, iuxta illud prov. 3o:
Ne dicas amico tuo: vade et rever
tere, cras dabo tibi, cum statim pos
sis dare. Ergo deus incarnationis
opus differre non debuit, sed statim
a principio per suam incarnationem hu
mano generi subvenire. Respondeo quod
caritas non differt amico subvenire
salua tamen negotiorum opportunitate
et personarum conditione. Si enim medicus
statim a principio egritudinis me
dicinam daret infirmo, minus proficeret
vel magis lederet quam iuvaret. Ideo

etiam deus non statim incarnationis
remedium humano generi exhibuit,
ne illud contemperet ex superbia,
si prius suam infirmitatem non cogno
sceret. Sed adhuc diceret aliquis
secundum apostolum i thi. i°: xpistus venit
in hunc mundum peccatores saluos facere.
Sed plures saluati fuissent si a
principio generis humani deus incarnatus
fuisset, plurimi enim ignorantes deum
in prius peccatis perierunt in diversis seculis.
Ergo conveniens fuisset quod a principio generis
humani deus incarnatus fuisset. Respondeo
quod ad hoc respondet aug. in libro de vi
questionibus paganorum questione 2a dicens
quod tunc voluit xpistus hominibus apparere
et apud eos predicari sua doctrina,
quando et ubi sciebat esse qui in eum
fuerant credituri. Hiis enim temporibus,
et hiis in locis, tales homines in eius
predicatione futuros esse sciebat, quales
non quidem omnes, sed tamen multi in eius
corporali presentia fuerunt, qui nec in
eum suscitatis mortuis credere volu
erunt. Sed hanc responsionem vel aug.
retractans libro de perseverantia
dicit. Nunquid possumus dicere tyros
aut sydonios talibus apud se vir
tutibus factis credere noluisse,
aut credituros non fuisse, si facte
in ipse deus eis attestetur, quod acturi
essent magne humilitatis penitentiam,
si in eis facta essent divinarum signa
virtutum. Respondeo ut ipse solvens subdit
per apostolum: non est volentis neque
currentis sed dei miserentis, qui hiis
quos previdet credituros suis mira
culis, si apud eos facta ~~fuissent~~
essent, quibus voluit subvenit, aliis
autem non subvenit, de quibus in sua
predestinatione occulte quidem, sed iuste
aliud iudicat, ut maior eius in hiis
qui liberantur, et veritate in hiis qui
puniuntur in dubitatione credamus.
A principio tamen quare primis
parentibus in paradyso ad operandum et
custodiendum collocatis, et deinde
per eorum legem vetiti pomi

derelicti seruitatem expulsis / ipse na
mi saro nō destitit hoīes ad bonū
mutare. p̄ ocultos instinctus / nō
distulit hominem errabundū ad pe
nitenciā reuocare / spem veme da
do p̄ repromissū saluatoris aduētū /
/ Et ne forte p̄ ignorātiā 7 ingra
titudine tāta dei dignatio / nec
saluti foret inefficax / singulis ꝗ̄ ꝗ
p̄sū etatib; p̄ patriarchas / sacerdotes
reges 7 ꝓphetas / ab abel iusto usq;
ad iohem baptistam aduētū filii
sui p̄nūciare repromittere 7 p̄figu
rare nō destitit / vt p̄ multa inīa
tpm̄ et amore magnis 7 varijs
multiplicatis oraculis / 7 intencias
ineas ad fidem erigeret / 7 deside
ria ac affectus inflamaret / vn
dt augꝰ in s̄mone de purificacōn
Lux deus ꝗd / magnū desiderū
habebant patres antiqui videre
xpm̄ sciebat em̄ illū eē ventur̄
/ nō solū patriarche 7 ꝓphete / sed eciā
omnes qui pie viuebant 7 dicebat
o si me inueniret illa felix natiuitas
o si quod credo in scripturis videbo
oculis meis / Si ergo fideles anti
qui / tantū desiderabat tam qz
deuoti erat / xpō adhuc ven
turo / quid faciendū est / iā suscepto
/ Sed ve nobis miseris hiis mode
rni tpis / qui nec tm̄ afficimur ad
graciam exhibitā / quātū antiqui
afficiebantur ad p̄missam / vn b'nuꝰ
s̄mone p̄o sup cant̄ dt / ardore de
siderij suspirancium xpi in carne
p̄ncia frequentissime recogitans / confun
dor 7 confundor / in memetipso / et
iunc vix contineo lacrimas / ita pu
det tpis torporis huius / imp̄babilud
tpm̄ horꝭ / Cui namqz nrm̄ inge
rit gaudium / hec gratie exhibicio
quātū accenderat veteres / desidati
sola p̄missio / Et ut dicit in libro
de casu veteris 7 noui testamenti / In
p̄tate dantis est / qn̄ uel quantū
velit misereri / venit ergo qn̄ cui
7 subuenire statuit / et gratū esse
sibi b'nficiū eiꝰ cum langore quo
dam humani generis abolescere cepi
sset cognicio dei int' hoīes / 7 mores

immutarent / eligere dignatus est
abraham / in quo forma esset reno
uate notic dei 7 moꝝ / Et cū adhuc
reuerencia segnior esset / p̄ ea per
moysen legem litteris dedit / et
quia gentes eā spreuerit / nō se
subicientes ei / neqz hij qui acce
perunt seruauerunt / motus mia dn̄s
misit filiū suū / qui data omibus
remissione p̄ctōꝝ / deo p̄ri illos
iustificatos offerret hec ille / a p̄no
in ꝗdicōnis huane scīmus p̄ncib;
in p̄adiso. hec. Moraliter aut / In
ꝓpa venit dei / i / in hoīm mentes
qui se totos deo dederunt / et se ipos
abnegauerunt / 7 deo ipōs offerent
ut iam nō sibi viuat sed deo. Et
sui / i / illi / qui que sua sūt ꝗrūt
nō que ihū xpi / eū nō receperūt
nec in illos mentes venit hec /
/ Sunt ibi Quotquot aut receperūt
/ Promissa ad veniendi non ordinali
/ et adueniētis p̄ncia salutari /
/ Ponitur ondit̄ ipius aduenientis
fructus salutis / Et quia ille fructus
est / diuine filiacōnis adopcio / ideo
duo. tangit ewan / p̄mo p̄ponit
homines posse filios dei fieri /
/ Sc̄o ondit modū quo hec posset
fieri / ibi qui nō ex sanguinib; hec
/ Dicit quā nō fructus iste seu vtilitas
/ nō extendit se nisi ad illos q̄
eū receperūt / et in eū crediderūt
/ ideo dicit / Quotquot aut receperūt
eū / dedit eis p̄tatem hec. q. d.
iam dictū est / qz sui eū nō rece
perunt / ne ergo credet qz nulli eū
recepissent / quia si nullus eum no
recepisset / nullus saluus fieret / qz
nullus saluus fiet / nisi qui xpm̄ reci
pit venientem / io addit dicens
Quotquot aut hec ondens qz nō
defuerūt qui eū p̄ fidē receperūt
/ Et illis dedit p̄tatem filios dei
fieri / p̄ gratiā adopcōis / Et hic
est magnus fructus seu vtilitas ~~receperunt~~ fuerunt sunt filij
/ qz hoīes sunt
/ p̄ adopcōnis gratiā / io qd dei
filius est p̄ naturā / p̄e Jō. 20 vi
dete / qualem caritatem dedit

[illegible marginal note at top]

nobis deus pater ut filii dei nomi-
nem[ur] et sim[us]. Et melior est utili-
tas et excellen[tia] magna quia ut dicitur
ad Ro. viii. Si filii et heredes. Here-
des quidem dei, coheredes autem Christi.
Super quo dicit gloza non est hic primum
vel leve. Si enim filii sumus et heredes
in eius glorie participes, heredes qui-
dem dei, quia eius beatitudine fruemur,
coheredes autem Christi in quo et per quem
beati erimus, quia plures erimus
uno et heredes. Unde Aug. super illud ra-
tionis Joh. Magna benivolentia, ma-
gna est misericordia. Unicus natus est et
noluit manere unus. Multi homines
cum filios non genuerunt, peracta etate
adoptant sibi et per voluntatem faciunt
quod natura non potuerunt. Et fa-
ciunt homines. Si autem aliquis habeat
filium unicum, gaudet [filio] in illo magis
quia solus omnia possessurus est et
non habebit qui cum eo dividat here-
ditatem et pauperior remaneat. Non
sic deus, unicum eundem ipsum quem
genuerat et per quem cuncta creaverat
misit in hunc mundum, ut non sit eo
heres unus, sed fieret habet adopta-
tos. Non enim nos nati sumus de deo
quemadmodum ille unigenitus, sed ad-
optati per gratiam ipsius. Ille enim venit
unigenitus solvere peccata quibus
peccatis implicabamur ne adoptaret
nos propter impedimentum eorum. Quos sibi
fratres facere volebat ipse solvit et
fecit coheredes. Non timuit ille here-
ditatem coheredes, quia hereditas eius non
fit angusta si multi possederint.
Illi ipsi fiunt possidentes. Sunt here-
ditas ipsius et ille vicissim fit
hereditas ipsorum. Audi quo ipsi
sunt hereditas ipsius. Dominus dixit
ad me filius meus es tu ego hodie
genui te. Postula a me et dabo
tibi gentes hereditatem tuam. Ille
quo fit hereditas eorum. Dicit in psalmo:
Dominus pars hereditatis mee et calicis
mei. Et nos illum possideamus et
ipse nos. Ipse nos possideat sicut
dominus, nos possideamus sicut salutem
et sicut lucem. Quid ergo dedit his
qui receperunt eum, dedit eis potestatem
filios dei fieri. Sed ut ostendatur qualis
debeat esse illa receptio quia per fidem
ideo explicat dicens. His qui cre-
dunt in nomine eius. Super quo gloza: Nomen
eius est Emanuel, id est nobiscum deus.
Ille ergo credit in nomen eius qui eum cre-
dit esse deum et hominem. Et omnis talis
est filius dei. Prima Joh. v. Omnis qui
credit quod Jhesus est filius dei ex deo
natus est. Et melior quod dicit devotissime
autem receperunt eum. Et duo designantur
primo ex parte dei adoptantis misericordia,
quia non est personarum acceptio apud
deum. Unde Gal. iii. Sive sint servi sive
liberi, sive greci, sive barbari, sive
sapientes, sive insipientes, sive viri sive
mulieres, sive pueri sive senes, omnes
eodem honore digni sunt. Col. iii.
In Christo Jhesu non est masculus neque
femina, id est in homine novo secundum deum
creato non est distinctio masculi et
femine, sed secundum spiritum mentis in quo
renovamur secundum ymaginem crea-
toris. Nec in eo est gentilis et iudeus,
id est acceptio vel exceptio iudei vel gen-
tilis. Nunquam enim ut indignus excipitur,
nec aliquibus officit vel proficit apud
deum quod de illis vel de illis nati sunt.
Neque ibi est circumcisio et preputium, id est non
aliqui ibi sunt digniores eo quod ipsi
hic fuerunt vel eo minus digni quia non
fuerunt. Nec ibi est barbarus et scita,
servus et liber, id est non propter ista aliquis
est ibi dignior vel minus dignus.
Et est sensus in novo homine
nulla exterior dignitas aliunde preiu-
dicatur, nec sexuum nec nationum
nec observationum nec linguarum nec
conditionum. Sed Christus est omnia, id est
omnes partes novi hominis sunt opera sua.
Et ipse Christus est in omnibus hominibus
id est fidelibus qui per eum novi sunt. Et
in verbis predictis secundo designatur ex
parte dei persolutio quod promisit
super effluens habundantia, nam am-
plior sit solutio quam sperata fuerat
promissio. Promissio enim de salute
collata facta sunt solum precibus id est in
deis. Ysa. xxxiii. Dominus legifer noster
ipse veniet et salvabit nos. Sed

plurimo non solum facta sunt eis / sed etiam omnibus aliis qui crediderunt in eum / ideo dicit Quotquot autem receperunt eum etc. Ro. xv° Dico christum ministrum fuisse circumcisionis i. iudeorum propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum i. ut se verum ostenderet in promissis et compleret promissa patribus iudeorum s. abrahe et david / gentes autem super misericordia honorare deum. i. non solum assumpsit christus iudeos propter veritatem / sed et gentes propter misericordiam / et ideo dicit / gentes honorare debent deum super misericordia i. de misericordia qua suscepit eas non eis promissa / nec ad eas missus / Matth. xv° non sum missus etc. dicit ergo Quotquot receperunt eum / ut ostendat quod gratiam dei dat indifferenter omnibus / recipientibus christum / Actuum xi° / ergo et in nationes gratia spiritus sancti effusa est / Hic est ergo magnus fructus / adventus filii dei / quia per illum sunt homines filii dei / Galat. iiii° misit deus filium suum etc. ut adoptionem filiorum reciperemus / Sic enim adoptionem recipimus / quia ille unicus dei filius non dedignatus est participem nostre nature / adoptionem ergo dicit / ut distinctione intelligamus unicum dei filium / nos enim beneficio et dignatione filii dei sumus / ille natura filius est / qui est heres quod proprium enim filium deus habet / quem de sua substantia genuit / nos autem non de substantia sua genuit / nam creatura sumus / quam non genuit sed fecit / et ideo ut fieret christi secundum nostrum modum faceret adoptavit / iste itaque modus quo nos deus cum iam essemus ab ipso non nati sed conditi et instituti / verbo suo et gratia sua genuit / ut filii eius essemus / adoptio vocatur / ideo dicit ut adoptionem filiorum reciperemus non dicit acciperemus / ut significaret nos hoc amisisse in adam / ex quo mortales sumus / unde dicit glossa / Sciendum quoque quod triplex homines sunt filii dei / primo per gratie infusionem unde quicumque habet gratiam gratum facientem efficitur filius

dei / Ro. viii° Non accepistis iterum spiritum servitutis in timore sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei / super quo glossa / Cave ne ex eo quod ait / spiritum servitutis et spiritum adoptionis / duplicem intelligas spiritum / cum sit unus atque idem spiritus / ille dumtaxat qui est in unitate trinitatis spiritus sanctus accepit quod apostolus hic ostendit dicens unus / idem ergo spiritus est sed propter diversa opera dissimiliter appellatur / ut Egyptiis spiritus ire dicitur quibus aqua diversa ipsum nocuit / filiis autem israel non dicitur spiritus ire quibus aqua diversa profuit / Similiter spiritus timoris dicitur esse iudeis / quia eorum spiritum quo in tabulis lex scripta est / timor in tempus est eis / qui gratiam nondum intelligebant / de peccato infirmitate et peccati per legem convicti / Sed postquam venit libertatis dicitur esse / illis quibus impertit eis opere gratia et regno in vita eterna / i. fideles quod per dilectionem operatur / non formidando penam sed amando iustitiam / Secundo sunt aliqui filii dei / per operum perfectionem / unde quicumque facit opera iustitie / est filius dei / Matth. v° Diligite inimicos vestros etc. ut sitis filii patris vestri / Tertio per glorie adeptionem quantum ad corpus et animam / Ro. viii° adoptionem filiorum expectantes redemptionem corporis nostri / s. ut ipsum corpus redimatur a mortalitate / quod prius exemptum fuit a peccato / Cum ergo accipiamus potestatem filios dei fieri quantum ad operum perfectionem vel glorie adeptionem / tunc nullam difficultatem habet sermo prius / quia cum dicitur / dedit eis potestatem filios dei fieri / intelligitur gratia / quia habita potest homo facere opera perfectionis / et adipisci gloriam / quia ut dicitur ad Ro. vi° gratia dei vita eterna / Secundum hunc sensum dicitur / dedit eis / s. qui eum receperunt / potestatem i. gratie infusione filios dei fieri / s. bene operando et gloriam acquirendo / Si vero

intelligatur de gratie infusione / tunc
dubitacionem habet quod dicitur / de
dit eis potestatem filios dei fieri /
quia non est in potestate nostra filios dei
fieri, tamen non potest in potestate nostra
gratia gratie. Sic ergo quod dicit / dedit
eis potestatem filios dei fieri / aut
intelligitur de potestate nature / et hoc
non videtur esse verum / quia infusio
gratie est supra nostram naturam
Aut intelligitur de potestate gratie et tunc
hoc ipsum est gratiam habere quod habere
potestatem filios dei fieri / et sic non
dedit eis potestatem filios dei fieri
sed filios dei esse. Ad quod dicendum
quod in dacione gratie requiritur in hoc
adulto ad iustificacionem sua consensus
per motum liberi arbitrii, unde quia est
in potestate hominis ut consentiat vel
non consentiat. Dicit dedit eis potestatem.
Et sic dedit ... dat potestatem suscipi-
piendi gratiam hominibus / Dupliciter
primo quidem gratiam hominibus preparando
et proponendo Sicut enim qui facit
libros et proponit hominem ad legendum.
Sic xpus per quem gratia facta est
Infra eodem / et qui operatus est sa
lutem in medio terre. ut in psalmo
dedit nobis potestatem filios dei
fieri per gratie susceptionem / Secundo quia
hoc non sufficit, tamen etiam liberum
arbitrium, adhuc quod moveatur ad
gratie susceptionem indiget auxi
lio gratie divine, non quidem habitualis
sed moventis / Ideo dat potestatem
movendo liberum arbitrium hominis
ut consentiat ad gratie susceptionem
iuxta illud Trenorum ultimo / Converte
nos domine ad te scilicet movendo vo
luntatem nostram ad amorem tuum,
et convertemur / Et hoc modo vocatur
interior vocacio / de qua Romanorum primo
quos vocavit scilicet intus instigando
voluntatem ad consenciendum gratie
hos iustificavit scilicet gratiam infundendo
Sic ergo patet / quod dedit eis pota
tem. Vel omnis potest intelligi aptitudo
vel disposicio ad operum perfectionem
Et tunc est sensus. Dedit eis potestatem

filios dei fieri i. gratiam per quam
recte possunt operari / per illam autem
perfectam operacionem fiunt filii dei non
solum in persona gratuita infusa
gratia / sed amplius in bonorum operum
evidencia secundum illud Math. v°. Di
ligite inimicos vestros etc. ut sitis filii
patris vestri i. ut conformetis opere
quod estis per gratiam infusam
facti in mente. Alio modo potest intelligi
pro facultas consequendi eterna retribucionem
et tunc est sensus. Quotquot rece
perunt eum dedit eis potestatem fi
lios dei fieri i. pro facultatem consequendi
eternam hereditatem, qua assequimur
veri filii dei / Eternam vero per gratiam
habent potestatem consummandi scilicet
in divina filiacione. Ideo potest dici quod
dedit eis i. eum recipientibus potestatem
filios dei fieri i. gratiam per quam
potentes sunt in divina filiacione con
servari / I° Joh. ultimo / Omnis qui
natus est ex deo non peccat / sed
generacio dei i. gratia per quam regenera
mur in filios dei conservat eum. Sic illa nos conservat
ergo dedit eis potestatem filios dei
fieri per gratiam gratum facientem
per operum perfectionem et per glorie adepcionem /
et hoc preparando. movendo et consummando
gratiam omnibus ac conferat fru
ctus adveniens / Consequenter sub
ditur. his qui credunt in nomine eius /
Et hoc quidem accipitur dupliciter vel ut
sit exposicio superioris / vel ut de
terminatio / Expositum quidem eterna
dixerat ewangelista Quotquot autem
receperunt eum etc. ut ostendat quod
sit eum recipere / quoniam exponendo
subiungit his qui credunt in nomine
eius q.d. hoc est eum recipere in
eum credere, quia per fidem xpus habi
tat in cordibus nostris / Ephe. iii°
quia tamen fidem eius in nobis habemus
xpm habere videmur / Illi ergo rece
perunt eum qui crediderunt in nomine
eius / Ut determinatio vero ponit in omne
vox spiritalis aquile quod putatur
digenus / Sic modo aquila rapuit

xpm dicens se esse xanos / qui tn non sunt filij dei / quia no vere credunt in nomine eius / Ista dogta de xpo suggerendo / substrahendo s. aliquid de huanite vel diuinite sm illud 1 Joh iiij° omnis sps qui soluit xpm ex deo non est / est io ewan dictando dt dedit eis s. recipientibus ~~de huanite vel diuinite~~ / cum p fidem / filios dei fieri / illis tm qui credunt in noie eius .i. qui nom xpi integrum suat / ut michil de diuinite seu humanitate xpi diminuat / pt eciam hic ad reformatom fidei referri / ut dicatur his dedisse ptatem filios dei fieri qui credunt in noie eius, .i. qui p fidem caritate formatam faciunt opa salutis / Illi em qui fidem hnt solum informem / non credunt in noie eius / quia no opantur ad salutem / prima tn expositio qua acr ut expositum pmissorum magis est ppa / Notandum tn q no dicit fecit eos filios dei / sed dedit eis ptatem filios dei fieri pngnt ppter tria plura / Primo sm Cris ad ondendus q multo studio opus sit ut ymaginatom filiacois dei in baptismo formatam pp custodiamus / Scdo ad designandum q hanc ptatem nq nobis auferre potest / nisi nosmet ipsi auferamus / Tercio ad ondendum q hec gratia no datur n volentibus / ita q hic est coopatio gre et ptate liberi arbitrij / dei quidem est dare gratiam / hominis autem pficere / Sic igitur ad susceptionem gratiarum et adoptiois gratia requiritur agentia voluntatis / unde sm aug qui creauit te sine te, no iustificat te sine te / Dedit ergo eis ptatem filios dei fieri .i. instituit sacra p que pt aliquis fieri filius dei / cu fide et deuotom ea suscipiens / Amorum primum est sacrm bapmi / Glosa mirabilis ptas / ut de filijs diaboli fiant filij dei / p eius liberati / Tercio scdm theophilum ad innuendum q in resurrectione pfectissimam filiationem expectamus / Roma viij° adoptionem filiorum dei expectantes redemptionem corporis nostri / Dedit ergo eis ptatem filios dei fieri .i. gratiam pfectionis future glorie p sim / Et sm aug libro de pdestinatione sanctorum / posse tdc nature est / ergo a na homines hnt ptatem et p graciam, no ex gra / Secundo duplex est posse / quoddam actiuum et pfectiuum et hoc dicitur posse ptate / aliud est posse passiuum et imperfectum / et hoc est posse pgalite / primum posse no est nisi p gratiam de quo loquitur ewan / cum dt dedit eis ptatem filios dei fieri / no pgalitem de qua loquitur aug / Sed si quereret aliquis quare potius hic aut de credentibus quam amantibus vel alijs / Dicendum q fides est prima virtutum et fundamentum / ideo ei attribuit, ut principaliori / quia fides exigit caritatem et ceteras virtutes / Sed si queritur quare ewangelista no describit penam hic no recipientium sicut descripsit premium recipientium / Dicendum sm Cris q maximum supplicium est eis / qui priuatur honore filiacionis diuine / et multis inextinguibilis eos supplicij ignis / sicut habetur ex alijs ewangelijs locis / sed de hoc no scribit sui tractatus pfunditas insinuans fidei certam pfectionem gnis humani / Cognoscitur autem aliquis esse filius dei p 4or / primo p pacificam conuersatom / Mathei v° / Beati pacifici qm filij dei vocabuntur / Scdo p inimicorum dilectom / Luce vj° / Diligite inimicos vestros ut sitis filij patris vestri / Tercio per fidei deuotam susceptionem / ut hic et infra xij°, dum lucem habetis credite in lucem vt filij lucis sitis / Quarto p bone opacois rectam intencionem / quia scdm Ambr. eius opa quisque facit, eius et filius vocatur / Ideo de opantibus opa dei dicitur / 1 thes v° / omnes vos estis filij lucis et filij dei / glosa .i. fidei et virtutum / fides est lux q facit diem .i. habitum virtutum / Econtra tenebre sunt infidelitas / nox .i. habitus viciorum

Primum sit quod addat ut credulitas sit
fidem informata, immo requiritur primo
cognicio generalis integralis, scilicet
omnium que deus revelavit, et que
sancta ecclesia credit. Romanos x° corde
creditur ad iusticiam, immo fides
est ipsa cognicio divina. Secundo
dilectio generalis, quia fides addit
dilectionem, nam in deum credere
est credendo amare vel diligendo
in eum ire et eius membris incorporari,
quod fit per baptismi susceptionem,
in quo consignatur caractere bapti-
smali, mundatur ab infectione origi-
nali et actuali, et dotatur dotacione
graciali, quia qui crediderit et
baptizatus fuerit salvus erit. Marci
ultimo. Requiritur eciam confirmacio operis,
quia post fidei susceptionem incipit
operari per dilectionem, quia fides sine
operibus mortua est. Iacobi 2°.
Et patet quod unum istorum non valet
sine aliis. Ultimo notandum circa hoc
quod hic dicitur, dedit eis potestatem,
dicit Allexander quod pater noster dicitur generaliter
de tribus personis. Ad filiacionem enim
per graciam requiritur quod primo ad yma-
ginem et similitudinem per graciam, primo autem
primo ymago est gracie, hec pertinet ad patrem,
tum vero ad ymaginem ad filium, qui
est ymago patris, tercio autem ad simili-
tudinem ad spiritum sanctum, qui est simili-
tudo per quam assimilamur deo. Propterea
a patre per filium regnamur, ab utroque
per spiritum sanctum reformamur. Ex quibus
duobus est filiacio per adopcionem,
ex quo relinquitur quod racio premissa,
qua dicitur pater noster, convenit toti trinitati.
Nota quod trinitas nomen paternitatis convenit
filio, non eo quo dicatur filius, sed
eo quo dicitur principium gracie re-
dempcionis. Similiter spiritui sancto, non
eo quo dicitur spiritus, sed eo quo datus
est nobis in pignus hereditatis
eterne. Unde dicit Augustinus libro de spiritu
et anima: pater filium dedit in precium
redempcionis, spiritum in privilegium ad-
opcionis, sed deinde totum servat
hereditatem adoptatis. Et ibidem
pater tradidit filium quo redimeret

servos, misit spiritum sanctum quo servos
adoptaret in filios. Ista namque duo
requiruntur ad graciam adopcionis in filios
Ade, qui nascuntur filii ire, secundum dyli-
primum redempcio a filiacione generali,
secundum adopcio in filiacionem dei. Primum
per aggregacionem fit a patre per filium, secundum
ab utroque per spiritum sanctum. Licet autem ad-
opcio respiciat causam increatam et
eciam creatam, causa increata est
trinitas per graciam imponendi et per gloriam
in futuro, per graciam vero hic modo
pater per filium tollens filiacionem generali
in redempcione et per spiritum sanctum con-
ferens filiacionem dei, et hic modo descen-
dit ad nos divina. Ad gloriam vero pater
per spiritum sanctum reducit nos ad conformi-
tatem filii et filius reducit nos ad
ymaginem patris. Unde Augustinus ubi supra:
spiritus sanctus perducit eciam ad Christum,
qui ipse sine macula et ruga tradet
regi deo et patri. Causa vero creata
determinatur multipliciter secundum diversitatem consi-
deracionis, nam tamen disponens est humilitas.
Causa efficiens est gracia sanctificans.
Causa perficiens tripliciter: timor
filialis respectu filii, fides respectu
spiritus sancti, caritas. Requiritur utrum
ante incarnacionem fuit filiacio per adopcionem.
Et videtur quod non, quia dicit Augustinus in
2° quod primum nos dicimur filii adoptivi
quia cum nati sumus filii ire, per graciam
facti sumus filii dei. Cum ergo in statu
innocencie non essent filii ire,
videtur quod nec poterant esse filii ad-
optivi. Ergo Adam ante peccatum non fuit
filius adoptivus. Contra ante incar-
nacionem et ante peccatum et post, sancti erant
filii dei, alias non pertinerent ad
hereditatem. Unde dicitur Ysaie 63°:
pater tu es noster et Abraham
nescivit nos. Aut ergo filii naturales
aut adoptivi aut solum filii per
creacionem sicut cetera. Non primo modo,
nec 2° solum. Relinquitur ergo quod
filii adoptivi. Ad primum secundum Allexandrum
adopcio respicit duplicem terminum,
scilicet a quo et ad quem. Comparatur ad terminum
a quo, refertur in statu ante peccatum et

in ad opta nob. b. t

post pctm / nam in statu post pctm / de filio ire. fit filius gratie / In statu vero ante pctm / non de filio ire / sed de non filio fit filius / vnde post pctm est gratia disposicio ad filiacionem / in statu vero innocencie negacio filiacionis / Continuatio vero ad textum ad quem refert ante incarnacionem & post / nam ante incarnacionem ex parte de incarnacionis erat filiacio in potencia non in effectu qui est tunc consecucio hereditatis / post incarnacionem vero & passionem / erat filiacio in effectu tunc consecucionis hereditatis / remota obligacione per passionem / Et refert ad opus ante pctm. quia non esset [illegible] incarnatio / et post pctm post incarnacionem / ita quod non esset incarnatio / solum esset hereditas in terra fluente mel scilicet in dulcedine diuinitatis / Per incarnacionem vero est hereditas aucta in terra fluente lac & mel id est in felicitacione deitatis & humanitatis assumpte in vnitate persone filii dei / Roma. viii° heredes quidem dei coheredes autem xpisti / Ex quo patet vlterius / quod xpistus secundum quod homo non potest esse filius adoptiuus / quia adopcio est vt de non filio fiat filius / non est autem dicere quod xpistus secundum quod homo fuerit non filius / ideo secundum quod homo / non potest esse filius adoptiuus / vnde super illo philip. 2° / dominus noster ihesus xpistus in gloria est dei patris / dicit glosa / Ihesus id est homo assumptus / nomen dei non per gratiam adopcionis sed vnionis / vt non sit adopcione deus / sed verus deus tunc secundum omne genus / Et ambro. dicit volui scripturas & reuolui / filium dei nunquam adoptiuum inveni / quia adopcio non ponit statum quando nature / vnum in quo sit non filius quod non est invenire in xpisto secundum quod homo / Sequitur est declaratio / vnde sicut ibi / Qui non ex sanguinibus &c. Explicat modum quo dictam filiacionem consequi possumus / quia non per generacionem carnalem

sed spiritualem / vt quod ponit hic principium filiacionis causam & modum / Nam natiuitas est causa filiationis / Sicut ergo duplex est natiuitas scilicet carnalis & spiritualis ita duplex est filiacio / vnde natiuitatem carnalem dat intelligere cum dicit in textu dicens Qui non ex sanguinibus &c. quasi vellet dicere continuando / Ita dictum est quod dedit eis potestatem filios dei fieri qui filii non sunt nati ex sanguinibus scilicet maris & femine id est ex materia vnde fit homo / nec nati sunt ex voluntate carnis id est de concupiscencia femine que est caro ade, & regitur / neque ex voluntate viri id est maris qui regit / sed nati sunt ex deo scilicet operante per baptismum Et hec natiuitas corde est spiritualis / hanc duplicem natiuitatem tangit augustinus super primam canonicam Iohannis / omelia quarta / dicens duo sunt natiuitates / vna qua per homines homines peccatores primi / altera qua per deum iustificati / prima natiuitas ducebat ad mortem / secunda natiuitas excitat ad vitam / Natiuitas prima trahit secum pctm / natiuitas secunda liberat a pctto / ideo enim venit xpistus homo, vt solueret pcta hominum / Et super Iohannem omelia xi. duo sunt natiuitates vna de terra alia de celo / vna de carne alia de spiritu / vna de mortalitate / alia de eternitate / vna de masculo & femina alia de deo & ecclesia / vnde notat hac & illa generacionem / ponit euangelista dicens dominus Qui. scilicet filii dei non ex sanguinibus nati sunt / quasi vellet dicere istud propter dictum est / quod fructus lucis advenientis est potestas filios dei fieri / que est hominibus data ne quis timeret / cum nali generacionem nasci dicit qui non ex sanguinibus &c. vbi notandum quod in incarnali generacione duplex inuenit causam scilicet materialem & motiuam / materialis carnalis generacionis est sanguis / & ideo dicit, non ex sanguinibus et licet hic non sanguinis / in latino non dicat plurale / quia hic translator regulam grece seruare non curauit / vt veritate

[illegible]

Hanc in ipso mora indignum vehe
ment existimo vt vba celestis ora
culi restringam sub regulis donati

pfecte docet / qui no dt exsangine
sim latinos sed ex sanguinib9 augu
stinus contra fe iohis Sanguinib9 no
est latinum / sed quia grece positu
est pluralit / maluit ille qui int
ptabat sic ponere / et quasi ming
latine loqui / scdm gramaticos / 7 tn
explicare veritate scdm auditum infir
morum / Si enim diceret no ex sangine
in singulari nu / no explicaret quod
volebat / Ex sanginib9 enim homines
nascunt maris 7 femine / Dicam ig
go no timeam regulas gramaticorum
dum tn ad veritatem solidam expmere
puenam / Reprehendit q intelligit
et ingratus quia intellexit / isti qui
sunt filii dei 7 fratres xpi vtiq
nascunt / nam si no nascunt / quo
sunt filii vl quo sunt esse filii / Sz
filii hominum nascunt ex sanguinib9
7 ex conplexu concubitu / illi aut sz
filii dei 7 fratres nascunt no ex san
guinib9 sz tanqua maris 7 femine.
Per quod intelligit quicquid ex sangine
gnatus / qrcius ut materia / ad carna
lem gnationem / Semen at scdm
phm est superfluitas ultimi cibi
v sanguinee digestionis / vnde
per sanguines intelligit seme viri
sine menstruum mulieris / Causa vo mo
tiua ad actum gnationis carnalis
est voluntas sc concupiscentia / sz
maris 7 femine / quia licet actus
virtutis gnatiue scdm eius se / no sit
subiectus voluntati / preambula tn
ad ipm / voluntati subiciunt / 7 io
dt neq ex volunte carnis / i mu
lieris / neq ex volunte viri / ut
ex ca efficiente / sed ex deo nati
sunt / q.d. no carnales sed spuales
filii dei sunt / Et scdm aug o ca
accipit hic caro p muliere / quia
cum de costa facta esset adam dixit
hoc nunc os ex ossibus meis et caro
de carne mea / Et aplus ait /
qui diligit vxorem suam seipm
diligit / nemo enim vnqua carne
sua hunt odio / ponit go caro
p vxore quemadmodum aliqn spus
p marito / quia ille regit hec regi
ille imperare dz / ista seruire / nam

vbi caro imperat 7 spus seruit / p
uersa domus est / Et subdit eiusd
peius domo vbi femina est imperiu
sup virum / Recta aut domus illa vbi
vir imperat / femina obtpat / Recte
ipse homo vbi spus imperat / caro
seruit / ppter quod dt apls Ro viii°
debitores sumus no carni ut scdm
carnem viuamus 7c / Demo aut dicte
carnalis gnationis dicit Sapie
viii° In ventre matris figuratus
sum caro / decem aut mensium tempe
coagulatus sum in sangine ex seme
hominis 7 delectamento somnii conue
nientis 7c / vel sic dici q motiuu
ad carnalem gnationem est duplex
vnum ex parte appetitus intellectiui
quod est voluntas / aliud ex pte
sensitiui quod est concupia / ad de
signand mam go causam materialem
dz cum no ex sanguinib9 ut pius /
Sz ad designand causam efficientem
quantum ad concupiam / dz no ex volunte
carnis / quamuis inppe concupia car
nis vos dicat / Quo sn modo
dicit gall v° caro concupiscit ad
usus spm / 7 spus adusus carne
vt no quecumq vultis illa faciatis /
Sic vos accipit p volunte carnis
q est concupia / et p volunte spus ad
designand vo appetitum intellectiuu
dicit neq ex voluntate viri /
Sic go gnatio filiorum dei non est
carnalis / sed spualis / quia ex deo
nati sunt / infra 3° / Quod natu e
ex carne caro est / et quod natu e
ex spu spus est / Et pe ioh iii°
qui natus est ex deo petm
no facit / qm semen ipsius in eo
manet / pma petri primo / Renati
no ex semine corruptibili sed inco
rruptibili per vbm dei viui 7 perma
nentis in etnum / Et scdm istas ex
positiones possumus accipe dram car
nalis gnationis ad spualem / Ca
enim illa est ex sanginib9 / io est ca
rnalis / Ite quia est ex voluntate
carnis 7 viri / i ex concupia / io est
inmunda / et gnat filios peccatores
Ephes 2° / Eramus natura filii ire /

Hec vero que est ex deo facit filios
dei / vel potest dici quod in homine sunt
tria / primum est irrationale non obediens
rationi / ut vegetale in nobis / aliud
est irrationale obediens rationi ut appe
titus sensitivus irascibilis et con
cupiscibilis Ethicorum primo Huius autem est etc.
appetitivus / et hic vocat philosophus
rationale per participationem primo ethicorum
obedit quidem rationi sed quasi in
minuere / tercium est rationale per
essenciam ut intellectus / Et propter hec
tria triplicatur apud nos nativitas
potest nominari / dicuntur enim vulgaliter
nasci vegetalia / scilicet herbe plante
bestie et talia / Et hec tria sunt
in homine tamen magis attribuuntur
nomen patris et filii. In scriptura
autem tria sunt signata / Per hec tria
que ponuntur in littera nam per sanguinem
potest signari vegetale / per voluntatem car
nis sensitivum in nobis / per voluntatem
viri intellectum rationale / nam ratio et intellectus
est vir in anima Augustinus super Genesim
contra Manicheos vocat virum suum et venim /
et spiritum mulierem pnus esto Est autem
aie quasi maritus quodammodo
spiritus hominis qui carnalem affectum
tanquam coniugem regit / quando enim
spiritu dei operante cooperatur spiritus
hominis / tunc quod deus iussit im
pletur / et hic non fit nisi credendo
in eum / qui iustificat impium / Hec
enim iustificatio causat filiationem
et ex deo nativitatem nati enim ipsi
sunt clamq alba pr / sed nati ex
sanguine clamaq ve ve / Ex quibus
colligitur moraliter quod nil humanum
et per quod mundum / neque creatum dicit
se gignere in nobis / ut simus ex eo
creati / sed solo deo nati simus / No
tandum autem quod hec prepositio de / not
tat causam materialem efficientem et con
substancialem / dicimus enim quod faber facit
cultellum de ferro / et pater generat fi
lium de substancia / quia aliquid sui con
tulit aliquid ad filii generationem / Hec
autem prepositio ex importat causam
materialem et efficientem non tamen consubstancia
lem / unde quia solus dei filius est de substancia

patris / unico in una substancia cum patre
alii vero iusti sunt modo dicto filii dei
qui tamen non sunt de substancia quod et deo evan
gelista signaret ubi hic ait spon
ex dicens de aliis ex deo nati
sunt / de filio vero naturali magis dicit
quod de deo patre natus est / Advertendum
tamen quod hoc quod dicitur ex deo nati
sunt / non est ita intelligendum / quod ex
divina essencia nascantur aliqui /
sicut quidam heretici dixerunt / quod quilibet
homo bonus sit unigenitus dei
filius / quem deus pater eternaliter genuit
et quod quicquid deus pater in humana
natura dedit filio / quod hoc totum dat
cuilibet homini bono non excipiendo
gratiam unionis / et quod de isto hoc
verificatur totum illud quod dicit
scriptura de Christo / hec et plura delira
menta tanquam absurda reputa
tis / dicere possumus quod homo bonus
et dignus nascitur ex deo et est filius
dei triplicatur / uno modo per spiritualem
regenerationem / de quo modo nascendi
dicitur infra iii° nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto etc. / unde glosa
interlinearis propter hoc vero nati sunt
ex deo / dicit quod per baptismum fit ista
regeneratio / quia sicut generatio per naturam
terminatur ad esse naturale ita gratia
que confertur in baptismo / dat primum
esse spirituale / nec refert an sit ba
ptismus fluminis flaminis vel sanguinis
/ Et hoc est quod subditur ibidem
scilicet infra iii° quod natum est ex car
ne caro est et quod natum est ex
spiritu spiritus est / sic quod natum est
ex deo deus est unde psalmista ego
dixi dii estis et filii excelsi omnes
/ non quidem per essenciam sed per adop
tionis gratiam / quia autem dicitur dei
filius / eo quod ex deo natus unde
Iohannis v° omne quod natum est ex
deo vincit mundum / et hic est filius
dei / Et quod hec filiatio consummatur
per gratiam baptismalem / unde
subditur et hec est victoria
que vincit mundum fides nostra / et illa
est gratia dei que datur in baptismo

Unde dicit apostolus Gal. 3o: Omnes qui in
Christo i. in nomine Christi et ad similitudinem
mortis eius baptizati estis, Christum
induistis, i. conformes ei facti estis
in statu perfectionis et vite sanctificationis.
Et istum modum nascendi in baptismate
tangit Iohannes dicens: Quotquot autem
receperunt eum dedit eis potestatem fi-
lios dei fieri. Ista potestas est gratia
regenerationis ex aqua et spiritu sancto, que
credentibus tradita est. Et ad hoc
designandum dicit beatus Augustinus quod spiritus
sanctus venit super Christum baptizatum,
et vox patris insonuit: Hic est
filius meus dilectus in quo michi
complacui. Non quod tunc primo spiritus
sanctus venit in Christum, et quod tunc po-
suit sanctus filius dei patris, qui
ipse est filius secundum divinitatem, ab con-
ceptionis initio. Et secundum humanitatem
fuit filius hominis idem dei patris
filius, sed ut signum daretur credentibus
quod spiritus sanctus descendit super bap-
tizatos per gratie unctionem, eos quod
filios dei fieri per patris voluntatem
adoptionem. Secundo nascimur filii dei 2o
per ipsius dei obiectalem cognitio-
nem, id est 2e Cor. 3: Revelata prout
facie gloriam dei speculantes in
eandem ymaginem transformamur
a claritate in claritatem. Hii enim sunt
filii dei dicuntur, qui solum deum specu-
lantur cognoscunt et attendunt, et
illi sunt unum cum eo. Unde ait salvator
Iohannis xvii: Hec est vita eterna
ut cognoscant te solum verum deum
et quem misisti Iesum Christum. Et istum
modum nascendi tangit Iohannes
cum dicit: Hiis qui credunt in nomine
eius, i. qui habent notitiam dei. Nomen
enim a notitia dicitur, unde ille credit
in nomine eius, qui cognoscit ipsum
esse solum deum, quem scire et cogno-
scere est consummata iustitia et radix
immortalitatis Sapie. xv. Tertio 3o
nascimur filii dei per voluntatis in deum
totalem transformationem. Ideo dicit
salvator Math. xii: Quicumque fe-
cerit voluntatem patris mei qui in celis

est, ipse meus frater et soror et mater est. Ergo et filius
dei. Tales ergo qui a sibi nichil
retinuerunt, et semetipsos propter deum
abnegaverunt, et ipsum deum in se
et pro se loco sui receperunt, utique sunt
filii dei. Et in talibus nil habent
quo agant operationes proprias, nec esse
nec posse proprium quantum ad primum modum
nascendi, nec scire proprium quantum ad
secundum, nec velle quantum ad 3m. Habent
contra, quantum ad operationem, non tamen agunt
operationem, sed potius aguntur a deo
iuxta illud apostoli Ro. viii: Qui
spiritu dei aguntur hii filii dei sunt.
Sic autem in deum transformari est
ex deo nasci et quodammodo deifi-
cari, secundum quod pulcre ostendit beatus
Bernardus in libro de diligendo deo dicens:
Oportet nos in hunc affectum quando-
que transire, ut quo deus voluit omnia
propter semetipsum, sic nos quoque
nec nosipsos, nec ad aliud fuisse
vel esse velimus nisi propter ipsum
i. ad solam ipsius voluntatem.
Quod est in oratione quottidiana
postulamus cum dicimus: Fiat voluntas
tua sicut in celo et in terra. Et subdit:
O amor sanctus et castus, o dulcis
et suavis affectio. Et etiam purior et
efficacior, quo ad eius proprie nil
admixtum relinquitur, et suavior
ac dulcior, quo totum divinum est
quod sequitur et sentitur. Sic autem
affici est deificari. Sicut quo aque
stilla multo vino mixta saporem
vini non annichilat et totam a se
deficere videtur. Et quo luce solis
perfusus aer in eandem lucis clari-
tatem transformatur. Sic omnem
tunc in sanctis humanam affectionem quodam
ineffabili modo necesse est a semet-
ipsa liquescere, atque in dei penitus
transfundi voluntatem. Alioquin quomodo
deus erit omnia in omnibus, si in
homine de homine quicquam supersit.
Felix ergo qui ad tantum meruit per-
tingere dilectionis gradum, ut nec se
diliget semetipsum nisi propter deum

vt

sed amore divino inebriatus aliq-
uis quasi oblitus sui et factus sibi tamquam
vas perditum totus pergat in deum
atque adherens deo totum in eo vo-
luntas fiat et dicat defecit caro
mea et cor meum et ipsum modum na-
scendi tangit evangelium cum dicit qui
non ex sanguinibus etc. sed ex deo nati
sunt. Ista namque castissima nativitas
excludit omnem naturam que per san-
guinem intelligitur et omnem voluntatem
aliam a voluntate dei. Secundum voluntatem
respectu temporalium disponendorum quia
per voluntatem carnis vel femine
designatur, scilicet voluntate respectu
superiore et exteriore inferiore
et etiam respectu ipsius dei quia per vo-
luntatem dei viri figuratur. Cuius ergo
sic abnegat semetipsum, sequitur quod sint
filii dei. Et de solo deo nati in
quo solo vivunt soli et propter quem solum
vivunt. Unde apostolus Gal. 2o vivo ego
iam non ego, vivit autem in me
Christus, subaudiendum et ego in Christo
et ergo quia sic vicissim se habent,
ideo dicitur 1 Joh. 4o qui manet
in caritate in deo manet et deus
in eo. Licet autem est sita et casta
generatio quecumque dominus ut dicit ipse
quia ipsa summe placet sapientie. In-
de unde exclamabat Sapientie
4o o quam pulcra est casta generatio
cum caritate. Et advertendum quod significanter
dicit evangelium neque ex voluntate car-
nis, et non dicit ex voluntate principaliter.
Quamvis enim carnalis generatio for-
tassis sine voluntate saltem aliqua
penitus fieri non possit, sed preter
voluntatem fieri possit, sicut in
alienatis et ebriosis et fortiter
dormientibus et vigilantibus
perplexe posset accidere. Loquitur tamen
evangelium de voluntate ad ipsum mo-
dum spiritualis nativitatis tendens in quo quis
nascitur filius dei ~~et nos sumus~~
filii dei non solum sine voluntate car-
nis, immo etiam sine quacumque voluntate
aliqua quam dei. Et attendendum quod
Christus unus est filius dei et nos etiam
sumus filii dei, sed Christus magna
remanet inter utramque filiationem
differentia, sicut autem colligi quasi ...

ex verbis Hilarii 2o de trinitate. Prima
quia unus est filius dei proprietate
generationis, nos vero sumus filii dei gratia
adoptionis. Secunda quia unus semper ex
se erat filius dei, nos vero non
ex se sumus filii dei, immo dicimus nasci-
mur filii, ut Ephes. 2o. Tertia
quia Christus est verus filius, nos
autem secundum similitudinem filii dei sumus.
Quarta quia Christus est unicus
filius, nos vero multi. Quinta quia
Christus unus nichil aliud est quam
filius et nil quod non sit filius,
in nobis vero est aliquid quod non
pertinet ad filiationem. Sextam differentiam
addit ... Aug. xv de trinitate
quia Christus non est filius totius trinitatis,
nos vero sumus filii totius trinitatis,
unde cum in oratione dominica dicimus pater
noster, in hoc patris tota trinitas in-
telligitur scilicet pater et filius et spiritus sanctus. Alia differentia
quia ipse est imago patris, nos vero
imago trinitatis, Gen. primo faciamus
hominem ad imaginem et similitudinem nostram.
Et propter has differentias dicit apostolus Ro. 8
quos prescivit et predestinavit fieri
conformes imaginis filii sui, ut
sit ipse primogenitus in multis fratribus.
Super quo dicit glossa deus predestinat
id est preparat gratiam, prescivit ut
vero predicatores credent illos quos
prescivit id est longe ante prenovit fi-
eri conformes in prioritate vite sue mo
et per gratiam in beatitudine, ymaginis
filii sui id est filii qui est imago patris
utriusque quasi causa tamen patre. Unde dixit
infra xiiijo qui videt me, vi-
det et patrem meum. Sic ergo sanctus
sit intelligi litteram, quod hii sunt filii
dei per adoptionem qui nati sunt
ex deo per generationem spiritualem in
gratuito; non illi qui geniti sunt
ex sanguinibus id est ex peccato traducto
in omnes posteros carnali genera-
tione; neque illi qui geniti sunt
ex voluntate carnis; neque ex vo-
luntate viri id est exemplis viri et
mulieris, quia illa generatio non
perducit eos ad filiationem dei sed

sine

f

elongat / quia nascuntur filii re(gni)
Sed qui nati sunt per spiritualem ge-
nerationem in christo ex deo patre /
qui nos per ipsum adoptat in filios /
Moraliter autem notatur quod sex re-
quiruntur ad hoc quod aliquis sit fi-
lius adoptivus / que per ordinem tangit
hic evangelista / primo amor verborum /
et preceptorum susceptio et impletio
Quod notatur cum dicitur Quotquot
autem receperunt eum / Tunc enim re-
digne verbum incarnatum recipit,
qui preceptum eius auditum opere im-
plet / Luce xi° Beati qui audiunt
verbum dei et custodiunt illud / Iohannis
xiiii° Qui habet mandata mea et
servat ea / hic est qui diligit me /
Similiter implenda sunt precepta
presidentium de quibus dicitur Luce x°
Qui vos audit me audit / qui
vos spernit me spernit / Secundo
vere fidei professio / cum dicitur his qui
credunt etc / quia sine fide impossibile
est placere deo / Hebr. xi. fides
autem sine operibus mortua est / Jaco-
bi 2° / Tertio carnalis adhesionis
seu pinguis affectionis abdicatio /
cum dicitur Qui non ex sanguinibus.
Talis enim affectio non tantum in religi-
osis nocet / sed etiam in toto mundo.
Immo hec hoc modo quasi totum
mundum destruxit / quia quilibet
vult instituere et preponere eum qui
de suo sanguine vel de sua affinitate
licet minus valentem / et deprimere
extraneum magis valentem.
Immo affectus modo sunt fautores omnium
quasi inceptatores / quia qui dili-
gunt cum eis facta mala in bonum
interpretantur / Qui odio habentur eorum
facta bona in malum convertuntur
Contra quos dicitur Michee iii° Ve
qui edificatis civitatem in sanguinibus
id est sua firmitatem successores vel
adhesionis / consanguineorum vel suorum
promotionibus / Illos sequuntur vere da-
mnationis eterne / de quo petebat
liberari psalmista dicens libera me de sa-
nguinibus etc / Omnes enim que sua sunt
querunt / non que ihesu christi / cum tamen

christus dicat Qui non odit patrem
suum et matrem etc non potest meus
esse discipulus / Quarto carnalis
affectionis consummatio / cum dicitur neque
ex voluntate carnis / id est ex appetitu
carnalis affectionis Romanorum viii°
Qui in carne sunt deo placere
non sunt / scilicet ibidem Si secundum carnem
vixeritis moriemini / Spiritu ambu-
late etc Galatas v° / Tamen hoc
sine magno labore non potest fieri
quia caro concupiscit adversus
spiritum / et spiritus adversus carnem
Hec enim sibi invicem adversantur / ut
ibidem / magnum tamen sequitur fructum
quia ut Romanos viii° Si spiritu facta carnis
mortificaveritis vivetis / quia qui
spiritu dei aguntur hii filii dei sunt
et vite eterne adeptores / Et bene
dicit facta carnis / quia ad carnalem
refrenationem spectat refrenatio
carnalis operis / intellectualis delectatio-
nis sive lascive cogitationis et nocive
locutionis / quia sunt tres ordines demonum
in ore bestie id est hominis bestialis
vincentis / Apocalipsis viii° / Nolite ergo fieri
sicut equus et mulus / in psalmo Quinto
proprie voluntatis sive affectus subiugatio
cum subinfertur / neque ex voluntate viri
qui preeminet et dominatur mulieri.
Ideo per virum designatur affectus quem
sua voluntas / que dominatur in regno
anime / Christiani ergo filii non debent esse
nati ex voluntate viri id est non debent
propria voluntate uti / sed dei et presi-
dentis loco dei / et dicere cum christo
voluntas non mea sed tua vos fiat.
Hoc enim sacrificium est deo maxime
acceptum / quia in illo subiugationis
non offertur deo sacrificium alienum
sed proprius animus / Sexto penalis vel
baptismalis regeneratio vel regularis
assumptio / In utroque enim spiritualiter
regeneratur / et renovatur et ex deo na-
scuntur / ideo concludit sed ex deo nati
sunt / Et in utroque si permaneat per pri-
mitus obtinebit victoriam mundi /
quia omne quod natum est ex deo vincit
mundum prima Iohannis 5° Et erit heres

celestis gaudii. quia si filii et heredes
et regni glorie participes, heredes
quidem dei, quia eius beatitudine fruemur
coheredes autem christi in quo et ad quo
beati erimus requiescimus. Et verbum

Et verbum caro factum est et habitavit
in nobis. Et vidimus gloriam eius
gloriam quasi unigeniti a patre
plenum gratia et veritate. Post pre-
dicationem adventus verbi in carne et
utilitate ex hac hominibus conferenda
consequenter eciam modum remedii manifestat
dicens Et verbum caro factum est etc. Et hoc modo
continuatur ad illud quod dixerat. In propria
venit q. d. dixi quod verbum venit in propria
sed ne quis credat ipsum venisse
locum mutando, ostendit modum quo venit
hic scilicet modo. In quantum caro factum est.
Eo enim modo venit quo missus est
a patre. A quo missus est in quantum
caro factus est. Gal. iiii. Misit deus
filium suum factum ex muliere. Et modum
exponens Augustinus dicit. Eo missus quo
factus. Ipsum autem Crisostomus continuatur ad
hoc quod dixit. Dedit eis potestatem fi-
lios dei fieri. Et quia posset alicui
videri arduum hanc potestatem deo quoniam
eciam subdens causam dicit. quia verbum
caro factum est q. d. hoc ipsum quod verbum
caro factum est dedit nobis potestatem
ut possimus fieri filii dei. Gal. iiii. Misit
deus filium suum, ut adoptionem
filiorum reciperemus. Ipsum autem Augustinus
continuatur ad hoc quod dixerat supra. ex deo
nati sunt. Quia enim durum videbatur
ut homines ex deo nascerentur, id quasi
magnitudine huius ut sic verbum esse crederetur
subdit eciam id de quo minus
videbatur. Sic quod verbum caro factum est
q. d. ne mireris quod homines ex deo
nati sunt. quia verbum caro factum est
id est deus factus est homo. quasi ergo mirere
si homines nascuntur ex deo. cum et deus
nascitur ex homine. Unde dicit glosa
quod mihi hoc presumptionem in firmitatem
nostram sanatur infirmitatis nostra. ut
possimus dii et filii dei fieri. Quia
enim quod superius erat inferius de-
scendit, quid ergo mirum si quod in-

ferius erat in id quod superius erat
est ascendat. Et Augustinus omne ra-
at ut homines nascerentur ex deo prius
ex ipsis natus est deus. Christus enim
deus. et Christus natus ex hominibus.
non quesivit quidem nisi matrem in terra
quia iam patrem habebat in celo
natus ex deo per quem efficeremur, et natus
ex femina per quem reficeremur. Noli ergo
mirari o homo quia efficeris per
gratiam filius quia nasceris ex deo
secundum verbum eius. Prius ipsum verbum voluit
nasci ex homine ut tu securus nasce-
ris ex deo. et diceres tibi: non sine
causa deus ex hoc nasci voluit nisi
quia aliquo momenti me existimavit
ut immortalem me faceret et pro me
mortaliter nasceretur. Ideo cum dixisset
ex deo nati sunt, quasi ne miraremur
et exhorreremus tantam gratiam ut no-
bis incredibile videretur quod homines
ex deo nati sunt, quasi securum te fa-
ciens ait: Et verbum caro factum est.
Quid ergo miraris quod homines ex deo
nascuntur. attende ipsum deum natum
ex homine. quia verbum caro factum est
ex hoc factus est. ipsa nativitate collirium
fecit unde tergerentur oculi cordis nostri
et possemus videre maiestatem
eius per eius humilitatem. Ideo verbum factum
est caro. sanat oculos nostros
ut videremus gloriam eius qua nemo
videre posset nisi sanaretur humi-
litate carnis. Sed unde videre non
poteramus. Irruerat homini quasi
pulvis in oculum. Irruerat terra
sauciaverat oculum. videre non poterat
lucem. oculus iste sauciatus inun-
gitur terra. Sauciatus erat terra et terra illuc
mittitur ut sanet. Omnia collyria
et medicamenta sunt de terra. De pulvere
creatus es. de pulvere sanaris
ergo caro te excecaverat. caro te sa-
navit. Carnalis enim anima videre
non poterat. consentiendo carnalibus
affectibus inde fuerat cecus oculus
cordis. Verbum factum est caro. medi-
cus iste fecit tibi collirium. Et quoniam
sic venit, ut de carne vicia carnis

extingueret, et de morte destrueret
mortem, ideo iure factum est, quia
verbum caro factum est ut videre possemus
gloriam eius quasi unigeniti a patre.
Et tamen haec littera dividitur in tres
partes. Nam primo declarat convenientiam
quod verbum venit per novam unionem,
quod notat in principio cum dicit
Et verbum caro factum est. Secundo quod venit
per gloriosam operationem, quam notat cum
praemittit Et vidimus gloriam eius. Tertio
quod venit per gloriosam consummationem, quam
notat cum concludit plenum gratiae
et veritatis. Continuatur igitur ad primum
dictum. Et verbum caro factum est, in quo
declarat convenientiam novissimae unionis
qua verbum unitum est carni. Et verbum
venit per carnis assumptionem. Secundo
declarat ipsius verbi benignissimam condescen-
sionem commendando carnem. Tertio
declarat pluralitatem adoptivae filiationis.
Quarto congruitatem naturae reparationis,
ut ex dictis. Notandum autem quod hic dici-
tur quod verbum caro factum est, quidam male
intelligentes perceperunt ex hoc occasionem
erroris. Quidam namque posuerunt
verbum ita carnem factum esse, quasi ipsum
vel aliquid eius sit in carnem conversum,
sicut cum farina fit panis, vel
aer ignis. Et hic fuit Eutyches
qui posuit commixtionem naturarum
in Christo, dicens in eo fuisse tantum
hominis et dei naturam. Et huius opinionis
falsitas apparet manifeste, quia sicut
dictum est supra, verbum erat deus.
Deus autem est immutabilis, ut dicitur
Mal. 3° Ego deus et non mutor.
Unde nullo modo potest esse quod in aliam
naturam mutetur vel convertatur. Est
ergo dicendum secundum veritatem quod verbum caro
factum est, id est verbum carnem assumpsit, non
quod ipsum verbum sit ipsa caro, sicut si
dicamus homo factus est albus,
non quod ipse sit ipsa albedo, sed quod
albedinem assumpsit. Fuerunt autem
alii qui licet non crederent verbum
in carnem mutatum, sed quod eam assum-
psit, tamen dixerunt eum assumpsisse
carnem sine anima, nam si carnem animatam
assumpsisset, dixisset evangelista verbum caro
cum anima factum est. Et hic fuit error
Arrii qui dixit quod in Christo non erat
anima, sed quod verbum dei erat loco animae.
Sed huius opinionis falsitas patet, tum
quia repugnat sacrae scripturae quae in
pluribus locis facit mentionem de anima
Christi, sicut Matth. 26 Tristis est anima
mea usque ad mortem. Tum etiam
quia passiones animae attribuuntur de Christo,
quae nullo modo possunt esse in dei verbo nec
etiam in carne sola, sicut id Matth. 26
coepit Iesus taedere et maestus esse.
Tertio tum etiam quia deus non potest esse
forma alicuius corporis, nec etiam angelus
potest uniri corpori per modum formae, cum
secundum suam naturam sit a corpore separatus.
Anima autem unitur corpori ut forma. Non
igitur verbum dei potest esse forma corporis.
Praeterea constat quod caro non sortitur
speciem carnis nisi per animam, quod patet
quia recedente anima a corpore hominis vel
bovis, caro hominis aut bovis non
dicitur caro nisi aequivoce. Si ergo verbum
non assumpsit carnem animatam, manifestum
est quod non assumpsit carnem, sed verbum
caro factum est. Ergo verbum carnem animatam
assumpsit. Fuerunt etiam alii qui ex hoc
moti dixerunt verbum quidem animatam
carnem assumpsisse, sed animam sensitivam
tantum, non autem intellectivam. Loco cuius
in corpore Christi dixerunt verbum esse.
Et hic fuit error Apollinaris,
qui contra Arrium sequutus est,
tandem propter auctoritates praedictas coactus
fuit ponere aliquam animam tristem
in Christo, quae posset harum passionum
esse subiectum, ita tamen quod ratione et intellectu
careret, sed loco horum verbum esset
in hoc Christo. Sed et hic apparet esse
manifeste falsum, quia repugnat au-
ctoritati sacrae scripturae in qua quaedam
dicuntur de Christo quae nec in divinitate nec in
anima sensitiva nec in carne possunt inve-
niri, sicut illud quod admiratus
est, ut dicitur Matth. 8°. Admiratio autem
est passio animae rationalis et intellectivae,
cum sit desiderium cognoscendi causam
occultam effectus rei. Cogunt ergo ista
in Christo ponere partem animae intellectivam

contrarium ita admiracio cogit in
xpo ponere partem anime intellectiua-
dem etiam apparet per rationem. Sicut enim
non est caro sine anima, ita non est vera
caro humana sine anima humana, que est
tantum intellectiua. Si ergo verbum assumpsit
carnem animatam anima sensitiua tantum et
non rationali, non assumpsit carnem
humanam, et ita non poterit dici quod
factus est homo. Preterea verbum ad hoc
assumpsit humanam naturam ut eam
repararet. Ergo illud reparauit quod
assumpsit. Si ergo non assumpsit anima-
rationalem, non reparasset eam, et sic
nec fructus peruenirent nobis ex
incarnatione, vel quod est falsum.
Theophilus: Si animam non assumpsit
anime non fuit curatiue, et quod non
assumpsit non curauit. Et Damascenus
inassumptibile est incurabile. Verbum
ergo caro factum est, id est carnem assump-
sit animatam anima rationali. Sed dices, si
verbum carnem et animatam assumpsit,
quare euangelista non fecit mencionem
de anima rationali, sed de carne solum
dicens: Verbum caro factum est. Respondetur quod
propter quatuor rationes euangelista
sic fecit. Primo ad astruendum verita-
tem incarnationis contra manicheum
qui dicebat verbum non assumpsisse
veram carnem sed fantasticam, tunc
non esset quibus ut homini dei obuium
assumeret carnem, quam ipse dice-
bat diaboli creaturam. Et ideo ut contra
hoc excluderet, fecit de carne specialiter
mencionem. Unde et Lucas ultimo de illis
estimantibus xpm esse fantasma
virtute resurrectionis ostendit dicens: Spiritus
carnem et ossa non habet, sicut me
videtis habere. Secundo ad demonstrandum
dei erga nos magne benignitatem.
Constat enim quod anima rationalis ma-
gis conformis est deo quam caro.
Et ideo magnum pietatis sacramentum
fuisset si verbum assumpsisset animam
humanam, utpote sibi magis con-
formem. Sed etiam assumere carnem
elongatam a simplicitate diuine nature
fuit multo amplioris, immo in-
estimabilis pietatis indicium, secundum quod
dicit apostolus I Thi. 3°: Magnum pietatis
sacramentum, quod manifestatum est
in carne etc. Et ideo ut ostenderet hic euan-
gelista solum de carne fecit mencionem.
Unde Theophilus euangelista volens
ostendere inenarrabilem dei con-
descensionem, carnem commemorat,
ut admiremur eius misericordiam, qui propter
nostram salutem, quod orio immotum
est et distans ab eius natura, scilicet
carnem, assumpsit. Anima namque habet
aliquam propinquitatem ad deum. Tercio
ad demonstrandam veritatem
singularis unionis in xpo. Aliis enim
hominibus sanctis unitur quidem deus secundum
ad animam solum. Unde dicitur Sapiencie 7°:
Per nationes in animas sanctas se transfert,
amicos dei et prophetas constituit.
Sed quod verbum dei uniretur carni, hoc
est singulare in xpo, secundum illud
Psalmi: Singulariter ego sum donec
transeam. Et Job 28: Non adequabi-
tur ei aurum neque topasius etc. Hanc
ergo singularitatem unionis in xpo
volens euangelista ostendere, de carne
solum mencionem facit dicens: Verbum caro
factum est. Quarto ad insinuandum
congruitatem humane reparationis. Homo
enim infirmabatur, et ideo volens
euangelista ostendere aduentum verbi
congruum esse nostre reparationi, specialiter
de carne fecit mencionem, ut ostenderet
quod caro infirma per carnem verbi
fuit reparata. Et hoc est quod dicit apostolus
ad Ro. 8°: Quod impossibile erat
legi in quo infirmabatur per carnem,
deus filium suum mittens in simili-
tudine carnis peccati, et de peccato
dampnauit peccatum etc. Sed dices:
Si ideo verbum caro factum est, quare
carnem assumpsit, quare non dicit
euangelista: Verbum carnem assumpsit,
sed: Verbum caro factum est? Respondetur
quod hoc ideo fecit, ut excluderet
errorem Nestorii qui dixit in
xpo fuisse duas personas et duos
filios, et quod alius est dei filius
in xpo et alius filius virginis.
Unde non credebat quod beata virgo
esset mater filii dei, sed secundum istos
filium esset quod euangelista dicit quod deus
factus est homo, quia inproprie
est propter duorum singularium, que fuit dicta

sim suppositum. unum producet[ur] de alio /
verbum non alia est persona seu supposi-
ti / et aliud suppositum seu persona hominis
in xpo / non est verum hoc quod dicitur
verbum caro factum est / addit enim fit addo
/ ut sit / ergo verbum non esset homo ,
nec posset dici quod verbum factum sit homo
/ et io crisan pugnaret dicit / factum est.
et non dicit assumpsit / ut ostendat quod
unio verbi ad carnem non est talis qualis
est assumptio purpurae / qui non assume-
bantur in unionem suppositi sed ad actum /
presidium tantum / sed est talis quod hominem
faceret deum / et deum hominem . i . quod deus
esset homo / fuerunt et alii qui non
intelligentes modum incarnationis
posuerunt quendam modum assumptionis
preductae ad unitatem personae creatum
esse / asserentes in xpo unam personam
dei et hominis / sed tamen dicebant in xpo
fuisse duas ypostases seu duo
supposita . unum humanae naturae creatum
et temporale / aliud divinae naturae increatum
et eternum / et hec est opinio prima quam
ponit magister in 3° sententiarum d. vi / et pro
tunc admirabatur / sed modo hos non pos-
sumus salvari hoc quod dicitur deus factus
est homo / et homo factus est deus .
et ideo dicta opinio / pro tunc opinio dici
dicitur / tanquam heretica dampnata
est in ysto concilio unde ibi dicitur
si quis in domino ihesu xpo dixit
unam personam et duas ypostases
anathema sit / et io crisan ut
excluderet omnem assumptionem que
non habet ad unitatem personae
dicit hoc verbo / factum est id est verbo quod
quo verbum est homo / secundum quod co-
mo / sit humanae naturae / non
quod verbum sit humana natura / ut hoc quod
verbum factum est homo / ponit imu-
tationem in xpo ex parte verbi / sed ex
parte carnis assumptae / de novo in
unitate personae / dicitur enim verbum
caro factum est / propter unionem / unio autem
quedam relatio est / relationes autem
de novo dicte de deo in respectu
ad creaturas / non importat mu-
tationem ex parte dei / sed ex parte crea-
turae / ad deum / novo modo se habet

Sed dicitur quare magis dixit verbum
quam lux . tamen describitur sit verbum et sub-
stantia verbi et substantia lucis / secundum quod lux
est communis tribus personis / non autem verbum
convenit appropriate soli filio / qui solus
est incarnatus / sed tunc ultimo est questio
quare non dixit filius / dicendum quod
potius dixit verbum quam filius / propter quatuor
rationes / primo quia a principio huius
crisan usus est nomine verbi et non
filii / secundo ut excludat intellectum car-
nalem et manifestet spiritualem / filius
enim in creaturis est carnalis generatio
/ sed verbum dicit generationem spiritualem / et
intellectualem / tertio quia ultra salus
hominis est perfecta secundum partem intellectua-
lis in contemplatione primae veritatis / et quia
incarnatio ordinatur ad salutem hominum
/ ideo magis exprimi debuit nomine
verbi quam filii / quarto quia verbum affinius
est rationi / unde verbum apud grecos dicitur
logos . i . ratio / homo autem per eam
sortitur sicut quod est rationis / ideo quando
dei filius naturae rationali unitur / exprimi-
mitur nomine verbi / quinto quia verbum habet
quandam rationem assimilationis ad hominem
et omnem creaturam / per quanto continet
rationes omnium creaturarum adeo / propter
quod deus unitus ~~nae~~ creaturae /
sed humanae naturae quando exprimitur per verbum /
Sexto quia sub nomine verbi magis
explicatur modus unionis dei et
hominis . quam sub nomine filii / verbum secundum
b. augustinum sicut verbum nostrum voce
assumendo / quodammodo fit vox . in qua
manifestatur sensibus hominum / sic verbum dei
caro factum est / assumendo carnem .
in qua sensibus manifestatur / Item
sic verbum induit vocem / et non transit
in vocem / sic verbum dei transit in-
carnem / non tamen mutatur / Item verbum pro-
latum invisibile est / et tactu intan-
gibile / sic verbum dei / naturaliter invisibile /
et intractabile / induendo carnem factum
est visibile et palpabile / alia ratio
moralis / unde dicitur caro factum / quia
quicquid in nobis est morale / totum
fit per gratiam spiritualem que est per verbum /
Ex predictis liquet quod in dictione verbum caro

factum est / non est sensus . x verbum
in carnem mutatum est / nec iste
factum est . ut verbum sit caro
Nam utique intellectus non est sanguis
sed est locutio synodochica / quia
accipit partem pro toto / verbum caro assum-
psit . hic pro toto homine / quasi diceret
verbum factum est caro . x homo . sic id
eo in o ex operibus legis non iusti-
ficatur omnis caro . et in ps. ad te
omnis caro veniet / sic et pluries
anima pro homine ponitur in scriptura . ut
Exodi primo erant ab anime que egresse
sunt de femore iacob . lxx / Sed ite-
rum quaeritur quare non dixit homo ut
totum simul sonaret / et non fuisset usus
locutione synodochicali . et figurativa
cum potuit uti propria et maxime in ma-
teria ardua / aut si voluit totum
per partem signare / quare non potius
expressit de anima que nobilior est carne
ut verbum anima factum est . Respondetur ad
primum quod etiam noluit nominare
totum fortassis ut ostenderet maximam
et singularem unionem verbi ad hominem
que tanta est / ut non solum verbum sit
homo et homo verbum / sed etiam separatis
partibus hominis scilicet carne ab anima
verbum erat unumquodque predictorum / et quelibet
pars erat verbum / verbum enim in triduo mor-
tis christi separata fuit anima a corpore
verbum remansit inseparabile ab utroque
ita quod verbum erat caro / et caro erat
verbum / similiter et anima erat verbum / et verbum
erat anima . Sed ad secundam questionem
quare non dixit de anima potius
quam de carne . Respondetur quod licet anima
sit praestantior carne / tamen evidentia
nominat carnem magis quam animam
quia in assumptione carnis primum theolo-
giae assumptio videtur non ratio / na verbum as-
sumpsit carnem mediante anima / quia ut
ait Johannes damascenus / ante subtilitatis
et simplicis est divina essentia ut
corpore de limo terre formato impar
virtus non agnovit / nisi mente anima
ista caro quia omnis factura
denominanda est ab ultimo quod fit /
et quia ultima unio fuit ut ad carnem
qua mediante anima suscepit / ut dictum
est / Ideo dicitur verbum caro factum . Tertia
ratio quia ista unio fuit admira-

crudicionem et salutem / Secundo fuit
quia visibilis . libata quia passibilis
et quia caro dicit partem visibilem et ma-
xime passibilem in se / Quarta ratio
quia quae non tales invenitur esse
animam . Caro vero ipse dicitur de carne
hominis / Carnes enim sunt aliorum animalium
et quia verbum non assumpsit communia
omnibus animalibus / sed solum humana
hominum / ideo dixit etiam verbum caro
factum est / Quinta ut nobis magis
efficaret / ideo partem deteriorem
expressit / de qua magis dubium
esse poterat quod eam verbum assumpsisset
ac per hoc maiorem unionem significaret
quod non tantum facta est ad animam sed
etiam ad carnem / Sexta quia verbum est
vita viventium ut dictum est supra
Unde si dixisset etiam verbum animam
assumpsisse / posset aliquis dicere
ipsum verbum in christo fuisse animam vi-
vificantem corporis sicut posuit appol-
linaris / Unde etiam quod partem viliorem
nominat . pertinet superbiam multorum
qui requirunt de cognatione sua
nominant aliquem tenentem statum
dignitatis / etiam de linea remota /
et de parentibus tacent / Dicunt enim se
esse nepotes talis episcopi vel prepo-
siti . Et exemplum ad hoc fabulosum
narratur de mulo qui requisitus
quis sit pater eius / Respondit quod dex-
trarius esset avunculus eius / taceris
quod asinus esset pater eius / Decimo de-
inde quaeritur quia verbum factum / Dicitur quare
non dixit evidentia natum / cum tamen
verbum sit natum de virgine secundum carnem
Respondetur quod magis dixit factum quam
natum / quia secundum glossam super illo gal.
4to / factum ex muliere natum
convenit ab eterno / sed factum esse
sibi convenit ex tempore / secundum naturam
humanam / ad ostendendum ergo quod verbum
eternum assumpsit naturam de novo
non dicit natum / ut qui creator
semper extiterat / nunc esset creatura
Dixit enim factum propter multas heres
non enim defuerunt heretici qui dixe-
runt ipsum corpus fantasticum assu-
mpsisse ut manichei nestorianum

vero dicebant verbum induisse hominem, utroque pariter existente, quod se univit in unitate persone, et nichil traxisse de virgine. Alii etiam dixerunt quod verbum mox ut ingressum est in virginem, statim exierit et nichil de carne traxerit. Contra quos omnes est quod dicitur Jo. i: Verbum caro factum est. Cum enim factum est, non dicitur factum, similiter quod preexistit non dicitur fieri. Secundo super ad Gala. quarto non sunt audiendi qui dicunt et putant filium dei natum ex muliere non factum; alioquin verus filius hominis non esset, nec carnem ex matre traxisset. Preterea predictas hereses fuerunt et plures alie contra incarnationem verbi, quas Johannes eliminat et elidit per hoc quod dicit: Verbum caro factum est. Nam Ebion, Cherinthus et Fotinus dixerunt in Christo solam humanam naturam fuisse, divinitatem vero non, nisi per quandam excellentiam pre ceteris patribus datam, quam per opera meruerat. Contra quos est quod dicitur Jo. i: Verbum caro factum est. Non enim secundum istorum opinionem deus non esset factus caro, sed homo carnalis factus esset deus. Atque ideo non debuisset dicere: verbum caro factum est, sed econverso: caro verbum facta est. Similiter non conveniret dei filio exinanitio vel descensio, sed magis hominis glorificatio et ascensio, et sic non esset verum quod dicit apostolus Phil. ii: Qui cum in forma dei esset, exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, sed sola exaltatio hominis in divinam gloriam, de qua postea subdit: propter quod et deus exaltavit illum. Et sic non verum esset quod Christus ait: descendi de celo, sed solum quod ait: ascendo ad patrem meum, cum tamen utrumque scriptura insinuat. Ephe. quarto: Qui descendit ipse est qui ascendit super omnes celos. Per hoc eliditur error manicheorum et aliorum qui veritate incarnationis negata quandam fictitiam incarnationis similitudinem introduxerunt, dicentes Christum non verum corpus sed fantasticum assumpsisse, sicut nec verus homo potuisset

esse, sed apparens, neque ea que secundum hominem gessit, sicut quod natus est, quod comedit et bibit, ambulavit, passus est et sepultus, in veritate fuisse, sed in quadam similitudine [?] sic totum misterium incarnationis ad quandam fictionem deducunt. Hec autem positio scripture veritatem evacuat. Cum enim similitudo carnis non sit caro, neque similitudo ambulationis ambulatio, et similiter in ceteris, mentitur scriptura dicens: Verbum caro factum est, si solum fantastica caro fuit; mentitur etiam dicens dominum Jesum Christum ambulasse, comedisse, mortuum fuisse et sepultum, si hec in apparentia fantastica contigerunt. Si autem in modico derogaretur auctoritati scripture, iam nichil fixum esse posset in fide nostra, que sacris scripturis innititur, secundum quod dicitur infra xx°: Hec autem scripta sunt ut credatis, Jo. [?]. Ex predictis ergo apparet quod secundum fidei catholice traditionem oportet dicere quod in Christo sit divina natura perfecta et humana natura perfecta, ex anima rationali et humana carne constituta, et quod hee due nature unite sunt in Christo secundum unam ypostasim et unum suppositum. Sic enim verum est ut de illo homine predicantur divina, similiter quod hoc ille importat suppositum non solum humane nature sed divine, et ego de verbo dei predicantur humana, inquantum est suppositum humane nature. Ex quo etiam patet quod licet filius sit incarnatus, non tamen oportet neque patrem neque spiritum sanctum esse incarnatum, quia incarnatio non est facta secundum unionem in natura in qua tres persone divine conveniunt, sed secundum ypostasim et suppositum, prout tres persone distinguuntur. Et sicut in trinitate sunt plures persone subsistentes in una natura, ita in misterio incarnationis est una persona subsistens in pluribus naturis. Quare autem solus filius sit incarnatus et non pater nec spiritus sanctus, secundo patet secundum Anselmum libro de incarnatione verbi, ut error duorum filiorum in divinis vitaretur, quia cum homo assumptus in persona divina subsisteret.

carne

et tamen tunc hic fuit filius marie. Si
alius quam filius in divinis fuisset
incarnatus, duo potuissent credi fi-
lii in divinis, scilicet filius dei patris
et filius virginis matris. Et ideo
magis congruum fuit ut ille qui est
in divinis filius dei patris, sit in
terris filius virginis matris. Ideo
filius dei qui patrem habebat in
celis, tamen querebat matrem in terris.
Secunda ratio est quia ipse homo in
unitate persone divine assumptus
debebat esse mediator, reconciliator,
supplicator et advocatus.
Magis autem congruum fuit ut
dei filius hec esset, id est in trinitate
media persona, quam pater vel spiritus sanctus.
Tercia ratio est quia tam diabolus
quam homo per rapinam voluit esse
similis deo, tum propria voluntate
vel [struck through] non subesse voluntate divina
sed contra voluntatem eius voluerit
esse similis deo, quod est rapina.
Et ideo congruencius per illum qui est
vera imago dei et similitudo naturalis
et equalis deo, qui non rapinam
arbitratus est esse se equalem
deo, quam per alium reformari decuit
debebat. Ideo ipse dicit in psalmo: Que
non rapui tunc exsolvebam. Glosa:
non rapui et penas solvi. Rapere
enim adam et eva et diabolus voluerunt
divinitatem et perdiderunt felicitatem.
Quarta ratio quia homo per peccatum
perdiderat divinam cognitionem et aliarum
rerum noticiam, cum tamen prius omnia novit
quia fuit ex vera cognitione
nature et proprietatis nomina imposuit,
ut patet Genesis ii. Et quia in sublimi
honore constitutus noluit intelligere
ut bene ageret, comparatus est iumen-
tis insipientibus et similis factus est
illis, ut dicitur in psalmo. Ideo congruum fuit
ut per dei filium restitueretur ad co-
gnitionem primam, quia ipse est dei
virtus et sapientia, i Corinthiorum primo. Quinta ratio
quia homo perdiderat hereditatem
patrie celestis, cum regnum fuit
expulsus de paradyso terrestri. Hec
autem hereditas per illum restitui
debebat qui in hereditate paterna

ex naturali generacione ius habebat. Sed
hic fuit dei patris filius naturalis.
Ideo ipse dicit Iohannis xvi: Omnia que
habet pater mea sunt. Et Hebreorum primo:
quem constituit heredem universorum.
Sexta ratio quia homo ad imaginem
et similitudinem creatus est, sed per peccatum
deformatus. Ideo congruum fuit ut per
dei filium qui est imago dei pa-
tris, Colossenses primo, et figura substancie eius,
Hebreorum primo, hec deformatio deleretur
et unus in aliam induceretur similitudo
deiformis, scilicet divine gracie. Nam
tantum illi salvantur quos deus predesti-
navit conformes fieri ymaginis
filii dei, Romanos viii. Et ideo
ut participes simus beneficii incar-
nationis filii dei, faciamus quod
docet apostolus i Corinthiorum xv: Sicut portavi-
mus ymaginem terreni, id est sicut ex odio
ade terrena dileximus, scilicet post
baptismum, portemus ymaginem
celestis, scilicet in vite puritate iusticia
et sanctitate. Et sic fideli et dulce
verbo. Non solus filius dei potuit
incarnari, et non pater vel spiritus sanctus,
cum tamen sint unum in natura deitatis,
sicut Christus dicit Iohannis x: Ego et
pater unum sumus. Et licet hoc totum
sit nondum de incarnatione benedicta
trinitatis opera, quia incarnatio, vel no-
minat subiectum, scilicet personam, quam
tantum ipse suscipit, vel carita-
tem incarnationis efficientem, vel personam
humanam quam terminus ministrantem. Sic
solum fuit solus dei filius, quia humanam
naturam assumpsit in unitate
sue persone, quia ille homo assumptus
non subsistit in humana persona
sed in persona filii dei, quia ex
illis duabus naturis scilicet divina
et humana extat dominus deus sal-
vator mundi, qui est, racione persone,
divina et homo verus deus et verus
homo, et tamen una persona divina.
Adhuc possunt plura dari exempla
primum exemplum est Bonaventure libro
de incarnatione verbi. De fonte et
rivo a fonte fluente, in lacu
se dilatante, quorum est eadem aqua

et sicut rivus fluat per canalem seu
fistulam, solus dicitur rivus cana-
tus seu fistulatus, non fons neque
lacus. Sic solus filius fuit incar-
natus, non pater nec spiritus sanctus.
¶ Quintum exemplum ponit Fulgentius libro
de incarnatione verbi dei, quod in homine
est tria considerare scilicet animam et corpus
et ex hiis quietum scilicet hominem. Et tamen
sola caro nutritur et augmentatur,
licet non fiat sine anima, nec per animam nisi
sit quieta. Tertium exemplum ponit Augustinus
de anima in qua est memoria racio
sive intellectus et voluntas. Et tamen sola
anima vivit, solus intellectus vel racio
intelligit, et sola voluntas vult,
licet una anima, una natura, una vita.
Quartum exemplum ponit idem Augustinus
ad Volusianum de calore et splendo-
re in igne vel sole, que sunt tria in-
divisa, et tamen solus calor habet
fervorem, solus splendor causat
illuminationem, licet hec non sint sine igne
et sole. Quintum exemplum ponitur a magistris
de tribus puellis vestientibus unam
ex se ipsis. Illa induitio est actus
a tribus procedens, licet una sola
induatur. Sextum exemplum est beati Dyo-
nisii libro de divinis nominibus, quod tres
candele [illegible] quiete et accense unum est
lumine [illegible] ut aliquis possit
dividere lumine illarum. Septimum
exemplum [illegible] in dei quando faciat tres
plicas in uno panno, tres sunt plice
tamen unus pannus. Ista omnia exempla sunt
imperfecta, quia in nulla creatura
invenitur talis unio qualis in filii
dei incarnatione extendetur. Illa enim
unio que dicitur incarnatio humane
nature ad personam verbi est quedam
relacio, qua dependet homo assumptus
ad personam verbi, et ideo sola persona
verbi terminat talem dependentiam,
sine persona patris vel spiritus sancti, quia
est persona independens, et terminativa
istius dependentie qua homo ille
dependet ad personam, ut personatur
ut subsistit in personalitate. Humana
persone in quantum persona repugnat
ab alia dependere quia secundum

Richardum de trinitate persona est racionalis
nature incommunicabilis subsistentia.
Et propter istam dependentiam seu persona-
lem unionem dicitur homo ille deus,
quia filius dei qui est verbum in divinis
est deus, quia deus erat verbum secundum Iohannem
[illegible]. Et filius dei seu verbum factus
est homo, quia verbum caro factum est,
id est homo factus est. Immo propter istam
unionem omnes alie proprietates vi-
dentur de illo homine, scilicet quod homo ille
creavit celos, illuminat angelos,
mundum formavit. Et econtra, que fuerunt
illius hominis dicuntur de persona verbi,
scilicet quod in utero virginis fuit incar-
natum, et in cruce mortuum, et in
tertio surrexit vivum et ascendit
in celum, et quod sit ab eterno verbum.
Hec igitur unio nature humane ad
personam verbi est maxima secundum Bernardum,
quia post trinitatem personarum unitatem in
una singulari essentia divina tenet
arcem. Est etiam nobilissima, quia
facit esse unitum deum et verbum caro
factum est. Est ergo solidissima quia
quod verbum semel assumpsit nunquam
deposuit secundum Damascenum, quod unitum
de pluribus [illegible] id est anima et
corpore, a quibus nunquam fuit separatum,
non de humanitate, quia in triduo mor-
tis non fuit homo, quia mortuus
non est homo. Est denique virtuo-
sissima, quia facit quod quicquid deus
operatus est et operatur homo dicitur
operari. Et propter hoc [illegible] Iudas in
sua epistola, scientes semel omnia
quoniam Ihesus populum suum de terra Egypti
salvans, secundo eos qui non crediderunt
perdidit. Angelos vero qui non ser-
vaverunt suum principatum sed reli-
querunt domicilium suum id est civitatem
celestem, in iudicium magni dei
vinculis eternis sub caligine re-
servavit, id est sub caligine huius aeris
iam dampnatos, gravioribus
reservavit penis. Ideo dicuntur prin-
cipes tenebrarum harum. Ephesios 6o.
Ergo sic incarnatio nominat causam effi-
cientem incarnationis, [illegible] quod tota

d. ff°

2m Amedei

trinitas est ita effectiva istius benedicte
incarnationis quia produxit in
isto homine assumpto relationem vni-
onis et suppleuit virtutem coage-
tiuam naturalis sed patris corporalis:
qui pater in matre: fuit vna
causa solus, tamen plus generaliter
in corporalibus vt dicitur de viro
et muliere Gen 2o erunt duo
in carne vna id est plus abipsis iam
solus generaliter tamen hec autem bene-
dicta verbi incarnacio licet
virgo maria vera realis mater esset
non tamen ibi fuit corporalis pater
coagens naturaliter sed virtutem eius
suppleuit tota trinitas. attende
sua in matre maria quia in qui-
bus est vna deitas vna natura
vna potencia et vna racio operandi
illa indiuisibiliter operantur sicut autem
fuit in mente diuina quia est tamen
vnus deus cui licet omnia insunt
Et propter hoc dicit augustinus pro de trinitate
quod indiuisa sunt opera trinitatis
sicut ad extra et xpus dicit pater
meus vsque modo operatur et ego oper-
or. Infra vero de racione incarnacionis potest
notare magnitudinem caritatis cristi
sicut sola beata virgo prebuit totam
materiam de qua tota trinitas active
formauit carnem xpi coagente
etiam active cum trinitate beata virgine
licet non modo consueto sicut alie
mulieres quia non libidinoso mo-
tu carnalis voluptatis vt fit in ceteris [marginal: con-]
ceptibus sed in instanti secundum damascenum
non fuit excitata per agens naturale
sed supernaturale scilicet per totam trinitatem
Et nisi sic coegisset active sancte
trinitati non diceretur vera mater xpi
realis sicut licet de qua sciunt est
adam non dicitur mater ade vt
costa ade de qua formata fuit
eva dicitur mater eius scilicet viuentis
vera tamen mater propter virtutem actiuam
scilicet efficientem et materialem sic homo
intelligenda est auctoritas damascenum li-
bro iiio capitulo 2o postquam
assensum prebuit virgo dicit de re a illa
Spiritus sanctus venit in se vim tunc sicut spiritus
sanctus superueniet in ipsam secundum vim
domini quod dixit ad eam angelus
purgauit ipsam et potenciam receptiuam
uam seruans scilicet et generatiuam et
tunc obumbrauit ipsam dei alti-
ssimi personalis sapientia et virtus existens
filius dei potestas spiritualis sicut
diuinum semen et copulauit sibi ipsi
ex sanguinibus castissimis et purissimis
simus sanguinibus carnem animatam
anima racionali et intellectiua non ante
que coniunctionis non seminans
sed per se ipsum sibi creans quasi scilicet
caro scilicet dei caro scilicet caro animata
anima racionali et intellectiua scilicet dei vim
caro Ex qua auctoritate patet quod incar-
nacione spiritus sanctus tres actus fecit
in beata virgine primo purgacionem
non a peccato quod tunc infuit quia
tunc sine omni peccato extitit sed quod
inesse potuit et quod tunc confirmata
fuit vt deinceps potenciam reduceret
ad actum inesse per non poterat Secundum
disposicionem quod preparauit vt esset re-
ceptiua vbi mei vtero incarna-
di et illa disposicio est non tamen omni
donorum et graciarum repletio que
aliis quibuscumque datur conferuntur
sed tertia singularis excellencie
super omnes Ideo dicitur spiritus sanctus su-
perueniet in te id est super omnem aliorum
modum primum, dominum et vsum
Tercium excitacionem quia naturalem
virtutem eius generatiue excitauit que
non exisset in actum nisi excitata
per virtutem generatiuam patris corporalis
et eo suppleuit spiritus sanctus
Ideo dicitur et virtus altissimi
obumbrabit tibi scilicet vt sine libidine
carnalis voluptatis mediante
qua fit excitacio et generacio in mu-
lieribus aliis mater fieret saluatoris
sicut dicit augustinus vt in conceptu pa-
rentis libidinis et mater fieret re-
demptoris Sed de qualiter ista
operacio incarnacionis attribuitur eius
spiritui sancto in symbolo apostolorum vbi
dicitur cum conceptus est de spiritu

scto, et sicut primo Spiritus sanctus sup
veniet in te, Luce primo. Quod enim
incarnatio est de spiritu sancto est, tamen
tamen non dictum sit quod tota trinitas ef
fecit illam benedictam incarnationem
Videtur, quia licet opera trinitatis sint
indivisa, tamen ista operatio magis
attribuitur spiritui sancto, pluribus de causis
Primo ad manifestandam divine
nimie magnam benignitatem, quia ista
benedicta incarnatio nullis de eo
digno meritis hominum precedentibus
sed sola divina benignitate operante
pro salute hominum est exhibita. Beni
gnitatis autem clementia spiritui sancto
appropriatur, sicut patri potentia, et filio
sapientia, licet in omnibus tribus
sit eadem potentia, eadem sapientia, eadem
clementia, sicut in eis est una
singularis essentia et natura divina
Secundo ad ostendendam hominis assumpti
ad divinam personam sanctitatem, quia ille
homo adeo purus et sanctus extitit,
ut nullo peccato obnoxius fuerit
nec esse potuit, quia nec in originali
conceptus vel natus, nec postea actuali
veniali vel mortali maculatus,
immo ab instanti sue conceptionis
ita confirmatus et omnibus donis gra
tuitis repletus et sanctificatus, ut
de certo nec peccare posset. Unde
angelus postquam dixit Spiritus sanctus
superveniet te in te subdit: Ideo
et quod nascetur ex te sanctum voca
bitur filius dei, non adoptionis sed
naturalis, quia in persona filii subsi
stit. Tercia causa ad excludendum
ab illa generatione benedicta omnem
carnalis concupiscentie feditatem, quia
ut dictum sicut, Maria concepit non
ex aliqua corporali libidine, sed
ex sanctificatione et firma dei adhe
sione et consensione, Unde sancta Eliza
beth dixit Beata que credidisti, quoniam
perficientur in te que dicta sunt tibi
a domino, Luce primo. Quarta ad
ostendendam virtutem operantis ip
sam benedictam incarnationem, quia
tota trinitas que est causa incarna
tionis est spiritus sanctus deitas ac

spirituali natura, non enim trinitas vel
deus est corpus vel virtus in corpore,
sed spiritus, Iohannis quarto Spiritus est deus
et eos qui adorant eum in spiritu et
veritate oportet adorare. Quinta propter
fidei confirmationem ut in illa bene
dicta incarnatione quamvis sensu capere
vel intellectu intelligere vel verbo exprimere
non possimus, totum firmiter credamus
quia operationi illi constat factum qui
omnia potest que vult, et quo vult, Ideo
angelus certificans beatam virginem dixit
quia non erit impossibile apud deum
omne verbum, Luce primo. Omnia enim quecumque
voluit fecit in celo et in terra, et ut
dicitur in psalmo, immo impossibilibus et in
perceptibilibus sicut vult operatur, quia
spiritus ubi vult spirat, Iohannis tercio
Sexta propter supreme virtutis ostensionem,
scilicet in deo et sanctis patribus et specialiter
in beata virgine, quia maxima dilectio dei
traxit dei filium in suum uterum, non
extitit ostenditur maxima caritas divina
que fuit principalis causa benedicte incarnationis,
iuxta illud Ephesiorum secundo Deus qui dives
est in misericordia propter nimiam cari
tatem suam qua dilexit nos, cum
essemus mortui convivificavit nos
in Christo cuius gratia salvati estis,
Gratia autem et caritas attribuuntur
spiritui sancto. Ex quibus patet quam gratum
deum esse deo patri, et sanctis patribus
qui merito congrui benedictam in
carnationem meruerunt, licet non
de condigno, quia non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram gloriam
que revelabitur in nobis, ad Romanos octavo
Et specialiter beate virgini expressum deo
devotionibus, que plus fecit omnibus meritis
et orationibus quam omnes sancti patres predicti.
Licet enim concipere dei filium ante incar
nationem meruit merito congrui, quia
propria nimia puritate et humilitate
ac benignitate ydonea erat ut efficeretur
mater Christi, post annunciationem vero
postquam consensit, et spiritus sanctus
in ea proprie gratie in eam descendit,
non solum sicut congruitate sed digni
tatem, et ex tunc meruit non solum
merito congruitate, sed digne obumbrari

et impugnari vtr altissimi. Sed
merito condigni non potuit mereri con-
cipere verbum dei quia excedit de-
meritum et erat ipsius meriti virginis
glose fundatum. Sicut enim dicamus
deum fecisse celos et ne dicamus militem
fecisse matrem: vtrumque est supra
statum quem debet creature et ideo tamen
est quam illud fuit benignitatis et gratie.
Et ideo sicut prima gratia non potest mereri
vir iustus peccatori merito dignitatis
non condigni nec gratia probat com-
grue. Sic potest concedi quod beata virgo
non tamen merito congrui sed dignitatis
meruit conceptionem quia propter copiosam
gratiam spiritus sancti fuit ad illam con-
ceptionem non solum congrua sed etiam
digna. Sicut dicit Bona venturus super 3o
sententiarum. Assumpsit ergo christus carnem
actualiter passionatam iuxta illud 1 peccator
prima 1 petri iiijo christo in carne pas-
so sed non realiter infectam quia
non lege propagationis generatam nec com-
possibilis seminatam. Ideo non fuit ori-
ginali peccato viciata nec in aliquo
fuit sibi contraria quia nullam sen-
sit rebellionem carnis vel motum con-
quia talis rebellio sive motus est
pena peccati originalis sicut in primis
parentibus qui statim post peccatum senserunt
rebellionem carnis et ideo sibi fecerunt
perizomata. Gen 3o. Nec assumpsit
carnem de semine commixtionis sed de
sola virgine. Item quod non fuit ibi
parens masculinus, prebens partem
corpulente substantie sed totam materiam
ministravit de beata virgine. Sic ut nec
caro christi formata fuit de materia
seminis beate virginis quia semen
est superfluum alimenti non deductum
in naturam sanguinis sed de puris-
simis sanguinibus beate virginis opera-
tione spiritus sancti fuit formatum bene
dictum corpus christi et ideo sicut
in deitate genitus est de solo patre
sic in humanitate natus est de sola
matre virgine. Et nec ibi et habi-
tavit in nobis ponitur sia cla-
de verbo incarnato que dicit destin-
guit contra primissa vel quia ab ea
primo ut dicatur quod ewangelista incipit

de incarnatione verbi dicens verbum caro factum
est. Hic vero modum incarnationis insinuat
cum dicit Et habitavit in nobis. Secundum
enim Crisostomum et Hylarium per hoc quod ewangelista
dixit verbum caro factum est possent aliqui
intelligere quod sit conversum in carnem
et quod non sint in christo due nature
distincte sed tantum vna natura humana
et diuina commixta. Et ideo hic ewange-
lista subdit et habitavit in no-
bis id est in nostra natura distinctum. Non
enim non distinguuntur ab aliquo non in-
habitat illud sed verbum habitavit in nostra
natura ergo quantum ad suam naturam
est ab ipsa distinctum. Et ideo in quantum
humana natura est a natura verbi in
christo distincta dicitur habitaculum dei
vniens et templum iuxta illud In
Ecclesiastes 2o Solvite templum hoc et quod
exponens ewangelista subdit ibidem
Hoc autem dicebat de templo
corporis sui. Et quod licet hoc dicatur
a predictis sanctis tamen caute tamen est ca-
uendum quia possit habere dictum
eorum nam dum antiqui doctores et
sancti locuntur contra aliquem errorem
exortum sic errorem quem impugnant
verbis exaggerant quod nisi caute accepte
ut alii incauti ex verbis illis in
aliud errorem labantur. Et inde est
quod ex verbis Augustini contra manicheos
qui libertatem arbitrii destruebat
formaliter et extollentis arbitrium de-
ffendis pelagii sui erroris occa-
sionem sumpsit dicens quod homo non indiget
gratia dei ad vitandum peccatum et
ad faciendum opera meritoria. Sic ergo
sancti predicti confusionem nature in christo
vitare volentes posuerunt inha-
bitationem contra iam dictam. Ex quo
Nestorius sui erroris occasionem
sumens dixit filium dei non sic vnum
tum esse homini ut fieret vna persona
dei et hominis sed propter filii dei in-
habitationem in christo que est per gratiam
et sic non sequitur quod filius dei factus
sit homo. Dicebat enim Nestorius
quod anima humana et corpus humanum
naturali vnione convenerunt in christo ad
constitutionem vnius hominis eiusdem
speciei et nature cum aliis hominibus

Fine

verbum caro sct

et q in homine deq habitat/ sicut in
templo suo s. per gratiam sicut et malijs
hominibus sanctis vnde dicit apostolus Coll. 2°/
quod in ipso complacuit habitare omnem ple-
nitudinem diuinitatis/ et exigit ulterius/
consequenter et quendam affectualem vnio-
nem hoc est illius et deum. dum et homo ille/
bona sua voluntate deo adhesit/
et deus sua voluntate illum accep-
tauit/ secundum illud cantica 2°/ Leua eius sub capite
meo et dextera eius amplexabitur/ et non relinquet
me solum/ quia quae sibi placita sunt ei
facio semper ut intelligatur/ talis vnio
esse hominis illius ad deum/ qualis
est s. affectualis vnio/ de qua dicit
apostolus 1 Cor. 6. Qui adheret deo vnus
spiritus est cum eo/ Et sicut exigit vni-
one/ nomina quae propter deo conveniunt ad
homines transferuntur/ ut dicatur dominus et
filius dei. et diuini et Christus et Christi/ sicut
patet ex diuersis scripture locis/ ita
et nomina diuina homini illi conveniunt/
ut propter dei inhabitationem et vnionem
affectus/ dicatur et deus et dei filius
et dominus et sanctus et Christus sanctus
tamen quia in illo homine maior plenitu-
tudo gratie fuit/ quam in alijs homini-
bus/ ideo fuit prae ceteris templum
dei/ et arctius deo secundum affectum vni-
tus/ et speciali quodam priuilegio nomina
diuina participat/ Et propter hanc excellen-
tiam gratie/ constitutus est in participa-
tione diuine dignitatis et honoris.
ut scilicet coadoraretur. et sic secundum istam
positionem/ oportet quod alia esset per-
sona verbi et alia persona illius hominis/
qui verbo dei coadoratur/ Et si dicatur
vna persona vtriusque/ hoc erit propter
vnionem affectualem predictam/ ut sic homo
ille et dei verbum dicatur vna persona/
sicut dicitur de viro et muliere quod iam
non sunt duo sed vna caro/ Sed quia
talis vnio s. affectualis/ non facit/
hoc quod id ~~quod~~ quod de vno dicitur
de altero dici possit/ non enim quicquid
conuenit viro. verum est de muliere. nec
e contrario/ ideo in vnione verbi et illius hominis/
hoc obseruandum putabat/ quod ea que
sunt propria illius hominis ad humanam na-
turam pertinentia. de verbo deo vel de deo

conuenienter dici non possunt/ sicut homini illi
conuenit quod sit natus de virgine.
quod passus mortuus et sepultus.
et huiusmodi/ quae omnia asserunt de deo/ vel
de dei verbo dici non debere/ Sed quia
sunt quedam nomina quae et si deo principaliter
conueniunt/ communicantur tamen hominibus/ per aliquem
modum/ sicut Christus dominus sanctus et
etiam filius/ et de huiusmodi nominibus secundum
eum nichil prohibet predicta predicari/
Concedunt enim diuina secundum eum/ quod Christus
vel dominus glorie vel sanctus sanctorum vel
dei filius sit natus de virgine/
passus mortuus et sepultus/ vnde
et beatam virginem non matrem vel
dei/ sed Christi nominandam esse dixit/
Sed si quis diligenter consideret/
predicta positio veritatem incarnationis
excludit/ non enim secundum eam/ verbum dei
fuit vnitum illi homini nisi secundum
inhabitationem per gratiam/ ex qua con-
sequitur vnio voluntatum/ Inhabitatio
autem verbi dei in homine. non est dei
verbum incarnari/ Nam dei verbum
et deus habitat in omnibus sanctis a con-
stitutione mundi/ secundum illud apostolus 2
Cor. 6. vos estis templum dei
viui et dicit dominus quoniam inhabitabo in illis/
Que tamen inhabitatio non potest incarnatio
dici. alioquin ab initio mundi deus
incarnatus fuisset/ Nec hoc etiam
sufficit ad incarnationis rationem si
verbum dei aut deus pleniori gratia
inhabitat in illo homine/ quia magis
et minus non diuersificant speciem
vnionis/ Cum ergo christiana religio fun-
detur in fide incarnationis/ cui debet
apparere quod predicta positio tollit fun-
damentum christiane religionis/ Preterea
ex ipso modo loquendi scripture/ fal-
sitas predicte positionis apparet/
Inhabitationem enim verbi dei in sanctis
hominibus consueuit sacra scriptura
his modis designare/ locutus
est dominus ad moysen/ factum est verbum
domini ad Jeremiam/ aut ad aliquem
alium prophetarum/ factum est verbum domini
in manu aggei prophete/ Nunquam
autem legitur quod verbum domini factum sit

vel monstris vel iumentis vel aliquibus
aliorum. Hic autem modo singulari
vnionis verbi dei ad carnem christi
designat ewangelista. Verbum caro
factum est. Nec ideo est homo, quia non so-
lum per modum inhabitacionis verbum dei
fuit in homine christo, sicut traditur
sacre scripture. Et ideo ad euiden-
ciam predictorum sciendum est quod in christo
possunt duo considerari, scilicet natura
et persona. Secundum naturam quidem atten-
duntur in christo distinctio, sed non secundum
personam. Quia natura humana in christo
fuit assumpta in vnitate persone.
Inhabitacio ergo qua sancti predicti pos-
sunt referenda est ad naturam
vt dicatur Et habitauit in nobis
id est natura verbi inhabitauit naturam
nostram, non ypostasim seu personam
que est eadem vtriusque nature in christo.
Hoc vero quod Nestorius blasphe-
mauit, euidencia sacre scripture
refellitur. Apostolus enim philip. 2o.
vnionem dei et hominis exinanicionem
nominat dicens de filio dei. Cum in
forma dei esset, semetipsum
exinaniuit formam serui accipiens.
Non autem dicitur exinaniri deus eo
quod rationalem creaturam per graciam in-
habitet, quia sic pater et spiritus sanctus
exinanirentur, cum et ipsi creaturam
rationalem inhabitent per graciam. Christus
de se et patre loquens dicit Iohannis
xiiijo. Ad eum veniemus et mansionem
apud eum faciemus. Apostolus de spiritu
sancto dicit. 1 Cor. 3. Spiritus sanctus habitat
in vobis. Preterea si christus persona
deus non esset, presumptuosissime
dixisset. Ego et pater vnum sumus,
vel antequam abraham fieret e-
go sum. Ego enim demonstrat personam
loquentis. Homo autem erat qui loque-
batur. Est igitur eadem persona filii
dei et hominis. Ex hoc etiam excluditur
error dicencium quod eo modo quo verbum fertur
habitat in homine christo in vnitate
suppositi quod sic habitaret in quolibet
iusto, nichil ex ipso incipiendo, nec verum
vnicum, nec similiter, sed totum quod deus
pater dedit filio in humana natura

hoc daret cuilibet iusto. Dicit enim paulus
michi esset verbum caro factum pro hoc
in christo supposito illo, a me distincto
sicut et in me persona aut esset, et
ego essem filius. Verbum enim caro factum
extra nos. Hoc ipsum quod est non
faciat nos perfectos, sed cum in nobis
habitat quod in quolibet nostrum filius
dei fit homo, et filius hominis fit dei
filius. Iste autem in prima hoc dictum
tanquam erroneum et hereticum a
papa Iohanne xxiio dampnatur.
Non enim intelligendum est habitabit
in nobis, quasi in vnitate suppositi
in quolibet nostrum sicut in christo habitet,
sed intelligendum est de vnitate
nature humane, quam quidem habet
nobiscum. Hic ergo secundum palladium
Verbum caro factum est. Destruxit iohannes
errorem eorum qui dixerunt christum fuisse
sine fantasticum hominem, et non verum. Tercius
ita probat clam et habitat in nobis,
destruxit errorem eorum qui dixe-
runt naturas esse permixtas in christo
sicut aurum miscetur argento in e-
lectro, vt fiat vna substancia. Destruxit
etiam errorem eorum qui dixerunt natu-
ram diuinam conuersam in humanam, quod
est hereticum, nam vtraque natura
diuina scilicet et humana salua propria
est in sua natura. Vnde leo papa in
sermone natalis. Salua proprietate vtriusque
substancie, diuine scilicet et humane, et in vna
coeunte personam suscipitur a maiesta-
te humilitas, a virtute infirmitas, ab
eternalitate mortalitas. Et ideo fuit
verus deus et verus homo. Vel
potest aliter exponi vt dicatur quod ewangelista
superius egit de verbi incarnacione. Hic
vero agit de verbi incarnati conuersa-
cione dicens. Et habitauit in nobis id est
inter nos apostolos. Secundum quod dixit
petrus actuum primo. Omni tempore quo in-
trauit et exiuit inter nos dominus
ihesus etc. Baruch 3o. Hic est deus
noster etc. Post hec in terris visus est
et cum hominibus conuersatus est. Filius dei
in humanitate assumpta. Addit autem hoc
ewangelista duo, primo vt ostendat

duo esse in christo possunt

dicitur

conformem Christi ad homines in conversacione/
Posset enim aliquis credere quod si verbum
caro factum esset, Christus fuisset dis-
similis aliis hominibus in conversacione/
Et ideo dicit Iohannes et habitavit in nobis/
quia sicut verbum caro factum est, sic Christus co-
nversatus est inter nos sicut unus
ex aliis hominibus/ philippenses 2o exin-
anivit semetipsum formam servi accipi-
ens et habitu inventus ut homo/
Secundo ut ostendat sui testimonii veritatem/
Iohannes enim ewangelista magnalia
de verbo dixerat et adhuc multa de
eo mirabilia dicturus erat/ et ideo
ut credibilius eius testimonium fieret/
accepit quasi in veritatis argumentum, se in
Christo conversatum fuisse, dicens/ Et habitavit
in nobis. quasi dicat. bene possum de eo
testimonium perhibere, quia cum ipso
conversatus sum/ unde dicit prima Iohannis primo/
Quod fuit ab inicio, quod vidimus
oculis nostris/ quod perspeximus/
et manus nostre contrectaverunt de verbo
vite. annunciamus vobis/ Et actuum
xo dixit petrus dedit eum manifestum
fieri non omni populo, sed testi-
bus preordinatis a deo. nobis
qui manducavimus et bibimus cum
illo/ Vel aliter, quasi dicit. et habitavit
in nobis. id est venit ad hominem
in personalem unionem/ non enim verbum
sic assumpsit carnem/ ut eam aliquando
relinqueret/ vel sicut vestimentum exue-
exueret. sed habitat in nobis. id est
in natura nostra inseparabiliter/ de qua
inhabitacione dicit levitici 26 ponam
tabernaculum meum in medio
vestri/ et non abiciet vos anima mea/
Potest etiam intelligi de habitacione
mentali/ qua deus mentem inhabi-
tat per graciam/ iuxta illud zacha-
rie 2o/ lauda et letare filia syon
quia ecce venio et habitabo in medio
tui/ Et hec inhabitacio mentalis.
bene sequitur inhabitacionem carnalem/
sicut effectus sequitur suam
causam/ Ex eo enim quod verbum est in-
carnatum/ pervenit nobis id bonum

quod idem verbum nos inhabitat in habitacione
qua secundum beatum augustinum ideo venit verbum
in carnem, ut posset inhabitare mentem/
Quod ipse desiderabat ab eterno/
Proverbiorum viiio/ delicie mee esse
cum filiis hominum/ Et ideo convenienter post
quam ewangelista dixit verbum caro factum
est/ subiecit. et habitavit in nobis/
Exulta ergo et lauda habitacio syon/
quia magnus in medio tui sanctus
israel/ Et in psalmo in pace factus est
locus eius/ et habitacio eius in syon/
Sic ergo habitacio filii dei. velati
nostra humanitate accipitur. Primo pro 1
salutari in hominibus conformacione/
qua in nostra humanitate. nobis dignatus
est conformari/ Hebreorum quod non confun-
ditur fratres nos vocare dicens/ narra-
bo nomen tuum fratribus meis/ hebre-
orum 2o/ et ideo voluit per omnia fratribus assimila-
ri. ibidem. scilicet in assumpta humanitate
natura et miseria/ excepto peccato et
ignorancia/ que nostre redemptioni
non profuissent/ nec ipsum qui verus
deus erat decuissent/ de qua in-
habitacione dicitur in psalmo Mons in quo
beneplacitum est deo habitare in eo/
etenim dominus habitabit in finem/ Secundo
ista inhabitacio accipitur pro familiari 2
cum hominibus conversacione/ in qua dominus
ihesus fuit exemplar omnis sanctitatis et
virtutis perfecte/ quia cepit ihesus
facere et docere/ de qua habitacione
querebat beatus andreas infra primo
rabi ubi habitas/ Tercio pro gracie diffu- 3
sione per quam petebat apostolus Ephesiorum
3o ait. deus pater det vobis secundum
divicias glorie sue virtutem corroborari
per spiritum eius in interiori homine Christum ha-
bitare per fidem in cordibus vestris/ sic-
ut in fidem habemus/ Christum habere vi-
deamur secundum glosam/ quia fides de
Christo Christus est in corde/ Quarto pro
sacramentali communione/ de qua mathei ultimo 4
Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus
vite mee/ usque ad consummacionem seculi/ Et
apocalipsis 21 Ecce tabernaculum dei
cum hominibus/ et habitabit cum eis/

De multiplici vero dei habitacione dicit
b. augustinus in libro de presencia dei ad
dardanum. Cum ubique sit deus non
in omnibus habitat, etiam in quibus
habitat non equaliter habitat. Nam unde
est illud quod poposcit helyseus
ut in eo fieret duplex spiritus domini
qui fuit in helya. Unde in omnibus
sanctis sunt alii aliis sanctiores, nisi
habundancius habendo habitatorem deum.
Deus qui ubique presens est et ubique
totus non in omnibus habitat sed
in eis tantum quos efficit beatissimum
templum suum vel beatissima templa
sua, eruens eos de potestate tene-
brarum et transferens in regnum filii
caritatis sue. Quod incipit a regene-
racione. Habitat in singulis fidelibus
suis deus tanquam in templis
suis, et in omnibus simul in unum congre-
gatis tanquam in templo suo, que
fit per acceptacionem seu per filialem
adopcionem. Et hoc per gracie et ca-
ritatis infusionem. De tali gracia
multum caveri est, ne per peccatum
amittatur, sicut precipit apostolus I thimo. vi
depositum bonum custodi per spiritum
sanctum qui habitat in nobis. Signum autem
habitatoris domini. Post augustinus in sermone
de epiphania dicens. Hoc est sanctis
tam tremendi atque metuendi ne
ipsis operibus pietatis elati de-
serantur opere gracie et remaneant
in infirmitate nature. Tamen autem
experiri inquirit an in ipso deus
habitet, de quo dicitur mirabilis
deus in sanctis suis. Si intento examine
sui cordis intima discuciat et
sagaciter queat quam humilitas re-
pugnet superbie, quam benivolencia
obluctetur invidie, quam non capiat
adulancium linguis, quam quis bonis
delectetur alienis, quam pro malo non
cupiat malum reddere, quam multas
iniurias oblivisci, qua
ymaginem et similitudinem sui cordis
totus amittere, qui est ad cogni-
cionem sua, qualibus imitabat do-
minum, et pluit super iustos et iniustos,
atque solem suum facit oriri super
bonos et malos. Sed nec multis

laboret, sollicite discuciat, appetitu
ipsam matrem virtutum omnium carita-
tem in secretis sue mentis inquirat.
Et si eam dilectionem dei et proximi
toto intento corde reperiat, ita ut
eciam inimicis suis gaudeat bonum quod
sibi optat impendi, et in signis
hoc est deum et rectorem et habitato-
rem sui esse non dubitet. Quis tanto
magnificencia tempore quanto
magis in se non sed in deo glorietur.
In quibus dicitur Regnum dei
intra vos est. Iuxta illud augustini
ea regnum in pio sed est aliquis
non nisi habitacio in suo modo. Neque
in alia creatura plus est recepta,
scilicet personalis unionis inmanencia,
de qua dicitur ysaie xlv. Tu in te
est deus scilicet isto modo, et absque te
non est deus. Vere tu es deus
absconditus. De isto modo loquitur
dyonisius de divinis nominibus c. 2o quod ihesus
supernaturalis substantivatur in eo quod nostra
assumens divina magnifice tenuit.
Nam omnem plenitudinem passus
diminucionem per assumpta humanitatis
naturam, quia in ipso habitat
plenitudo divinitatis corporaliter, sicut
quia sub humanitate christi latebat
tota deitas trium personarum divinarum.
Et ex hac mirabili et dignativa
personali inhabitacione duplex fuit
in christo perfecta et inconmixta natura
scilicet integra natura deitatis et vera
natura humanitatis, et tamen una persona
divina scilicet persona filii dei, quod hoc
humanus in persona verbi et est sic persona
in divina trinitate. Humanus in se dupli-
cem naturam. Ex hiis patet quod in hac
benedicta vi incarnacionis multe sunt
contrarie contrarietates adunate, ut sic
in corporalibus ornamentis sicut in futura
pictura colorativa iuxta se po-
nuntur contrarii colores, eo quod opposita
iuxta se posita magis elucescunt,
ita in facto incarnacionis fuerunt
multe ~~contrarie~~ contrarietates simul admirabiliter
adunate, ut eo undique gloriosius
et mirabilius illud misterium appa-
reret. Et ex hoc dei presencia in eo elucet.

Prima namque contrarietas / in illa
benedicta incarnacione & in vita
.com filij dei fuit / quia ibi fuit
summus & infimus / Secundus quia verus fuit
deus in primo genere entis / immo super
omnia entia Roma 9o xpus est
super omnia benedictus deus in secula
& fuit quantum ad naturam deitatis fuit
aut similis & infimus quantum ad
naturam humanitatis / que tenet infimum
gradum in genere entis racionalis vnde
dimos vocat eam extremitatem / ideo bene
dicitur phil 20 / Cum enim in forma
dei esset non rapinam arbitratus
est esse equalem deo / sed semet
ipsum exinanivit i evacuavit / non dimi-
ttendo quod erat / sed accipiendo
quod non erat / in qua forma non
apparuit quod erat / quia erat ab
eternis (?) / vel ideo dicitur infimus · quia
quasi despectus & vilissimus a iu-
deis reputatus / ysaie 53o Et
in psalmo Ego sum vermis & non homo
obprobrium hominum / Secunda contrarietas quia
infinitus fuit minimus / quia secundum
diuinitatem est maximus & infinitus /
quia ipsum celum & celi celorum ca-
pere non possunt 3 Reg 8 / immo dicitur
ysaie 40 / quis mensus est aquas
pugillo i suo pugno & celos
palmo ponderavit / Et tamen secundum
humanitatem ita fuit minoratus /
ut in suo gremio esset clausus
iuxta quod canit ecclesia / Quem
celi capere non poterant tuo gre-
mio contulisti / ut in isto tunc fuit
impleta prophetia / verbum abreviatum
fecit dominus super terram Jeremie 9
Tercia contrarietas quia ibi vi-
debatur diues & pauper / iuxta
id ps / simul in vnum diues et pau-
per / xpus secundum naturam deitatis est
ditissimus / quia in ipso sunt omnes
thesauri sapiencie & sciencie absconditi /
Collo 20 / secundum vero naturam huma-
nitatis pauperimus ut dicitur in psalmo /
Ego mendicus & pauper / Et ait xpus in 8o /
vulpes foveas habent & volucres
celi nidos / filius autem hominis non
habet vbi caput suum reclinet / Quarta
contrarietas quia simul fuit fortis &
infirmus / fortis quia portat sa-
vo virtutis sue / hebreorum primo /
/ ymo per ipsum facta sunt omnia de quo
monstratur (?) / Exo xpo / tamen simul fuit
in fortitudine sue infirmus & inva-
lidus / quia vna mulier cum fascijs
alligavit et in manibus baiulat /
sicut qui tanit terra vagit infans
inter arta positus presepia membra /
pannis involuta virgo mater alli-
gat & Quinta contrarietas quia simul
fuit viator & comprehensor / viator
dicitur homo existens in via penitus (?)
solum modum eius beatitudinis cele-
stis patrie sed ad huc passibilis
& mortalis / Comprehensor vero dicitur
qui habet claram & facialem visionem divinam /
Sic xpus usque ad suam mortem
secundum corpus & corporis sensum / vere
fuit viator · passibilis & mortalis /
quia multa flagella sustinuit
& vulnera / ysaie 53o vere do-
lores nostros ipse portavit / nec tantum
exteriores sensus corporis / verum eciam
secundum aliquos interiores vires mentis /
secundum porcionem eius inferiorem / quia
cepit pavere & tedere Marci 14o /
& dixit tristis est anima mea usque
ad mortem / Math 26 / Secundum vero
porcionem superiorem · clare videbat /
essenciam divinam / et ea summe continue
fruebatur · ab instanti sue con-
cepcionis de quo potest exponi id
Math 26 / Spiritus quidem promptus est
caro autem infirma / Ex quibus sequitur
de xpo utiles efficacie · nobis in
pensare & impendendo / primo quia
summus factus est infimus / ut vnum
quemque infimum & humilem natura
& reputacione propria in supremo ce-
lorum gradum collocaret / ita qui
se humiliat exaltabitur Luc 18 /
Et ideo oravit ad patrem in suo
fine Pater volo ut vbi ego sum
& ipsi sint mecum ut videant clari-
tatem quam dedisti michi Johannis
17o / Secundo infinitus factus est minimus
ut vnumquemque qui vult & quo vult

ditate in virtutibus et perfectionibus
operibus sancti domus et unde dicere
/ ut ultio / data est in omnibus potestas
in celo et in terra. Tercio quia dives
factus est pauper pro te quem vult di-
tare celestibus divitiis et tempora-
libus. 2 Cor. 8: Scitis gratiam gra-
cia domini nostri Ihesu Christi, quoniam propter
nos / egenus factus est, cum esset dives,
ut illius inopia nos divites essemus /
Quarto quia fortis, factus est in-
firmus pro te quem vult fortificare
et in omni constancia et perseverancia
immo perfectio confirmare in celesti
gloria. Quinto quia idem fuit
viator et comprehensor, ideo
contra potentem viatores facere
perfectos comprehensores, non tamen
quo ad claram conferendo claram
facialem visionem fruicionem et ten-
cionem divinam, sed est quantum ad cor-
pus dotando eos dotibus glo-
riosis sic clarite inpassibilite agilitate,
et subtilitate. Et ex hiis convenit
sequi debet in nobis / et qualiter
ceterum pro mulieris iniquitatem prius
tanquam membra capiti / ma-
gistro discipuli, servo domini, se debet
conformare / imprimis fundata humilitate
in fugienda sollicitudine potestate. in
voluntaria paupertate saltem
in affectu, si non potest / vel non vult
totaliter effectu, ut fecerunt patres
sancti veteris et novi testamenti, temporales
contemnentes divitias. Dicit Christus, non acci-
piendo terrena nisi in quantum
sunt celestium adiutoria et virtutes,
excedere materia. Et secundo sicut re
in invenies constancia, et bone opera
cionis utilitate, et in multis divinis
in continuitate, iuxta illud Luce
18: quoniam oportet semper orare et numquam
deficere. et 1a Thes. quinto
vto / Sine intermissione orate: in
omnibus gratias agite, et tunc per
omnibus miserie vita viatore /
perducet nos dei filius ad gloriam
comprehensorum et beatorum, ubi secundum
Augustinum libro primo de civitate sola
iocunditas erit. Fiebat labor et
gemitibus, tempus erit oracionis / successit
laudacionis, non erit ibi gemitus
deprecancium, sed leticia perfruencium /
Adveniet enim iam non videntes, perspiciamus
plenius illud certe quoniam videbimus eum
sicuti est. Ubi totum negocium nostrum /
non erit nisi laudare deum et frui
deo. Et quid aliud queramus ubi
solus sufficiet? Ipse qui fecit omnia /
subiciet illi omnia, ut sit deus omnia
in omnibus fiet ibi. Et vidimus
gloriam eius etc. Crisostomus evangelista descripsit
verbi incarnacionem / et eius incarnati
verbi comparacionem. Consequenter insinuat eius
verbi incarnati evidenter manifesta
cionem. Et circa hoc duo facit. primo
ostendit modum manifestacionis in generali
secundo in speciali ibi: Et de plenitudine
eius omnes accepimus. Primo dicit aut
verbum incarnatum apostolis dupliciter: primo
quia per visum, velut notitia ubi
ab ipso verbo accipientibus. Secundo
per auditum notitia verbi ex testimonio
iohannis conclusum. Primo ergo dicit
evangelista quid de verbo viderit. Secundo
quid de verbo testimonium Johannes audi-
erint, ibi Johannes testimonium perhibet /
dicit autem circa de verbo / primo eius glorie
manifestacionem, unde dicit Et vidimus
gloriam eius / Secundo eius glorie singularita-
tem subdidit: Gloriam quasi unigeniti
a patre. Tercio glorie determinacionem /
cum concludit: plenum gratie et veritate.
Prima clausula: Et vidimus gloriam
eius / potest explicari ad precedencia con-
tinuari. primo ut sit quasi argumentum
eius quod dixerat, verbum caro factum
est et habitavit in nobis, quasi velle
dicere / Et hec concordio / quod verbum
dei est incarnatum, quia ego cum
aliis apostolis, vidimus gloriam eius
contra Zo. Quod secundum cognominatur
et quod vidimus testamur / prima Ioh. primo.
Quod fuit ab inicio, quod vidimus
oculis nostris, quod perspeximus et
manus nostre contrectaverunt / de verbo
vite annunciamus vobis. Secundo continuatur
secundum Crisostomum ut sit expressum multi-
plicacionem beneficium, quasi diceret: non solum creator

Visum collatum est nobis per incar-
nationem verbi quod sit effectum filii dei /
sed est quod videamus gloriam eius. Oculi
enim debiles et infirmi lucem solis
in se ipsa non valent percipere. Si-
cut eam videre possunt cum resplen-
det in nube vel in aliquo corpore
opaco / ante incarnationem autem verbi
mentes humane erant invali-
de ad percipiendam lucem que
illuminat omnem hominem ut est in
se ipsa. Et ideo ut eius visionis gau-
dio non privaremur ipsa lux sapientie
dei verbum induit carnem voluit
ut a nobis videri possit iuxta
illud Exo. 16. Respexerunt ad soli-
tudinem et viderunt gloriam domini
in nube i. verbum dei gloriosum in carne.
Secundo vero modo curavit secundum Aug.
ut restitueret ad visionem gratie.
Oculi enim hominum non solum defici-
ebant a contemplatione lucis divine
naturaliter sed etiam ex defectu peccati /
sicut 18 ps. Comprehenderunt me iniquitates mee
quemadmodum cecitate vel invidie
non viderunt solem iustitie. Ut
ergo ipsa divina lux a nobis possit
videri sanavit oculos hominum /
faciens collirium de carne sua
ut sic oculos nostros ex concupiscentia carnis
corruptos verbum sua carne cura-
ret. Et inde est quod statim cum dixit
verbum caro factum est et habitavit in nobis
subiunxit Et vidimus gloriam eius /
quasi diceret statim facto collirio cura-
ti sunt oculi nostri. Infra 9. Lutum
fecit ex sputo et linivit oculos
ceci nati. Lutum quidem de terra sputum
tum a capite descendit, ita in persona
xpi natura quidem humana assum-
pta est de terra verbum vero incarna-
tum est a capite scilicet a deo patre.
Sic ergo luto statim cum appositum
fuit oculis hominum vidimus gloriam
eius. Hec autem gloria scilicet claritate
verbi Moyses videre desideravit
unde dicebat Exo. 33. Ostende michi
gloriam tuam. Sed eam videre non
meruit immo dictum est ei a domino
Posteriora mea videbis i. umbras
et figuras meas. Apostoli vero viderunt

ipsam claritatem. 2 Cor. 3. Nos autem
revelata facie gloriam domini specu-
lantes. Prophete quidem hanc claritatem
viderunt non tamen revelata facie sed
in figuris et enigmatibus. Infra 12°
Hec dixit Ysaias quando vidit gloriam
eius. Apostoli vero viderunt revelata
facie sine aliquibus figuris. Et ideo
dicitur Luc. 10. Beati oculi qui vident
que vos videtis. Dico enim vobis
quod multi reges etc. Et ideo dicit eu-
vangelista. Et vidimus gloriam eius
i. cognovimus maiestatem eius per hu-
manitatem in qua docuit et
miracula fecit in qua transfiguratus
est et in qua resurrexit et ad
celos ascendit. Unde potest ista littera per
legi prima ... intendit
distinguere. Vidit lucem veram
i. xpm qui illuminat omnes et luces
alias que ab ipsa illuminantur. Et ea
multas assignavit dotes. Et manens
in multa ipsa vere lucis quod non eo
venit aliis. Hic est qui illuminat
omnem hominem venientem in hunc mundum
et quod in mundo erat et mundus per ipsum
factus est. Et quod in propria venit et
quod receptores suos filios dei facit
et quod non ex sanguinibus nascuntur sed
ex deo nati sunt. Et quia vidit quod non posset
omnia enarrare quasi summatim concludit
dicens Et vidimus gloriam eius q.d. quid
plura. Et vidimus i. cognovimus
per miracula per vocem elapsam
de celo, per ea que fuerunt in passione.
Et gloriam eius non aliorum quia unius
solius est gloria Ysa. 42. Gloriam
meam alteri non dabo. Prima Thi. primo
soli deo honor et gloria in secula amen.
Sed quia posset querere qualem glo-
riam subdit gloriam quasi unigeniti
a patre. Hec autem gloria est plenitu-
do gratie et veritatis que integre fue-
runt in xpo. ideo subdit. Plenum
gratia et veritate. Exprimunt ergo in
hiis verbis incarnati verbi cognitio ex
proprietatibus quam habuerunt apostoli et
credentes quantum ad utramque naturam
divinam scilicet et humanam. Nam de hac gloria
verbi incarnati cognoverunt in sapientia

doctrine in miraculorum operacionem
in passionem, resurreccionem, ascensionem
et spiritus sancti missionem. Gloria namque
ubi ante incarnacionem fuit hominibus
incognita, propter eodem, mundus
eum non cognovit, et tenebre ea(m)
non comprehenderunt. Nam secundum Augustinum
oculi cordis nostri pulvere carnalium
affeccionum erant excecati, et ideo
ad illuminandum oculos nostros ut
gloriam dei videre possemus incarnacionem
assumpsit. Nam ut quos caro ob
cecaverat, caro sanaret. Ideo verbum
caro factum est, ut nos possemus
dicere: Et vidimus gloriam eius.
Primo in incarnacione, in qua ostensa
est summa dei potencia, que a nulla
poterat fieri creatura, vel in ange
lice ruine reparacione. In dominacione po
R vid tencie seu malicie superacione.
In tocius creature reformacione, et
in humane nature glorificacione.
Propterea quatuor angeli devote
laudabant deum dicentes: Gloria
in altissimis deo. Sicut primo, secundum quod
gla hic vocabulum gloria quater
describitur, ut infra dicetur. Primo
angeli laudabant deum propter ruine
reparacionem. Nam propter peccatum luciferi
multitudo angelorum sibi consen
ciencium de celo empireo est eie
cta, secundum quod exponitur illud
Apocalypsis xii°: Factum est prelium ma
gnum in celo. Et sequitur: Et pro
iectus est draco ille magnus,
serpens antiquus, qui seducit
vniuersum universum mundum. Proiectus est in terram,
et angeli eius cum eo. Et de multi
tudine angelorum dicitur ibidem:
Draco traxit cauda sua terciam
partem stellarum celi. Glosa: Lucifer
cadens per superbiam traxit post se
terciam partem stellarum, id est angelorum,
non suggestione sed exemplo, quia eum
imitando cum eo pariter ceciderunt.
Sed nato Christo per quem homines
ad celi gaudia inducuntur, tunc
predictorum angelorum ruina reparatur.
Ideo dicitur: cum eo multitudo ange
lorum. Et ait: evangelizo vobis ga
udium, quia natus est vobis salvator,
in Christi nativitate dixit angelus,

qui est Christus dominus. Ideo nato dicitur
cum eo multitudo angelorum: Gloria
in altissimis deo, id est in angelis secundum
glosam, quia ipsi sunt altissimi in
tota creatura. Vel in infima sunt cor
poralia, alta in perfeccione corpora cele
stia, altiora humana natura. Quia
secundum philosophum sapiens dicit: Omnia
bene acta altissimi sunt anli.
et ipso Christo nato, id est dei filio in
humanitate apparente, vidimus gloriam
eius, id est gloriosam potenciam in altis
simorum angelorum ruine reparacionem,
quia dicit apostolus ad Ephesios primo: Proposuit
deus in Christo instaurare omnia
que in celis et que in terris sunt.
Ideo et angeli dederunt gloriam
deo, quia gloria uno dicitur ore
multorum celebrata laudacio, secundum
illud psalmiste: In templo eius, id est in celo,
omnes dicent gloriam. Secundo ostensa
est gloriosa potencia in nativitate Christi
in dominacione potencie vel malicie su
peracione. Tanta namque fuit ante nati
vitatem Christi dominacio potencie ut de eo
diceret deus ad Job xli: Non
est potestas super terram que comparetur ei,
qui factus est, scilicet sub nullo liber
et effrenatus, secundum interlinearem, ut nullum
timeret. Omne sublime videt. Et
ipse est rex super omnes filios super
bie. Nunc autem iudicium est mundi,
nunc princeps huius mundi eicietur
foras. Iohannis xii°. Ideo angeli
laudabant cum dicentes: Gloria in ex
celsis deo, id est maximis laudibus
est per hoc confitendo deus extollendus,
quia gloria, ut alio dicitur, manifeste
patens preconium. Unde dicit Apocalypsis
xii° de proieccione draconis: Propterea
hic letamini celi, et qui habitatis in eis.
Et in psalmo: Formam eius, id est Christi exal
tabit in gloria. Et secundum hoc nos di
cimus: Et vidimus gloriam eius, id est
gloriam potencie in eius incarnacione
in superacione dominacionis potencie et malicie,
na ad preceptum eius demonia clama
bant et exibant a corporibus obses
sorum, ut in multis locis evangeliorum.
Tercio ostensa est gloriosa filii dei
nati potencia in tocius creature re
formacione. Omnis enim creatura propter

hominis peccatum fuit in multiplici perfectione
minorata. nam sol luna et astra
minorata fuerunt in influentia ad
inferiora et illuminatione sua. ut dicit in
primo libro 10. terra in sterili-
gnatione. Elementa ad invicem in
discordi quietudine. alia bruta non hominis
obedientia. et ad invicem mansuetu-
dine. qua se invicem non lederent.
gubernata per hominis prudentiam.
ut dicit Augustinus. Ipse minoratus est in
cognitione et honore. secundum illud psalmiste
homo cum in honore esset non in
tellexit. angulta et brevia sustentia
in vigore. angeli in numero celi in
obsequio. ut habetur ibidem. secundum 10
primo. Sed in filii dei nativitate
quasi omnia sunt reformata et re
novata. ut ipse dicit sedens in
throno apocalipsis 21. Ecce nova facio
omnia. habent innovationem modo
hec in terra per missionem ex merito
Christi iam completo in passione.
postquam resurrectionem generalem in vera
adeptione. quia dicitur ibidem. vidi
celum novum et terram novam. primum
enim celum et terra prima abiit et
mare iam non est. Ideo in nativitate
Christi cantatur illud psalmiste letentur
celi et exultet terra commoveatur
mare et plenitudo eius. gaude-
bunt campi et omnia que in eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna silvarum.
Subditur laudis et exultationis
ratio. quia venit scilicet dei filius. in
humanitate. sed in fine mundi ve-
niet in iudicium sua claritate. non secundum.
qui venit iudicare terram iudica-
bit orbem terre in equitate et populos
in iusticia. Et ideo angeli dabant
gloriam deo in altissimis. quia
non tantum in infimis. altus altioribus.
immo in altissimis creaturis est
eius gloria manifestata. nam aliomo-
do secundum illud dicitur frequens
fama cum laude. psalmista. Super omnem
terram gloria tua. ysaie xl. Reve-
labitur gloria domini. et videbit
omnis caro salutare dei. unde dicere
possumus. Et vidimus gloriam
eius. scilicet in tocius creature reformatione.
Quarto ostensa est dei potencia in
humane nature glorificatione. vel
sublimatione. Illa enim sublimatio
humane nature fuit maxima. et ideo
vidimus gloriam eius in maxima
sublimatione humane nature in eius
nativitate. homo enim fuit prius de
infima creature. nunc super omnem
creaturam deus benedictus. post quam
minoratus fuit paulominus ab angelis.
immo nunc est adoratus ab angelis
deus. unde dicit hebreorum primo de deo
patre. Cum introduxit primogeni-
tum in orbem terre dicit. Et adorent
eum omnes angeli eius. Post hoc fuit de-
bilis et infirmus. modo factus est ita
fortis ut portet omnia verbo virtutis
sue. immo per ipsum facta sunt omnia.
Similiter dei filio incarnato glori-
ficata est humana natura. quia ad
illam gloriam reparata est per dei
filium incarnatum. scilicet ad nudam et
facialem dei visionem. quam perdi-
derat per primi hominis peccatum. nam
anima Christi mox ut creata fuit et
corpori unita. et a verbi persona ho-
mo in corpore et anima assumptus in uni-
tatem persone. statim habuit cla-
ram dei visionem et fruitionem secundum
portionem superiorem rationis. ut
in 3o primo. Sed post Christi passi-
onem qua soluta fuit precium hu-
mane redemptionis. omnes in
limbo patres existentes perfectam anime
glorificationem receperunt. et in Christi
ascensione ad locum glorie depu-
tatum scilicet celum empireum cum Christo
ascenderunt. Sed post generalem re-
surrectionem non tantum in anima sed etiam
in corpore fulgebunt dotibus glorie.
Ideo per hanc glorificationem dant
angeli gloriam deo in altissimis.
id est in celis. quia secundum glosam super
epistolam ad Romanos. Gloria est
clara cum laude noticia. Habebunt
enim ibi claram facialem dei
visionem. et sui et aliorum perfectam
cognitionem. Gregorius. Quid est quod
non videant qui videntem omnia vi-
dent. Et Augustinus libro de trinitate
civitatibus. Sicut in speculo triplex
nascitur noticia. scilicet speculi videntis
speculum. et aliorum in conspectu exi-
stencium. Ita videns deum videbit

deum sepium et omne quod ibi rer
putatur, habent claram dei visionem
sequitur intima et perfecta fruicio
et summi boni adhesio, quia exul
tabunt sancti in gloria, letabuntur in
cubilibus suis, in psalmo. Et alibi glo
riam regni tui dicent. Et per hanc
deum eternaliter collaudabunt, iuxta
illud psalmiste, Beati qui habitant in domo
tua domine in secula seculorum laudabunt
te. Vnde dicere possumus. Et vi
dimus gloriam eius quasi unigeniti nativitatis
sublimationem. Addunt vidimus glo
riam eius in impensa salutari
hominibus pace. Quia in eius incarnacione
conflate erant lancee in falces et
gladii in vomeres, unde et ali
decantabant in eius nativitate.
Et in terra pax hominibus bone vo
luntatis. Secundum glosam nomine pacis
intelligitur omne bonum. Psalmus. Pax
super israhel. Per filii nam dei in
carnacionem omne bonum homini tri
buitur. Quod patet ex eo quia cum
moyses petivisset a deo dicens.
Si inveni gratiam in oculis tuis
ostende michi faciem tuam. id est assumpta
humanitatem, quia secundum Gregorium sicut
per faciem unusquisque cognoscitur
ita per christum deus pater cognoscitur
et hic in presenti per fidem, et in
futuro per speciem. Et post hoc ad
didit, ostende michi gloriam tuam, id est filium,
gloria enim patris est filius sa
piens, proverbiorum x°. Unde et deus ei. Ego
ostendam tibi omne bonum, id est vitam
eternam, ubi est omne bonum, que scilicet vita
per christum natus est donata. Sap.
3° donum et pax est electis dei.
Et hec pax non datur angelis
malis, quia cum illis deus numquam
habebit pacem, nec hominibus impiis
vel dampnatibus unitatis. Ysaie
xl non est pax impiis dicit
dominus. Et hec nec inobedientibus.
Iob ix°. Quis restitit ei et pacem
habebit. Sed datur hominibus
bone voluntatis quibus. Psalmus.
Pax multa diligentibus deum,
et non est illis scandalum. Ad Ro.
2°. Gloria honor et pax omni
operanti bonum. Ista est pax data

et relicta a christo apostolis Iohannis xiiii°
Pacem relinquo vobis pacem
meam do vobis. Non temporalis pro
speritatis, quam contempnere docuit et mon
stravit, Ezechias rex, Ysaie 38
Ecce in pace amaritudo mea
amarissima, nec pravae societatis
ut in malo colligacionibus, quam
christus destruxit. Luce xii° putatis
quia veni pacem dare in terram,
non dico vobis, sed separacionem scilicet
a carne mundi et malo et a malo
socio. Sed dive reconsiliacionis quam
apostolos predicare fecit. Math. x°
In quamcumque domum intraveritis sa
lutate eam dicentes. Pax huic do
mui. Item pacem temporis, quia vici
nus in nichil fecit, quia omnes
sub uno dominio romano in
pace degebat. Psalmus. Orietur in diebus
eius iustitia et habundancia pa
cis. Ut enim Nicolaus de Lira
in principio christi nativitatem, Regnis
mundi pacatis et sub imperio reda
ctis, pax fuit continue duravit usque
ad annum xlm. post christi passionem
nec leguntur aliqua notabilia
bella fuisse in iudea, nec vexilla
fuisse armis, quia terra custodiebatur
a militibus Romanis. Et ideo proba
bile est, quod propter diuturnitatem pacis
temporalis iudei instrumenta quibus
utebantur in bellis immutarunt
in instrumenta agriculture secundum illud
Ysa. 2°. Conflabunt gladios
suos in vomeres et lanceas suas
in falces. Quod autem subditur sta
tim in eadem auctoritate non levabit gens
contra gentem gladium, nec ultra
exercebuntur ad prelium. Cum ultra non
importat pacis eternitatem ut
iudei dicunt, sumendo occasionem
errandi de christo, et sic per alium
modum bella cessaverunt in terra,
ergo nondum venit messias in lege
promissus, sed importat diuturnitatem.
Ubi enim nos habemus ultra, in
hebraico habetur aad, quod dicitur
non sit eternitate, sed diuturnitatem,
ut clarius quam Re. Ubi legi
non veneruntur ultra latrones per ter
minos israel, ubi est in hebraico

pax [illegible] — triene prosperitatis et felicitatis
— interne sanctitatis siue collectionis
— eterne reconciliationis
scilicet — pax temporis
— pax pectoris
— pax eternitatis

dicunt aad / Certum autem est quod ubi q̄
dicto aad non importat eternitatem /
sed diuturnitatem, unde despiria latru-
nali pergit frequenter de peccati pu-
tra ipsi constitui, hec ille licet
raptim / Ex quibus tote patet quod
pax temporis per xpm mundo allata /
non est magis temporis eius / eternata
sed ad plures annatas turbauerunt
eam hanc pacem reges tyranni /
et principes perfidi, romani imperii /
ecclesiam dei persequentes, per tria ten-
tenaria annorum sicut docet hystoria
multorum pastorum martirum / et persim
diu rimatur hanc materiam, abbas
ioachim in libro de semine scripturarum /
Pax igitur ecclesie reddita per constan-
tinum in regem romanorum, plures tribula-
tiones celerius (?) rancore prelatorum / Hoc
vero non tamen turbat pectus prelatorum,
sed quod odiose enerviat peccatis
prelatorum, principum, dominorum, electorum,
et religiosorum, ut deducat ioachim
ubi supra dicit ab inchoatione romani
imperii : danielem fuisse legis,
daniel pacem fieri desiderabat,
sed nunc pax fuerit facta, quamquam
facta electorum eterna / Ecce in pace
amaritudo mea amarissima, prelato
in plenaria intestina(?) [illegible] quanto
foris pace tiescente, priore pre-
latorum principum et dominorum impolenta
quasi pinguescunt / dixi vero et exo
docet nos prospera mundi fugere,
et nulla eius aduersa formidare,
et nos pacem occultam et totam
deo salsam quamquam quod ille dicit quod
[illegible] quod hoc [illegible] turbat pax
ecclesie, Et quo quaerebat pax in regno,
ubi pacis hostes presidentes in q
pastore dominus franciscus in libro de
remediis utriusque fortune, ratio
uno gaudio mundano glanti et
dicit, spero pacem, Racio rudet.
Quid tam diu speras quod mox
assequi / in tua potestate est manu.
Raro enim sunt qui pacem non inue-
niat / si bona fide velle ceperint.
sed pacem petentes, paci fre quenter
obstant. Et subdit ad propositum /
quatuor vobiscum habitant pacis
hostes / Auaricia, ira, superbia, inui-

hos metuend exiliud pellite, et pax
eterna erit hec ic. / Hanc pacem
temporis, scilicet pax pectoris, quam suis
discipulis reliquit et dedit Joh. xiiii°
/ et pacem eternitatis promisit ysa.
32, et dedebit populus in pulcritudine
pacis, per incarnationem ergo filii dei,
Quadruplex pax est collata:
ut dicere possemus Et vidimus
gloriam eius, id est gloriosam maiestatem
in hominum pacificatione, vel etiam
in miraculorum operatione, que in die
natiuitatis contigerunt in mundo, pro
testancia filii dei humanam natiuitatem
quasi sunt quasi infinita ab autenticis
doctoribus descripta que hic preter-
mitto causa breuitatis, ergo dicamus
Et vidimus gloriam eius, quia magna
est domine et faciens mirabilia, valde
mirabile est quod deus hominem, ita deo di-
lexit, quod ut seruum redimeret filium
tradidit, Item valde mirabile est quod
dei filius exiens in mortalis et in pas-
sibilis factus est homo mortalis et pas-
sibilis et omnibus mirabilis, per mirabilia
tempora [illegible] / ut per morte destrueret
omnia [illegible] in [illegible] destructione
/ et viuat ab eius potestate ereptionem et
redemptionem, ostendit se nobis gloriosum,
et vidimus gloriam eius, Dicit enim apostolus
ad Ro. 3° omnes peccauerunt et egent
gratia dei id est indulgencia et venia
peccatorum, unde deus apparuit gloriosus,
Exinde possumus dicere quod illi viderunt
gloriam eius qui fide credentes mentem
ipsam dominum cognouerunt / Qui
vero tenebris infidelitatis erant
obumbrati, nec viderunt nec co-
gnouerunt / Excecat enim eos malicia
eorum, ut lumine non viderent / quod
eis erat presto, in vita et operibus
miraculosis, que non deo sed magis
demonibus attribuebat / dicentes In bel-
zebub principe demoniorum eicit
demonia, unde et apostolus 1 corinthiorum 2° neque
principes huius seculi cognouerunt, Si enim
cognouissent, numquam dominum glorie
crucifixissent. Tunc ibi Gloria
quasi unigeniti a patre et ce.
[illegible] manifestationem glorie in gali-
[illegible] omnis xpi glorie singulariter,
[illegible] cum de aliis hominibus in

venit quod fruitur gloria, sicut de moyse
legitur Exo 34 quod facies eius
facta est splendida vel cornuta
in alia translacione, quam filii israel
non poterant intendere propter glo-
riam vultus eius, quam habuerat ex co-
operacione dei in monte cum accepit
tabulas testimonii, posset aliquis
dicere, quod ex hoc quod viderunt eum
gloriosum non concluditur quod unigenitus sit eius
filius. Est enim distinctio glorie unigeniti
a gloria sanctorum aliorum, quia non
fuit gloria comparacionis, sicut gloria cuiuslibet
sancti. Et ideo sed nos apostoli vidimus glo-
riam eius esse quasi unigeniti a
patre. Et hic est quod crisostomus
ut hebreorum primo amplioris gloria
pre omnibus sanctis et angelis cum sub-
latus, quia illi sunt gloriosi participacione.
Unum autem est ipsa gloria, secundum id
quod ... filius deo in filiis dei.
Et autem quod dicit quasi, non est si-
militudinis sicut ... dicitur quod
quasi tristes semper autem gaudentes,
sed est expressivum veritatis, non enim
ponitur hic ad designandum simi-
litudinem filiacionis divine, secundum quod nos
dicimur filii dei, sed ponitur pro veritate
secundum gregorium 23 moralium. Et est
modus loquendi quem ducet secundum crisostomum
vidimus gloriam eius qualem decre-
bat et quis est hic unigenitus
dei filius. Et ponit exemplum
huiusmodi locucionis, ut si aliqui viderent
regem valde ornatum incedentem,
et interrogarent qualis rex in-
cesserit, volentes se breviter expe-
dire, et illam multiplicem gloriam
uno verbo exprimere dicerent, quid
multum oportet dicere, quasi rex
ibat, id est sicut regem decebat. Sic
et hic, cum non posset sic breviter
sermone cuncta que de gloria ubi eius
fuerant enarrare, puta quomodo ali-
qui ipsum glorificabant, et ecce pa-
stores pueri exultantes in vi-
sceribus matris, magi per stellam adducti,
demones de corporibus expulsi,
mortui suscitati, infirmi curati,
et breviter omnis creatura clamat,
et cognovit regem advenisse,
immo et pater de celis, et ipsi sancti
per ipsum venientes, testati sunt

haberet et infinita alia gloriam ubi atte-
stancia, loquitur breviter tamquam precedens
dicit: Et vidimus gloriam eius gloriam
quasi unigeniti a patre, id est talem gloriam
decet unigenitum dei patris. De
hac eius gloria 2 pe primo accepit
a deo patre gloriam et honorem,
voce delapsa ad eum de celo. Hic
est filius meus dilectus in quo tibi
Circa quod nota quod singularitas
glorie ... attenditur quantum ad iiii or:
primo quantum ad patris testimonium
quod filio reddidit, quia Job fuit
unus de tribus qui viderunt christum
transfiguratum in monte thabor et
audierunt vocem patris dicentis:
Hic est filius meus dilectus, Mt
17 Mt 9 et Luc 9. Et de ista gloria
dicit 2 pe primo accepit a deo pa-
tre gloriam et honorem. Secundo quantum ad
angelorum ministerium, nam in incarna-
cione christi fuerunt homines angelis
subiecti, postmodum vero christo subiecti in-
carnacione. Mt 4 et ecce accesserunt
angeli et ministrabant ei. Tercio quantum
ad nature obsequium. Tota enim na-
tura christo obediens ei obsequebatur ad
nutum, utpote ab ipso instituta, quoniam
omnia per ipsum facta sunt, quod quidem
nec angelis nec alicui alii nature
concessum est nisi soli verbo incarnato.
Et hic est quod dicitur Mathei 8
qualis est hic quia venti et mare
obediunt ei. Quarto quantum ad
docendi seu operandi modum, Moyses
enim et alii prophete non propria auctoritate
precepta dabant et homines instruebant,
sed dei. Unde dicebant: hec dicit dominus,
et locutus est dominus ad moysen
etc. Christus vero loquitur tamquam dominus
et potestatem habens, id est propria auctoritate. Unde
dicebat Mt 5: Ego dico vobis.
Et nunquam legitur ... quod in
fine sermonis eius in monte dicitur
quod erat docens quasi potestatem habens,
non sicut scribe et pharisei. Mt 7.
Dicit ergo: plenus est gloria unigeniti. Nondum
esset quod nisi quod dicit unigeniti,
ostendit eandem et equalem esse gloriam
unigeniti et patris. Naturale enim est ut pater
quicquid ... gloriosum est, et sic unum

Johannes

43

illud est totum sibi tribuit. Et quia
verbum est filius unicus patris, non
gloria eius est quasi unigeniti a patre,
cui totum dat, quod est patris,
unde dicit Iohannis xvii. omnia que tua sunt
pater mea sunt. Non enim quod in
divinis non est nisi unus filius.
Neque enim alium filium pater generat,
neque alium ipse filius generat, nec
spiritus sanctus. Pater autem alium generare
non potest quia genitum in divinis
est ut sit de tota substantia et tota
natura et toto intelligere patris. Ali-
oquin ipsum non esset verbum perfectum.
Sed quod est ex alio toto non
est plurificabile. Verbum ergo unum tantum
a patre. Item nec filius nec spiritus sanctus
potest aliud generare, quia filius et
spiritus sanctus eandem naturam et virtu-
tem quam habet pater habent et ipsi.
ipse Sed [illegible] eius in patre intelligitur
existere in actu generationis totalem,
scilicet ad generare. Ad quem se pater ex-
tendit. Item deus intelligendo
seipsum omnia alia intelligit. Se
ipsum autem uno et simplici intuitu
intelligit. Cum suum intelligere sit
suum esse. Necesse est ergo verbum dei esse
unicum tantum. Cum autem in divinis nihil
aliud sit filii generatio quam
verbi conceptio, constat quod una sola
sit conceptio filii in divinis, et unicus
solus filius a patre genitus.
Ideo dicitur hic, vidimus eum quasi
unigenitum a patre. Et Iohannis primo
unigenitus qui est in sinu patris
ipse nobis enarravit. Et dicendum
videtur quod licet aliud verbum et persona
filii sit alius filius, quia deus
non solum se intelligit, et verbum est deus,
igitur verbum se intelligit. Quia sicut
deo, in eo quod se intelligit, attribuitur
verbum, sic etiam verbo, in eo quod se intelligit,
attribuitur aliud verbum. Et sic erit
ibi verbum verbi. Respondeo dicendum est quod verbum
rd est deus, et dictum est quod non est
alius deus a deo, tamen est verbum,
sed unus tamen numero. Hoc solo a deo
distinctum quod est a deo ut verbum
procedens. Sicut autem verbum non est
alius, ita nec est aliquid intellectum,

et per consequens nec aliud intelligere. Unde
nec aliud verbum. Non enim sequitur quod
sit verbum principii, sed quod verbum seipsum
intelligit. Nam in hoc solo verbum
distinguitur a dicente quod est ab ipso.
Omnia ergo alia que sunt attribuenda
sunt dicenti, ideo qui est pater,
et verbo quod est filius. Propter hoc quod
etiam et verbum est deus. Sed hec per-
tinent ad deum, sicut verbum attribuendum est
patri. Et hoc quod est esse a deo
dicente attribuendum est proprie filio.
Dicitur ergo filius non dicitur impotens,
quia non potest generare alium filium
cum tamen pater generat filium. Nam eadem
est potentia patris qua generat filium
et qua filius generatur. Sic eadem
est potentia patris ad intellectum
qua pater concipit verbum et qua verbum
concipitur. Nulla ergo potentia habet
pater quam non habet filius. Sed
pater habet ad generare potentiam generationis,
filius autem ad generari. Que sola relatione
differunt. Et quia dicit apostolus filium dei
verbum habere, ex quo consequi videtur
quod filii sit filius. Et verbum verbi. Dicit
enim ad Hebreos primo. Diebus istis
locutus est nobis in filio. Et post
cum sit splendor glorie et figura
substantie eius portansque omnia verbo virtutis
sue. Hic intellectum sumere oportet,
nam conceptio sapientie, que est verbum
sapientie, sibi nomen vendicat vel
aut precedentibus apparet quod ex hoc
effectus ex conceptione sapientie proveniens
sapientia dici potest per modum quo effectus
assumit sibi nomen cause. Dicitur enim sapientia
aliqua esse non solum id quod sapiens
excogitat, sed etiam id quod sapiens
facit. Ex quo contingit ut etiam
explicatio divine sapientie per opus
in rebus creatis divina sapientia
dicatur secundum illud Ecclesiastici primo: Ipse creavit
eam spiritu sancto. Et post
dicitur: Et effudit illam super omnia
opera sua. Dicitur igitur et id quod ex
verbo efficitur verbi nomen accipit, nam
et in nobis expressio interioris verbi
per vocem dicitur verbum quasi sit verbi
verbum, quia est interioris verbi ostensivum.

Sic igitur non solum conceptio divini in
tellectus dicitur verbum quod est filius
sed etiam explicatio divini conceptus.
per opera extrinseca nominatur verbum verbi
et sic est intelligi quod filius portat
omnia verbo virtutis sue sicut et illud
quod in psalmo legitur Genitus grando
nix glacies spiritus procellarum que
faciunt verbum eius. quia scilicet per virtutes
creaturarum explentur effectus divine
conceptionis in rebus. Notandum
insuper quod aliquando divinus in scriptura
Christum unigenitum sicut hic et in I
canonica, aliquando primogenitum sicut
Hebr. primo Et cum introducit primo
genitum in orbem terre etc. Et quod ideo
est quia sicut secundum veritatem proprium
est esse deum, ita vero dei proprium
est quod sit deus genitus. Et quia
quamvis nominatur deus, secundum quod est in se
et sic ipse solus singulariter est deus
per essentiam suam unum hic non dicitur
quod est tamen unus deus. Exo. 20
et Deutronomio vi. Audi Israel
dominus deus tuus unus est. Attamen
vero nomen deitatis derivamus
est ad illos, secundum quod aliqua similitudo
divinitatis accipiunt dicuntur et
divinitatis multos deos secundum illud
I Corinthiorum 8 Siquidem dii multi et
domini multi. Eodem ergo modo si
consideremus proprietatem filii qua ge
nitus est, et quantum ad modum quo
sibi ista filiatio attribuitur, scilicet per
naturam divinam ipsum unigenitum
dei, quia tamen sit naturaliter genitus
a patre, tamen unus est genitus dei.
Si vero consideremus ipsum filium secundum quod
per similitudinem ab ipso filiatio dicitur
ad alios, sic sunt multi filii dei
per participationem. Et quia per eius
similitudinem dicuntur filii dei, ideo
ipse dicitur primogenitus omnium. Ad Romanos
viii°/ Quos prescivit conformes
fieri ymaginis filii eius ut
sit ipse primogenitus in multis
fratribus. Sic ergo Christus dicitur unigenitus genitus
genitus dei per naturam, primogenitus
vero inquantum ab eius filiatione naturali
per quandam similitudinem et participationem

filiatio ad multos derivatur. Quarum
nos filii dei sumus, sed non taliter
sicut filius ipse; enim filius est na
turalitate, nos creatione; veritate:
nos nuncupatione, origine nos
adoptione. Patet igitur ex dictis
quod ista littera, puta gloriam quasi
unigeniti a patre potest intelligi
per paternali attestatione qua dictum
fuit Hic est filius meus dilectus
etc. Alio modo per singulari operum mi
raculorum. Quia talia non fuerunt esse
opera hominis, sed tamen unigeniti
filii dei. Licet enim alii sancti
fuerint operati quedam miracula maiora
quam Christus, sicut patet de umbra
petri qua sanabat infirmos Actuum
v(to). tamen non faciebat ea virtute
propria sicut Christus. Unde de primo mi
raculo facto coram discipulis dicitur
infra 2o quod manifestavit gloriam
eius. Tertio potest intelligi per fami
liari cuiusdam revelatione qua
gloriam petiit moyses videre
dicens ostende michi gloriam tuam. Cui
dictum fuit posteriora mea videbis
in umbram et figuras, sed cuiusdam
revelatio apostoli dicit gloriam videre
II Corinthiorum 3o nos revelata facie
gloriam domini speculantes. Quarto
per naturali filiatione, quia gloria aliorum
puta moysi vel helie fuit gloria
servorum vel filiorum adoptivorum. Gloria
vero incarnati fuit quasi gloria
unigeniti a patre filii naturalis. Unde
Crisostomus. Multi prophetarum glorificati
sunt puta moyses heliseus et
alii quamvis miracula ostenderunt
et angeli hominibus apparentes et ea
que est proprie nature lucem incorrupta
tem manifestantes et cherubim et se
raphim cum multa gloria
visa sunt a prophetis. Ab hiis omnibus
nos abducens euvangelista et super
omnem naturam et conservorum nostrorum
claritatem erigens mentem ad
ipsum nos honorem perduxit dicens
gloriam quasi unigeniti a patre. Quasi diceret
non ut prophete vel alicuius hominis vel ali

aut archangeli aut alicui superiori
virtuti est gloria quam vidimus
sed quasi ipsius creatoris ipsius
regis ipsius naturalis filii unigeniti
Quarto potest intelligi pro spirituali in
tellectione verbi emanantis a pre
mia eadem divine maiestatis gloria
existentis que beato Iohanni collata
fuit ut 1 Ioh. 1. Quod fuit ab
initio quod audivimus et vidimus
oculis nostris de verbo vite annun
ciamus vobis. Sexto potest intelligi pro
corporali resurrectione unde Luc. 24.
Nonne sic oportuit Christum pati
et ita intrare in gloriam suam. et
hanc gloriam cum honore videtur apostolus
unde dicit in psalmo Quid est homo
quod memor es eius aut filius hominis
quoniam visitas eum. minuisti eum
paulominus ab angelis gloria et
honore coronasti eum et cetera. Glosa
ad Hebreos 2o. Quid est homo
scilicet quam magnum quid et dignum
quod memor eius est. faciendo eidem
in munere a peccato aut et filius
hominis scilicet idem ipse Christus qui
est homo de homine sicut deus de deo
quid est scilicet qua excellentissimum quod
propter hoc quoniam visitas eum in spiritu sancto
minuisti eum ab angelis quia
mortalis et passibilis sed paulominus
quia et non passibilis tamen imparabat
angelis. et quia sine peccato erat
sed propter adplenitudinem superhabundantis
coronasti eum id est tu dedisti in
diis gloria scilicet in resurrectione
et ascensione. et honore. in con
sessu patris vel gloria id est claritate
in mortalitate. et honore quod sibi
flectitur omne genu. Dicendum
quoque quod multiplex est gloria scilicet
secularis. temporalis. spiritualis et
eternalis. Gloria secularis est vana
et inutilis. modica et instabilis
ignominiosa et flebilis. periculosa
et infidelis. scilicet in hiis excellentia
officiorum prudentia. denunciare opu
lentia. propria extollentia. Ieremie
9. dicit dominus non glorietur sapiens in
sapientia, nec fortis in fortitudine sua
nec dives in divitiis suis, sed
glorietur in hoc qui gloriatur, scire scilicet per viam
fidei cognicionem. et nosse me scilicet
per bona operationem. Gloria temporalis
est deo et hominibus odiosa et
detestabilis. quia est illorum qui
letantur cum male fecerint et exul
tant in rebus pessimis. quorum
vite perverse et infames gressus
eorum Proverbiorum 2o. de quibus dicitur
in psalmo Quid gloriaris in malicia
scilicet cordis qui potens es iniquitate
scilicet operis. tota die iniusticiam
cogitavit lingua tua et cetera. Et ne putent
tales gloriantes impune sine pena
subdit propterea deus destruet
te in finem scilicet dampnatione eterne
evellet te animam a corpore vio
lenter expellendo. et emigrabit
te de tabernaculo quod dilexisti penitus
irrevocabiliter inferendo. et radicem
tuam de terra viventium scilicet in infimum
detrudendo. Gloria vero spiritualis
consistit in magne purificacione. in
bone vite consummacione. et proximorum
edificatione. de qua in psalmo omnis
gloria filie regis id est anime grate deo
que est filia per dilectionem. ab intus
id est a bona consciencia 2 Cor. 1o. Gloria
nostra hec est testimonium consciencie nostre
quantum ad primum. in fimbriis au
reis quantum ad 2m. quia sicut
fimbria est finis vestis. ita
finis vite est ultimum hominis. et si
finis est aureus id est caritate de
coratus. tunc in hoc est gaudium
Ambrosius lauda post vitam. magni
fica post consummacionem. lauda navi
gantis felicitatem sed cum pervenit
ad portum. lauda ducis virtutem
sed cum perductus est ad triumphum
de 3o subdicitur circumamicta vari
etatibus scilicet virtutum et minorum. talis
gloria est gaudium in spiritu sancto
ad Roma. xiiiio. De quarta gloria
scilicet eternali dicitur 1 Petri vto deus
omnis gratie vocavit nos in eternam
gloriam modicum quos passos. Illa
aut gloria est tanta, quod de ea dicit
apostolus 1 Cor. 2o. quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit que preparavit deus hiis

temporal
spirituale
eternalis

qui diligunt illud. Gloria et divitie
in domo eius in presenti de qua
dicit Augustinus libro 2o de libero
arbitrio circa finem. Tanta est pulc-
tudo iustitie, tanta iocunditas
glorie et lucis eterne, ut etiam
si non liceret amplius in ea ma-
nere quam unius diei mora,
propter hanc innumerabiles annos huius
vite plenos deliciis et affluentia
bonorum temporalium recte merito que con- Spalm
tempnerentur. Non enim falso aut paruo
affectu dictum est: Melior est dies
una in atriis tuis super milia.
Et ideo in simone primo de sanctorum
gloria dicitur: Si quotidie oporteret
nos tormenta perferre, si ipsam
gehennam paruo tempore tollerare,
ut Christum videre possemus in
gloria venientem et sanctis eius numero
sociari, non erat dignum pati
omne quod triste est, ut tanti boni
tanteque glorie participes efficeremur.
Ideo tamen dicit apostolus ad Romanos viii:
non sunt condigne passiones huius temporis
ad futuram gloriam que revelabitur
in nobis. Primam gloriam Christus con-
tempsit suam satisfactionem, nam in hunc
mundum pauper venit secundum illud
Zacharie ix: ecce rex tuus pauper venit. Et
apostoli dixerunt Matthei xix: ecce nos
reliquimus omnia et secuti sumus
te. Propter quod Augustinus libro de
catheziziandis rudibus dicit
quod tota vita Christi est nostra doctrina.
Omnia bona terrena contempsit ipse
factus dominus Christus, ut contempnenda
monstraret. Et omnia mala terrena
sustinuit que sustinenda precipiebat,
ut neque in illis quereretur felicitas
neque in istis infelicitas timeretur.
Natus enim de matre que quamvis
a viro intacta permansit virgo con-
cipiens, virgo pariens, virgo moriens,
tamen fabro desponsata erat. Omnem
tipum carnalis nobilitatis extinxit. = volupte motiua
Natus est in civitate Bethlehem
que inter omnes iudee civitates ita
erat exigua, ut hodie villa
appellaretur. Noluit quoque de terrene
civitatis sublimitate gloriari.

pauper erat factus, cuius sunt omnia et per
quem creata sunt omnia, ne quisquam
cum in eum crederet de terrenis divi-
tiis auderet extolli. Noluit rex ab
hominibus fieri, quia viam humilitatis
ostendebat miseris, quos ab eo pe-
ccata separaverat, quamvis sempiternum
eius regnum universa creatura testetur.
Secundam gloriam scilicet criminalem Christus
habere non potuit, quia peccare non
potuit, cum sit unicus dei filius
et verus deus. Deus autem peccare
non potest, cum sit summum bonum et bonorum
gloria. Alios vitare docuit dicens:
vade et amplius noli peccare. Omnes
enim iusti talem gloriam debent
vitare, quia cum illi gloriantur non
possent iusti vel filii dei esse
secundum illud apostoli i Corinthiorum v: non est bona
gloriatio vestra. Modicum enim fermentum
i. consuetudo in peccato totam massam
corrumpit i. omnes contaminat, qui cum
possint arguere dissimulant, et per
participes sunt. Cum pacientur reum
Tertiam gloriam scilicet spiritualem Christus
habuit, vitam perfectissimam virtuosissimam
et castissimam ducendo. Dicit enim
de se ipso Iohannis xiiii: ego sum via scilicet
ducens per virtutem exempla, veritas
docens, et vita vivificans.
Quartam vero gloriam scilicet eternalem
habuit ab instanti sue conceptionis,
cum sancta anima fuit in beatifica visione
divine trinitatis. Non enim Christus
fuit tantum viator, sed etiam comp-
rehensor. Unde dicit Alexander quod anima
Christi duplicem habuit operationem:
unam secundum comparationem ad divinam
naturam, cum unitur, secundum quam
fruebatur et contemplabatur divinitatem;
aliam secundum comparationem quam habebat
ad corpus cui uniebatur. Secundum primam
comparationem erat in statu comprehen-
soris et beatitudinis; secundum secundam
comparationem erat in statu viatoris
et similiter ab initio conceptionis
unitur, quia virtutes in eo non
poterant esse ociose. Unde bene dicit
hic evangelista: vidimus gloriam
eius quasi unigeniti a patre.

.s. gloriosa complexionem dominus ubi
cernebat verus deus et verus
homo deitatis gunctus in ypostatica
unione. potuit enim hec bene
dicere qui viderat in visione beatam
dictam trinitatem clare. quod scilicet
filius generatur a patre et spiritus sanctus
procedit ab utroque unde naturaliter hinc
illud. tres sunt qui testimonium dant
in celo pater verbum et spiritus sanctus
et hii tres unum sunt. nisi quod hoc
in benedicta trinitate contemplatus
est. et ibi didicit et nobis pectoribus
revelavit. ut quod ipse
clare contemplatus erat. nos in
enigmate fidei videmus et ita
vincere ut ad illam gloriam tenderemus
in qua videbimus eum
sicuti est scilicet facie ad faciem etc.

Fuit ibi plenum gratia et veritate
ostensa glorie christi singularitate
consequenter in ista .i. determinat ipsam
gloriam unigeniti a deo. talis est enim
scilicet unigeniti gloria quod est plenus gratia
et veritate. et possunt hec verba de
christo explicari expositione primo secundum
unionem. secundo secundum eius ante se positionem
tertio secundum capitis dignitatem. secundum
unionem quidem qui ab hoc dat
aliquam gratiam ut per eam deo coniungatur
ille ergo est plenus gratia
et veritate qui perfectissime deo
coniungitur. et alii quidam coniungitur
deo per participationem naturalis similitudinis
sicut omnes homines. Genesis primo
faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem
nostram. alii per fidem. iuxta
illud apostoli ad Ephesios .iii. per fidem
habitare in cordibus vestris. alii
per caritatem. quia qui manet in
caritate in deo manet et deus
in eo. prima Iohannis .iiii. Sed omnes isti
modi sunt particulares. quia neque per
participationem naturalis similitudinis
aliquis perfecte deo coniungitur. neque
per fidem videtur deus sicuti est.
neque per caritatem amatur quantum
amabilis est. cum infinitus amet
finite a racionali creatura. et non
est plena coniunctio per cognitionem
et amorem. Sed in christo est plena

coniunctio. secundum quod humana natura assumitur
a deo. ut homo sit ipse deus per
unitatem persone. per reale unionem.
Augustinus .xiii.o de trinitate c. 18. Cum
lego verbum caro factum est et habitavit in
nobis. in verbo intelligo verum dei filium.
in carne cognosco verum hominis filium.
et utrumque simul in unam personam dei
et hominis. ineffabili gratie largitate
coniunctum. ideo dicitur plenus gratie.
in rebus enim per spiritualibus. tanta
summa gratia est. quod homo in
unitate persone. coniunctus est deo.
Et ideo. fuit ergo plenus gratia. in
quantum non accepit a deo aliquod
donum gratuitum speciale. sed quod esset
ipse deus. Philippensium .2o. propter quod et
deus scilicet pater dedit illi scilicet christo
nomen quod est super omne nomen
.i. honorificentiam. secundum quod vocatur
deus. Et ad Romanos primo. qui scilicet christus
predestinatus est filius dei in virtute.
scilicet ut qui filius erat secundum carnem
filius David. esset in virtute filius
dei. christus ergo secundum quod homo. est predestinatus
.i. sola gratia preelectus. ad
hoc. ut ipse homo sit filius dei.
non utique adoptivus. ut nos sumus.
sed in virtute .i. in eadem potentia
cum patre. non per gratiam adoptionis.
sed per unionem verbi. et per gratiam.
qua ea humana natura unita
est verbo. fuit ergo plenus veritate.
quia natura humana in christo per unionem
venit ad ipsam veritatem divinam.
scilicet quod ipse homo esset ipsa veritas
divina. non per participationem. secundum quod ipsa veritas
prima per multas similitudines relucet
in mentibus nostris. Sed christus
est ipsa veritas. unde dicitur ad Colossenses
2o. quod in ipso sunt omnes thesauri
sapientie et scientie absconditi. nam omnis
racio scientie totius creature principaliter
vel eterne in eo est. qui est caput
et auctor omnium celestium et terrestrium.
ut qui hunc novit. nihil querat
ultra. nec sapientiam nec veritatem.
quia agnovit eum in quo perfecta
virtus est. perfecta et sapientia. que nusquam
alibi quiritur. hic perfecte invenitur.

nam quid sapiencius salom / quid
prudencius daniele / quibus ideo
deus preclaram sapienciam dedit / ut in
eis ostenderet infidelibus se actore
esse tocius sapie / quod infideles
non putant / quia non legunt in sacra
scriptura geometriam astrologiam
et alia que quis in ea desperata sunt a
multis / quia non ad salutem pertinet /
sed magis mittunt in errorem et a
deo avocant / ut dicit hugo sup. dict.
disputacionum et dominacionum / utram
aie pie non agant / tamen vero xpm non
nit / thesaurus sapie et scie invenit /
quia ipse novit quod utile est / glo
collossen 2º / Secundum vero perfectionem aie /
dicitur plenum gratia et veritate /
in quantum aia xpi fuit plena gra /
quia omnia dona spus scti recepit
absque mensura / infra iiiº / non
enim ad mensuram dabitur est ei spus /
Et secundum ap dicit augustinus / sicut in singulis
membris corporis / est una sensus
quibus / ita omnes gratie super habun
dant / sunt in capite xpo / nam et
enim scis est unum constitutio domini
gre / omnibus scilicet caritatis / alia vero
maliis specialibus spealia / quod dispos
gratie sunt 1 corinth xiiº / xpus autem
habuit omnem gratiam spus sancti /
ysaie xi / egredietur virga de ra
dice yesse / et flos de radice eius
ascendet / et requiescet super eum
spus domini / spus sapie et intellectus /
et v. spus scti manebit in eo
manssionem perpetuam / et ideo / sicut sacre
imprimes septenarium / minor quod
in intellectu / et tua in voluntate
impressionem imprimeri / veritate autem
plenus fuit / quia eius aia per ipsa
omnem veritatem cognovit / quod scien
ciam habuit et omnium / peccata dixit /
cum dicis tu scis omnia / infra ultimo /
Et in ps dicit veritas mea / ego
omnis veritatis / et una mea idest
plenitudo gratie cum ipso / Secundum vero
capitis dignitate exponit magister
xpus est caput ecclie / in alios tam
quam in sua membra motum et sensum
et gratiam infundens / quam quidem
gratiam fudit in nos faciendo et
docendo secundum illud actuum primo /
cepit ihesus facere et docere / dicitur ergo

plenus gratia / quia fecit graciam
iustificando / nam lex vetus infor
mabatur / nec iustificare poterat /
xpus vero iustificavit / Roma iiiiº /
quod impossibile erat legi et infra
eodem gratia et veritas per ihesum xpm
facta est / dicitur et plenus gratia /
quia nobis ipsam effudit graciosis
viis docendo / ps diffusa est
gratia in labiis tuis / et plenus
~~per ihesum xpm~~ veritate quia non
docebat in figuris et enigmate
sed aperte et in veritate / infra xvi
ecce nunc palam loqueris et pro
verbium nullum dicis / fecit et veritatem
in quantum figuras veteris legis et
promissiones patribus factas implevit /
Roma xvº dico ihesum xpm mi
nistrum fuisse circumcisionis / id est applicuit
et predicatorem iudeorum ad quos
corporaliter venit / et hoc propter veri
tatem dei scilicet ad confirmandas pro
missiones patrum / id est ut se veratem
ostenderet in promissis / et complet
promissa patribus iudeorum / et 2
corinth primo / quotquot promissiones
dei sunt / in illo est scilicet impleta /
fuit igitur in xpo gratie et veritatis
plenitudo / Gratie quidem secundum
sanctum thomam in 3a parte pme / quod
plene dicitur haberi / quod totaliter habet
et perfecte / totalitas autem et perfectio
potest attendi dupliciter / uno quantum
ad quantitatem eius intensivam / puta si
dicam aliquem plene habere albe
dinem / si habeat eam quantumcumque
nata est haberi / Alio secundum vir
tutem / puta si dicatur aliquis plene vi
tam habere / quia habet eam secundum
omnes effectus vel opera vite / et sic
homo habet plene vitam / non
autem brutum animal vel planta / utroque
modo xpus habuit gratie pleni
tudinem / primo quidem / quia habuit
eam in summo et perfectissimo modo /
quo potest haberi / Et hoc quidem
apparet primo ex propinquitate aie xpi
ad causam gratie / nam quanto aliquid
receptivum propinquius est cause influenti
habundancius recipit / Et ideo aia
xpi que propinquius coniungitur deo inter
omnes creaturas rationales copiosius

maxima influentia gratie eius ideo ex separatione eius ad effectum. Sic enim recipiebat anima christi gratiam ut ex ea quodammodo transfunderetur in alios, et ideo oportuit quod haberet gratiam maximam. Sic igitur ignis qui est causa caloris in omnibus calidis est maxime calidus. Similiter etiam quantum ad virtutem gratie, plene gratiam habuit, quia habuit eam ad omnes operationes vel effectus gratie, et hoc ideo, quia conferebatur ei gratia tanquam cuidam universali principio in genere habentium gratiam. Virtus autem primi principii alicuius generis universaliter se extendit ad omnes effectus illius generis, sicut sol, qui est universalis causa generationis, ut dicit Dionysius 4° de divinis nominibus, eius virtus extendit se ad omnia, que sub generatione cadunt, et sic secunda plenitudo gratie attenditur in christo inquantum se extendit virtus eius gratie ad omnes gratie effectus, qui sunt virtutes et dona et alia huiusmodi. Et hec plenitudo gratie est propria christo si attenditur ex parte ipsius gratie. Sed ex parte subiecti habentis gratiam, non est propria christo, quia tunc illo modo dicitur esse gratie plenitudo, cum aliquis habet plene gratiam secundum propriam conditionem, sive secundum intensionem, sicut in eo est intensa gratia usque ad terminum ei prefixum a deo, secundum illud Ephesios iiii° Unicuique nostrum donata est gratia secundum mensuram donationis christi. Sive etiam secundum virtutem, inquantum scilicet habet facultatem gratie ad omnia, que pertinent ad suum statum sive officium, sicut apostolus dicebat Ephesios 3° Michi omnium sanctorum minimo data est gratia hec illuminare omnes que sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo. Et talis gratie plenitudo non est propria christo, sed communicatur aliis per christum, sicut dicitur virgini Luce primo, et stephano Actuum sexto. Et ideo quibusdam videtur quod melius dicatur plenus gratie et veritatis, quia ablativus sonat in diminutionem et defectum, unde dictus est ab auferendo, genitivus vero sonat in plenitudinem et perfectionem, unde dictus est a gignendo. Propter quod tamen dicitur dolium plenum vino, sicut quod capacitas dolii est repleta vino. Cum autem dicitur plenum vini, sicut quod totum vinum quod habetur sit in isto dolio. Sic dicit in proposito, nam de illis de quibus legitur quod sunt plene gratia, scitur quod capacitas eorum ultra quam mensura eorum fuit gratia repleta, non tamen omnem gratiam habebant. Sed de solo verbo incarnato legitur quod erat plenum gratie, quia quicquid est gratie, totum est in verbo incarnato, sicut in fonte. De cuius plenitudine omnes et singuli hauriunt, secundum suam capacitatem. Stephanus ergo fuit plenus gratia plenitudine sufficientie, quia non solum meruit auream et premium substantiale, sed etiam aureolam. Beata virgo maria plenitudine prerogative, quia excellit super omnem puram creaturam. Propter hoc enim, quod est mater dei, facta est ei excellentior prerogativa gratie, quam non potest pura creatura comparari secundum Anselmum. Christus vero fuit plenus gratie plenitudine in alios redundante, quia est caput non solum hominum, sed et angelorum.

De gratia vero unionis. Quantum ad tertium dicitur, quod est in christo ponenda, quia non est possibile ipsi creature humane per donum conditionis nature, quod elevetur et disponatur ad divinam unionem. Et ideo necessaria est ei gratia que elevet et disponat ipsam ad unionem divinam. Hanc ergo gratiam dicunt gratiam unionis. Sed an talis gratia sit creata vel increata, respondet doctor quod gratia unionis est duplex, scilicet disponens et complens. Disponens est gratia creata, complens vero et perficiens est gratia increata, scilicet ipse spiritus sanctus, qui non solum per appropriationem est donum, sed etiam per suam proprietatem est amor a patre et filio procedens. Et quia amor est per proprietatem, ideo est donum per proprietatem, quia illud quod primo datur alicui est amor. Unde amor est ratio doni, et est illud quod primo datur dona

Stee…

duplex gratia unionis

quia si ex aliqua alia ca detur
aliquid quam ex pura liberalitate
et amore non est donu p̄pe ut
si detur aliquid ex timore non
est donu sed redemptio Similiter
si detur ex impulsione non est donu
sed q̄stus Donu ergo p̄pe respi
cit liberalitatem et amorem dantis
Quia ergo spiritus sanctus est amor
ideo est donu et quia est donu
ergo p̄pe est gracia increata Gra
vero creata est ipsa dispositio q
relinquitur ab increata q̄ dispo
sitio non est aliud quam deiformitas
uel diuina assimilatio Gra vero increata
est spiritus sanctus ultimo complens
et perficiens istam unionem sed gra
creata est disponens ad istam
unionem ex parte humanitatis dicitur
autem hec unio gratia inquantum
facta est diuina liberalitate et nullis
meritis precedentibus secundum
Aug in Enchiridion Et causa propter
quam oportet ponere illud duplex medium
in unione est hec quia maxime
distant substantia increata et creata
sicut diuinitas et humanitas propter hoc
sicut quod fiant in unione necesse est
quod veniat medium duplici ratione
Medium autem est gracia unionis que
interuenit ad illam unionem Cum ergo
sit ex una parte substantia creata
scilicet humanitas et ex alia parte
sit substantia increata scilicet diuinitas
oportet quod gratia unionis illa
sit gratia creata et gratia increata
Sed non potest esse una gratia creata
et increata ergo oportet quod sit duplex
Oportet ergo esse duplex medium in ista
unione gratia increatam ex parte
diuinitatis et gratia creata ex parte
humanitatis Racio autem propter quam
magis hec attribuitur spiritui sancto quod sit
gracia increata unionis quam alii
persone que est secundum illud quod
propinquius est nobis ex parte diuinitatis
secundum id dicitur esse unio diuinitatis
ad humanitatem que est natura nostra
quia que uniuntur maxime uniuntur
in eo in quo appropinquant propinquius
enim duo que se comparantur uel quoniam
sunt enim quod diuinitas comparatur

congregantur sicut calidum dicitur accedere
uel appropinquare non aliter propter hoc Aug
libro de spiritu et anima ponit hunc mo
dum fieri unionem anime cum corpore quod anima
secundum id secundum quod magis appropinquat
cum corpore unitur corpori Hoc autem est
infimum ipsius anime Sed id quod est in
fima ipsius anime maxime accedit
ad naturam corporis Similiter corporis secundum
id quod magis appropinquat anime unitur
cum ipsa anima Et autem est supremum
corporis enim secundum supremum suum quod
est spiritus magis appropinquat ad
naturam anime quia id supremum est
subtilissimum ideo est medium ex
parte corporis ad uniendum corpus
cum anima Similiter in ista parte possumus
per aliqua similitudine dicere quod
secundum illud secundum quod magis accedit
diuinitas ad humanam naturam secundum
illud ex parte diuinitatis dicitur esse unio
diuinitatis in humana natura in christo Il
lud autem secundum quod magis accedit di
uinitas ad humana natura est spiritus
sanctus Sicut dicit Aug in libro de
spiritu et anima dicens quod persona diuinitatis
est nobis eminentior quam est spiritus
sanctus propter hoc propinquum est nobis quando
totius trinitatis Et racio quia spiritus
sanctus est amor Illud enim per quod
se congregat trinitas amor est Amor
autem essencialiter et personaliter in ipsa trinitate
est spiritus sanctus et ideo propinquum nobis
est quando diuinitatis quod est quando diui
nitatis persona fuit in unione ipsius
ad humanitatem in christo in unitate
persone Et ideo potest spiritus sanctus dici
medium istius unionis ex parte
diuinitatis quam alia persona dicit enim
dominus Hugo de sancto victore quod amor est iunctus
unitiua Hic ergo dicitur unire diuinitas
humanitati magis dicitur ei attribui
quod sit racio uel medium huius unionis
quam alii quia amor est spiritus sanctus
per potentiam Ille spiritus sanctus est nexus
et unitiuus et quando patris et filii
ut dicit Aug et hic ex eo quod est
amor Hic ergo spiritui sancto conuenit
esse unionem diuinae per se in humana natura

et est omnium virtutis corone ita
conveniat ei ut sit unio nature,
in una persona filii. Dabatur in
christo intelligere gratia creata unionis
in christo in tanta perfectione et quantitate
et excellentia ut non solum disponat
ad cognitionem et amorem dei tantum
et bene qualis competit homini
deo sed ultra ad unitatem personalem
cum deo ita disponendo ut quitus
conveniat filio dei personam quam iuvat
filio hoc per gratiam sicut dicit augustinus
et sic gratia unionis creata est
perfectissima applicatio creature rationalis
ad deum que possit esse aut
intelligi. gratia vero unionis increata
est spiritus sanctus. Sic ergo videtur eius
plenitudo gratie secundum unionis quam habet
ad dominantem. De gratia vero christi in
capitis dicitur enim secundum alexandrum
quod in christo secundum quod homo est ponitur
gratiam secundum quod est caput ecclesie
ut dicit apostolus ephesios primo quod ipsum dedit
super patrem caput super omnem ecclesiam
que est corpus eius. Et augustinus ad
dardanum in christo habitat omnis
plenitudo gratie sicut in capite
in quo sunt omnes sensus, ergo ipse
est caput ex gratia dei. Et dicit
hugo de sancto victore libro de
sacramentis sicut spiritus hominis mediante
capite descendit ad membra
vivificando sic spiritus sanctus
per christum venit ad christianos. cuius
plenitudo quidem est in capite
participatio vero in membris. Ad quod
intelligendum notandum quod influentia
gratie est a deo, per medium et per membrum.
Sed medio christus secundum quod deus
in mente est dator gratie auctoritative et
in preparatione efficienter. unde
dicitur ysaie 43. Ego sum ipse
qui deleo iniquitates propter me.
Per medium christus secundum quod homo multis
modis. Est enim medium per modum
fidei, per modum meriti, per modum desiderii
pure orationis, et per modum dispositionis.
Per modum fidei, sicut ipse credebatur
in fide. Fides enim que est de christo

pure de deo homine disponit in
mente aliam ad gratiam. Unde in
perfecte sunt per illam fidem aliquem
esse gratum deo. unde propter hoc
dixit pater math 20. Hic est filius
meus dilectus in quo michi complacui.
Glosa. per ipsum alii michi placent.
augustinus. Sine fide mediatoris
in qua aliquis placuit deo.
Secundo per modum meriti, quia per passionem
sua meruit a patre, ut daret
gratiam omnibus credentibus in ipsum
et amantibus ipsum desiderantibus orat
gratiam secundum quod dicitur ysaie ultimo
iniquitates eorum ipse portavit. Tertio
dispensativa ei plurimos. Secundo per modum
desiderii pure orationis, quia omnibus
credentibus et desiderantibus orat
gratiam et desiderat, secundum quod legitur
ad Romanos primo. Qui sedet ad
dexteram patris qui etiam interpellat
pro nobis. Et johannis 20. advocatum
habemus apud patrem ihesum christum iustum,
et ipse est propitiatio pro peccatis nostris.
Propter enim est medium sicut advocatus
orans pro nobis ut nobis det
gratiam. Quarto per modum dispositionis
quantum ad naturam, quia tota natura
humana ante incarnationem erat indigna
odio et reprobatione propter peccatum ori-
ginale. Sed cum humana natura fuit
assumpta a filio dei in unitate
persone, disponebatur omnes peccatores
natura ad gratiam disponendum quantum ad
sui dignitatem. sicut ergo per unum homi-
nem fuit lapsa, ita per unum hominem deum
christum per unionem cum divinitate
fuit disposita ad iustificationem. Unde
dicitur ad Romanos 5. sicut per unius
delictum in omnes homines in condem-
pnationem mortis, sic per unius iustitiam
in omnes homines in iustificationem vite,
quia decens esset filio sicut natura
humana sic ipsa tota per dei. Ergo
dicendum nullius est dare gratiam, nisi
solius dei. Christus ergo in quantum homo
est creata non potest esse medium
influentie gratie. Videtur quod nullius
creature est dare gratiam. Primo auctoritate

qua est est filius dei / Solus n(on)
deus format gratia et reduat
deiformitatem et plenitudinem et h(ec)
formacio est gratificacio / Et duare
gratia per modum impetracionis
et unionis. Tertius modus prout esse creata
fuit, et sic est ipsum illud christi in
quo homo / Ultra autem istas gratias
unionis / est secundum quam est ca-
put / in christo sunt gratie singularis
sublimitatis / secundum quam sunt quidam
talis status / ita ut in te sibi de ceto
de gratia / quam posset alius ab homine
secundum illud ysaie xi / Requiescet
super eum spiritus sapientie etc. / Licet in
variam istas gratias in christo ponere,
in gratiam sunt multiplicatam, quam
sunt ad diversa / Dico tamen, quod est una
gratia in christo / secundum essentiam,
non tamen est una, quo ad eandem actum
ut operationem / quia aliquis actus est
unire humanitatem divinitati / ~~actus~~
aliquis actus est influere gratiam
et esse exemplar ad omnes alias animas
per ipsum solum / Alius sua anima poterat
cogitare de summa bonitate et eam
amare / et hic est actus aliquis
perfectivus / Deinde primum attendit in
christo gratia unionis / creatam ad
tertiam, gratia secundum quam est caput
ecclesie / id medium influere gratie
in animabus nostris / creatam ad tertiam
gratia singularis sublimitatis / Est ita in isto
actus non superfluat / sed verus
fuit sunt in ipso / non est ponere
variam istas gratias in christo / ergo
vidimus eum plenum gratia / vi-
dimus eum plenum veritate / quia
christus est veritas / umbra ex-
cludens figuralem / promissionem
implens eternalem / doctrina
docens salutarem / et iustitiam
exequens ~~[illegible]~~ individualem /
Est ergo christus plenus veritate /
umbra excludens figuralem /
quia iam dei filius non in um-
bra figure legalis promittitur /
sed in veritate incarnata ostendit(ur)
pe Joh 20 / Dabo vobis ad vin-
(cul)um / scilicet in ipso / et in vobis scilicet fundata
in caritate et facti veritate /

quam tenebre scilicet legis et peccatore sup-
pleruit / et lucem veram iam lucet scilicet
christus qui est lux vera, que illuminat
omnem hominem venientem in hunc mundum /
Non enim christus iam in figuris pro-
mittitur / sed in veritate exhibetur / In
plura namque sacerdotes legales offe-
rebant / ut per plura designaret ipsius
plenitudinem gratie redemptoris /
quia quamvis esset una simplex
essentia / tamen multiplex futura erat
in virtute / Unde est, quod sic dicit
Isidorus super principium levitici /
christus offerebatur in vitulo propter
virtutem crucis / In agno propter inno-
centiam / In ariete propter principatum /
In hirco propter similitudinem carnis
peccati / Ro. viii / In turture et colum-
ba duarum substantiarum coniunctio / quia
deus et homo mediator dei et
hominum / i Thi. 2 / monstrabatur
In simila gie, propter aspersionem cre-
dentium / ut per aquam baptismi con- attul
flatam etiam, esse corpus christi osten-
debatur / In signum ergo liberacionis
future per christum promisse / illa fiunt
offertoria / que adveniente christo
qui iam non est figura / sed veritas, non
promissa, sed iam exhibita / omnia
illa figuralia cessaverunt et evacuata
sunt / Iam enim sacerdos nomine
non offert vitulum, nec agnum, nec
hircum / sed verum christum de virgine
natum / Ergo christus est plenus veritate
promissionem implens eternalem /
ad Cor. 2 / Quotquot promissiones
dei sunt in illo est / et in christo im-
plete sunt / promissiones autem dei fuerunt
de qua redemptione, iustificatione
et assumptione et glorificatione / Hec autem
omnia in ipso et per ipsum sunt impleta /
Iacobus ipse dicit / Ego sum via et veritas
et vita / nemo venit ad patrem
nisi per me / promiserat enim deus per
prophetas in scripturis sanctis de filio suo
ad Ro. i / Jeremie 31 / Ecce
dies veniunt, et consummabo testamentum
novum super israel, et super domum iuda /
Et item ysaie 44 feriam vobis-
cum

pactu sempiternu. Et gal. 3o. a
brahe dicte sunt promissiones et semi
ni eius .s. de gentibus fucturum. Credidit ad-
apicem. Benedictus multiplicacionem, et
vniuerse gentis benediccionem. Hec quatuor
promissa et que sunt ad literam de ali
quo temporali. tamen deus pater spiritualia
intelligebat impleta per xpm. Tercio
xpus est plenus. veritate doctrina
doctrinis salutare. Ideo dixit petrus.
ad eum. Domine ad quem ibimus. verba
vite habes. et nos credimus et cognouimus
quia tu es xpus filius dei. Iohannis
6. Ideo bene de eo dicitur. Math. xxij. Ma
gister scimus quia verax es. et viam dei
in veritate doces. Revera xpus est
magister artis. scilicet dei patris. omnipotentis
qui sua arte mundum istum ex nichilo
produxit. celos ex sua virtute for-
mauit. sydera fixit. orbem claritate
vestiuit. et electa distinxit. Prouer-
biorum. Cum preparabat celos aderam.
Hec pater hic magister creacionis.
attulit Aliud nobis attulit magisterium
veritatis. Prospiciens enim hic superna
artifex de celo super filios hominum.
vidit quod non erat intelligens. aut
aut requirens deum. omnes decli-
nauerunt a veritate. simul inutiles facti
sunt. non est qui faciat bonum usque
ad vnum. sed hic magister de celo descendit
ad errantes ut scolas aggregaret
humilium. deinde quia omnis magister est
professor veritatis. triplex in eo ve-
ritas concedatur. scilicet perfeccionis vite
doctrine et iusticie. Vnde dixit Iohannis
18. Ego in hoc natus sum. ut testimonium
perhibeam veritati. et Iohannis 8o. Si veritatem
dico vobis. quare non creditis
michi. Docuit ergo xpus veritatem
doctrine salutarem. scilicet peccata detesta-
nare deum. parce et amplius noli
peccare. precepta obseruare dicens.
Si vis ad vitam ingredi serua
mandata. aduersa tollerare. terrena
despicere. diuina cognoscere. thesau-
rizanda euadere. incepta bona
perficere et tandem gloriam consumare.
Iohannis. Hec est vita eterna ut cogno-
scant te verum deum et quem misisti ihesum

xpm. Quarto xpus est plenus
veritate iusticia exequens iudicialem
Ipse enim est qui constitutus est a
deo iudex viuorum et mortuorum
Actuum xo. Pater enim non iudicat quem-
quam. sed omne iudicium dedit filio
Iohannis vto. Iudicia ergo eius vera
iustificata in semetipsa. quia non sunt
ab alio eciam iusticie. sed ab ipso xo
iustificante. Vniuerse ergo vie domini
misericordia et veritas. misericordia dimittit peccata.
et veritas iudicat merita. Dicit ergo
nos hic preparemus ut in eius ad-
uentu simus participes future glorie
nobis promisse. Philip. 3o. Saluatorem
expectamus dominum nostrum ihesum xpm
qui reformabit et cetera. Et bene dicit
cristus plenum gracia et veritate. Du-
plicem enim defectum inuenit hic per
peccatum ade. scilicet culpam et ignoranciam.
et ideo venit xpus. quia verus ut me-
dicus. dux remedium secum attulit.
Contra defectum culpe. plenitudinem
gracie ad exhaurienda peccata. Contra
defectum ignorancie plenitudinem
veritatis. ad implenda promissa.
Eccli. 24. In me omnis gracia vite
et veritatis. Sic perficitur totus homo.
scilicet quantum ad affectum. in quo est gracia.
et quantum ad intellectum. in quo veritas.
Item plenitudo gracie rigorem legis
euacuat. plenitudo veritatis vmbram
legis excluditur. plenitudini enim
gracie duo opponuntur scilicet vanitas
gracie. et plenitudo malicie. ple-
nitudini autem veritatis alia duo oppo-
nuntur scilicet vanitas et falsitas. Ista ergo
quatuor. vno verbo excludit cristus
a xo. scilicet gracie vanitatem et malicie
plenitudinem. vanitatem et falsitatem.
cum dicit. plenum gracia et veritate. Sicut
quanuis racio vnitatem diuinitati et
Alonius tamen istud est quod est altissime
in Ihesue et continet profundissima
misteria. precipue vbi dicitur verbum caro
factum est. Cuius misterii modum
explicare. peritus et doctus satis apta se
fatetur indignum. non dubium quin ea
verba sunt maxime efficacia. de quibus

quatuor inferro intractas Medi-
tanea fuerit duo demoniaci a-
bo medici. quorum alter invidens
alteri quod ei plus dabat quam sibi
dixit cuidam sacerdoti. Si feceris
quod dico in ewangelium In principio
erat verbum legeris in aure socii
mei. me tamen non audiente. procerto
demon ab ipso fugabitur. Intelligens
sacerdos versutiam demonis alta
voce legit ewangelium illud. et cum
dixisset verbum caro factum est. statim
demones exierunt. et ambo liberati
sunt. Item narratur de quodam mulierum
cum sacerdote dixisse. quod esset quoddam
verbum ewangelium demonibus valde
tremendum. Illo interrogante quod
esset illud verbum. noluit dicere.
verum autem ille. cum proferret in me-
dium plures auctes. demon quidem ridet
ad singulas non esse illud. Demum
interrogatus an esset illud verbum
caro factum est. nichil respondit.
sed cum clamore disparuit. Item
cuidam abbati demon quidem apparuit in
forma pulchre mulieris. alliciens
eum ad quibusdam. cum essent soli in
quodam viridario. Cum malitiam
abbas adverteret. signat se dicens
verbum caro factum est et habitavit in nobis.
et mox demon cum magno stre-
pitu disparuit. Item legitur de
quodam monacho. qui cum audi-
ret legi ewangelium In principio erat
verbum. cum perventum esset ad verbum
caro factum est. et non genu flecteret
nec aliquam reverentiam exhiberet.
dyabolus dedit ei alapam dicens.
Si propter me verbum caro factum esset
numquam cessarem genu flectere.
cum audirem verbum caro factum est etc.

Johannes perhibet testimonium
de ipso. et clamat dicens. Hic
erat quem dixi vobis qui post me
venturus est ante me factus est.
quia prior me erat. et de ple-
nitudine eius omnes accepimus. et
gratiam pro gratia. quia lex per moy-
sen data est. gratia et veritas

per ihesum xpm facta est. Superius
posita est evidencia in incarnati-
onis quod apostolus innotuit visu ab ipso
notitiam accipientibus. Consequenter ewangelista
ponit eius evidenciam quod innotuit
apostolis et aliis auditu per testimonium
Johannis. Et circa hoc tria facit primo
namque testis introducitur. Secundo testi-
ficandi modus insinuatur. ibi et
clamat dicens. Tercio ipsum testi-
monium describitur. ibi Hic erat
quem dixi etc. Circa primo ad primum
sunt sic continuari ad precedentia.
dictum est supra. quod nos vidimus
gloriam eius. quasi unigeniti a patre
etc. Sed forte hoc apostolus non credit.
accedat aliquis testis. scilicet Johannes ba-
ptista qui testimonium perhibet de ipso
scilicet xpo. Cum quod testis est fidelis
verum et non mentitur. prout ibi. Testis
fidelis non mentitur. Justitia pro
nobis imposita ad vestra et testimonium
perhibuit veritati. Johannes ergo baptista
testimonium perhibet de ipso scilicet xpo
quod non solum nos qui sumus
eius discipuli perhibemus de xpo testimonium
sed et Johannes baptista. qui sanctificatus
fuit in utero matris. Luce primo
spiritu sancto replebitur etc. de quo et
xpus ait. Mathei xi inter natos mu-
lierum non surrexit maior Johanne
baptista. Hic ergo talis et tantus
testimonium perhibet. quod de presenti
constituit quod implet. proverbiorum
decimo. labia iusti erudiunt plu-
rimos. Et ita testimonium Johannis de xpo
fuit efficax et credibile. propter eius
mirabilem nativitatem. et propter excel-
lentis vite sanctitatem. propter famam
celebritatem. et propter magne certitudinem
unde Josephus xviii libro antiquitatum
talo xno. de Johannem baptista
Herodes occidit. virum valde bonum
qui precipiebat iudeis virtuti operam
dare. iustitiam colere. et per baptismum
in unum convenire. Deterlebiter quidem
fame. scribitur Actuum xo quod exibat ad
eum omnis Ierusalem. Declinare vero

pphic infra cos vidit . johannes ie
sum venientem ad se et ait
Ecce agnus dei Hic ergo dt p'hi
bet ad ondendum q eius testimonium
fuit continuatum qua no solum sel
sed pluries testificatus est de xpo
Johannes ergo scola virtutum magiste
rium vite sanctitatis forma morum
norma virginitatis speculum pudi
cicie titulus castitatis exemplum penitencie
via peccatoris venia fidei dyma
maior hominibus par angelis summa
legis evangelii sanctio vox
apostolorum silencium prophetarum lucerna
mundi preconus affiuow precursor
domini testis medius tocius trinita
tis ut ait petrus Ravenn in sermone
quodam Hic ergo talis et tantus
testimonium perhibet de xpo Et sequitur
quia verum est testimonium eius Et consequenter
ewangelista subdit testificandi mo
dum est modus clamoris seu exclama
cionis cum dt Et clamat s. iuxta
vaticinium ysaie xl° vox clamantis
in deserto Clamat inquam libere
absque timore ysaie xl° Exalta
in fortitudine voce tua noli ti
mere dic civitatibus iude Ecce
deus vester in fortitudine veniet et
ardent ex magno fervore quia
ut Eccli 48 surrexit quasi facula
ardebat ysaie 6 Seraphim . i . ar
dentes clamabat quia intensus ardor
exprimitur per manifestacionem clamo
ris publice et aperte non sub figuris
sicut lex ysaie 58 Clama ne
cesses quasi tuba exalta vocem
tuam Ubi primum q hic clamor
designat ewangelium propalacionem
quia enim lex dt obscure ewangelium
clamat aperte et manifeste Secundo
designat ewangelium divulgacionem
prius enim lex clausa fuerat in iu
dea nunc autem ewangelica sapiencia
clamitat in plateis Tercio desi
gnat certissima veritatis contestacionem
ait xpo Quod in aure auditis
super tecta predicate Quarto cla
mor in clamante designat inte
riorem fatigacionem propter laborem
clamantis et ante sitte sunt fauces

mee Quod autem testificatus sit cla
mando subiungit dicens Hic erat
quem dixi Ubi duo facit primo narrat
perfectam continuitatem sui testimonii
Secundo describit eum cui perhibet testi
monium ibi Qui post me venturus
est Primum ergo testimonium baptiste
continuum quia non semel sed multociens
Et etiam antequam xpus ad ipsum ve
niret ei johannes testimonium perhibuit
et ideo clamat dicens Hic erat quem
dixi . i . antequam viderem eum testi
monium ei perhibui luce primo Et tu
puer propheta altissimi vocaberis
et hoc ideo quia presente et subito
ostendit Est etiam eius testimonium continuum
quia non solum absente sed etiam
presentem indicavit unde dt Hic
erat quasi eum digito demonstrans
infra eodem Ecce agnus dei Ex quo
innuitur xpm affuisse in illo
loco ubi antequam baptisaret et
predicaret ipse cum adultus esset igitur
solitus erat ire ad johannem Cla
mat ergo johannes dicens s. ad eos qui
veniebant ad eum causa baptismatis
Hic s. qui qui post me venturus est
erat quem dixi . i . de quo locutus
sum vobis cum adhuc esset absens
et hic ideo dico cum est presens Johannes
enim ut dictum est sepe veniebat ad
johannem tanquam ad illum per quem
populo manifestari debuit et ab
eo baptisari Johannes autem testimonium
perhibuit de ipso quod esset maior
eo et quod esset filius dei tam in
absencia quam in presencia Et de
none fuit hec adulacio Videtur quod
non quia si tantum absenti perhibuisset
testimonium nunquam credidisset ipsum
fuisse quem johannes predicavit cum
esset alius plus continuum et ideo presenti
perhibuit testimonium quod absenti
perhibuerat Et eius testimonium fuit con
tinuatum clarum certum et verum quia cla
mans toto testificabatur de xpo
in absencia et postea in presencia Unde
notatur cum dt Hic erat quem dixi
s. ante et iam modo dico Vel sic si
militer Hic erat s. ab eterno quem
dixi s. vobis querentibus an ego

essem xpus / Et quod dixi, idem
dico. Debebat autem cum eum perhiberi
testimonium, dicens qui post me venturus
est etc. / ubi advertendum quod Iohannes
baptista sequitur morem boni magistri,
qui non statim occulta et profunda
dispensare traditur delibus, sed pau
latim ex manifestis rudibus procedit
ad profundiora doctrine. Sic Iohannes
baptista non statim dixit Christum
esse filium dei, sed primo prelatum
eum sibi, ut ex hoc ad altiora produ
ceret audientes. Erat enim Iohannes
tante fame quod homines crederent
eum esse Christum. et ideo sufficiebat
a principio Christum sibi preferre. Comparat
autem eum sibi primo quantum ad or
dinem nativitatis et predicationis. Secundo
quantum ad ordinem dignitatis et prelacionis.
Tercio quantum ad ordinem deitatis
et duracionis. Quantum ad ordinem
predicationis, fuit quidem Iohannes
prior Christo. Unde dicit: Qui scilicet Christus post
me venit, vel venturus est, non
in carne vel in mundum, quia iam
Christus natus erat quando Iohannes hoc
dixit, immo erat fere 30 annorum,
sed ad predicandum in noticiam hominum.
Malachie 3o: Ecce ego mitto angelum
meum ante faciem tuam. Nota quod Iohannes
baptista venit ante Christum duplici
racione. Primo secundum Crisostomum, quia Iohannes
erat consanguineus Christi secundum carnem.
Luce primo: Ecce Elizabeth
cognata tua. Si ergo perhibuisset
testimonium Christo postquam eum cogno
verat, potuisset testimonium eius de
illo haberi suspectum. Et ideo Iohannes
venit ad officium predicatoris nondum
habens familiaritatem cum Christo, ut te
stimonium eius efficacius esset. Unde dice
bat infra eodem: Ego nesciebam
eum, sed ut manifestaretur propterea
misit, propterea veni ego. Secundo quia
in hiis que de perfecto procedunt ad
actum perfectum oportet precedere tempore
imperfectum. Unde dicitur i Cor. xv°:
non prius quod spirituale est, sed quod
animale. Et ideo perfectam doctrinam Christi
debuit precedere imperfectior doc
trina Iohannis, que fuit media inter
doctrinam legis, que erat figuralis,

et de longinquo Christum annunciabat,
et inter doctrinam Christi, que est manifesta,
et Christum manifeste annunciabat. Sic er
go Christus post Iohannem venit, scilicet ad
predicandum et baptizandum, ad populum
liberandum et perficiendum, et misterium
nostre redempcionis complendum
quod Iohannes inchoaverat. Iohannes
enim baptismo suo disponebat
iudeos, Christus vero proprio baptismo
suo perficit et confirmat peccata remit
tendo et graciam tribuendo, quod non
fecit Iohannes. Quantum vero ad ordi
nem dignitatis, Christus fuit prior Io
hanne. Et hoc est quod subdit: ante
me factus est, ubi secundum quod Arrium
surrexit error ordinum erroris.
Dicebat enim quod hoc quod dixit: Qui
post me venit, intelligitur de Christo
secundum carnem, sed hoc quod addit:
ante me factus est, non potest intelligi
nisi quod verbum dei antequam uniretur
carni esset aliquid factum, et esset
prima creatura. Sed hoc secundum Crisostomum
insipienter dicitur, quia si hoc esset
verum, non dixisset Baptista ante me
factus est, quia prior me erat. Tam
enim ignoraret quod si ante me factus est,
prior me erat, sed econtrario dixisset
prior me erat, quia ante me factus
est. Et ideo hoc quod dicit: Ante
me factus est, intelligendum est de di
gnitate, et superior auctoritate et honore
reputacione. Iob 28: non adequabi
tur ei aurum. Hoc autem quod futurum
erat factum dicit propter certitudinem
prophecie, quia de futuris quasi iam de factis
loquitur. Vel ut in glosa dicitur: Lo
ante me factus est, id est, in conspectu coram
me est, in aspectu meo, mihi
apparuit, michi innotuit et
manifestatus est. Vel me dignior
et honorabilior, id est, iam in meliore et digniore
ante positus. Ecce quod dei filius, natus
ego tamen per graciam. Ille dominus,
ego famulus. Ille rex, ego preco.
Et quia ante dicitur multipliciter,
scilicet natura, dignitate, ordine, tempore,
ideo dicebat quod hoc multipliciter
dicitur, quia prior me erat, et ita

xpus precedit iohannem / quantum ad or
dinem duracionis quia ipse ab eterno /
iohannes ex tempore . quasi ergo diceret
licet enim ante eum venerim predicare
tamen tamen in prelatus est . quia
prior me erat . scilicet ab eterno . hebreorum
primo ultimo . Iesus xpus heri et
hodie ipse et in secula . Sic ergo xpus
secundum divinitatem precedit duracione iohannem
Unde augustinus omelia … Quod est ante
me factus est . precessit me . non
factus est antequam ego factus essem /
sed ante positus est michi . hoc est ante
me factus est . … ante te
factus est / tu post te venit . quia prior
me erat . prior te erat iohannes . ad
magnum a prior te . quia tu illi per
hibes testimonium / audiamus ipsum dicentem /
Et antequam abraham fieret / ego sum /
Deus et abraham in medio generacionum meo
hebraico … est / multi ante
illum / multi post illum . audi vocem
patris ad filium ante luciferum genui
te / cui ante luciferum genitus est
omnes ipse illuminat / dictus est enim qui
dam lucifer qui cecidit / erat enim
angelus et factus est dyabolus et dicit de eo
scriptura / quomodo cecidisti lucifer qui
mane oriebaris ysaie primo /
vere lucifer / quia illuminatus lucebat /
… autem tenebrosus factus est quia in veri
tate non stetit / ergo ille ante luci
ferum … illuminatus … ante
… illuminatus … natus est a quo
illuminantur omnes qui illuminari possunt /
hoc ille / Et per confirmacionem auctoritas
aut theophilus / quod arrianam pravitatem
… voluit confundere / quod dei filius
non sit a patre genitus / sed factus /
sicut una alia creatura / Contra quos
est … / quod non sit cum intelligendum /
factus est antequam ego essem factus /
sed ante me factus est / hoc est in
ante positus est / Quod autem iste sit
sensus patet per sequentem clausulam /
volens enim probare / quod ante eum factus
est / dixit / quia prior me erat / non
secundum humanitatem / sed secundum divinitatem / in
qua est ab eterno / quasi dicat ante me
factus est / non quia sit creatura / sed
quia prior me erat . Hic enim secundum …

generaret creacionem . debebat dicere ego
… prior me erat / quia ante factus
est / patet tamen eciam hoc quod ante me
factus est . exponitur ut referatur ad
ordinem temporis secundum carnem / xpus
enim saltem in principio sue concepcionis
fuit perfectus deus . et perfectus ho
mo habens animam racionalem . propria et
virtutibus perfectam . et corpus omnibus
lineamentis distinctum . non tamen se
perfectam corporis quantitatem / et hoc
probatum fuerat Ieremie 31 . novum
faciet dominus super terram . femina circumda
bit virum / quia xpus ab instanti sue
concepcionis fuit vir perfectus . secundum
animam et virtutibus modo dicto / Constat
autem quod xpus fuit ante conceptus / quam
iohannes fuit natus / ut habetur luce primo /
Et ideo hic modo patet exponitur litera pre
dicta . ante me factus est / ut per
factum esse / intelligatur perfectum / quod hic
designat illius locucio / sicut fieri
designat imperfectionem / alii enim pueri
conceptu sunt in fieri . secundum tempus nature
ad nativitatem . Sed xpus tamen
… natum ante perfectus fuit .
quam iohannes / De cuius de plenitudine
eius omnes accepimus hec ista verba
usque ad locum illud . et hic est testi
monium iohannis quando miserunt iudei
… dicunt inferiunt … secundum origenem
sunt verba prelata iohanne baptista /
reddere testimonium de xpo / et sub
diuntur ab eo / qui in articulo premisso
q. d. vere prior me erat / quia de ple
nitudine eius scilicet gracie non solum
ego / sed eciam omnes prophete accepimus /
ergo prior nobis erat . Et secundum hoc
ab illo loco Iohannes testimonium perhibet /
… incipit ewangelista , texere exordium
sue narracionis / Secundum augustinum vero et
Crisostomum sunt verba iohannis ewangeliste /
et continuatur ad hoc quod dixit . plenum
gracia et veritate / ut sit continuacio dicta
continuando / Super ostendit evidenciam
verbi incarnati . et per principium et pau
ditum , ut dictum est / hic vero expli
cat per utrumque / Et primo quod in
nobuit apostolus … quasi a xpo
accipientibus / secundo quod Johannes

testificatus est de eo, ubi 3° est
testimonium Iohannis quod inseruit ibi.
Circa primum duo facit. Primo ostendit
originem et fontem Christum esse totius
gratie spiritualis. Secundo a Christo deriva-
tam gratiam in nobis, ibi: gratiam
pro gratia. Dicit ergo primo continuando quod
expressimus supra, quod vidimus eum ple-
num gratia et veritate, quia de pleni-
tudine eius non solum principes sed
nos omnes eius fideles accepimus.
Et potissime apparuit in missione
spiritus sancti super discipulos in die pen-
thecostes, quando ex eius plenitudine lo-
quebantur variis linguis, Actuum
2°. Adeo quadam experientia cogno-
verunt, et dicere potuerunt eum fuis-
se plenum gratia et veritate. Legi-
tur autem invenimus in scriptura quosdam
alios plenos gratia, puta beatam
virginem, Luce primo: Ave gratia plena.
Et Stephanum, Actuum 6°: Stephanus
autem plenus gratia. Talis tamen non
est plenitudo Christi ab istis. Ille
enim dicitur plenus, in quo nil est
vacuum. Est ergo capacitas anime
impleta gratia quantum ad suffi-
cientiam, ut scilicet nil gratie desit ei
ad bonos actus faciendos, et ita
plenitudo fuit in Stephano. Et
est impletio non solum quantum
ad sufficientiam, sed etiam quantum ad
redundantiam. Et ista plenitu-
do redundantie specialiter et primo
fuit in Christo, quia per eum in alios re-
dundat, ut est gratie et auctor
et factor. Secundo in beata virgine fuit
medio modo, quia et ipsa fuit in ea
plenitudo atque redundantie, non
tamen ipsa fuit auctrix gratie sed
datrix in alios, sed solum impe-
tratrix. Et ab ea eius redundabat
gratia in carnem, nam per gratiam spiritus
sancti non solum mente virginis fuit
unita deo per amorem, sed etiam
venter eius spiritu sancto fuit impregnatus.
Et ideo statim tunc angelus Gabriel
dixit: Ave gratia plena, subiunxit
etiam de plenitudine ventris dicen-
dus tecum, ut ergo evangelista hec

singularem plenitudinem redun-
dantie de Christo ostenderet, dixit:
Et de plenitudine eius omnes accepimus,
scilicet apostoli et fideles qui fuerunt, sunt
et erunt, et etiam angeli, unde et ipse
secundum dare potuit. Notandum quod
hec propositio de quandoque denotat efficientiam,
quandoque consubstantialitatem, sicut cum dicitur filius
dei de patre, quandoque vero partialiter,
sicut cum aliquis dicit: accipe de hoc
pane, quia partem et non totum. Et
secundum hec ista verba declarant Christum primo
consubstantialiter ex parte nature partialiter,
Christi excellentiam et similiter ad eius
maiestatem. Primo modo dico quod Iohannes
in hac littera declarat Christum primum
in efficientia gratie. Sicut autem quod
Christus est in ecclesia primus et caput,
sic ergo a capite est influentia
in omnia membra, sic a Christo capi-
te redundat gratia iustificans in
totam ecclesiam. Propter quam redundantiam
dicit quod de plenitudine eius omnes
accepimus, quia plenitudo gratie
que est in Christo est causa omnis gratie
que est in creaturis intellectualibus. Et
de hac plenitudine dicitur Eccl. 24:
Transite ad me omnes qui concupiscitis
me et a generationibus meis, id est ab his
donis que ex me procedunt, ad-
implemini. Secundo hec transferunt ex-
primunt Christum consubstantialiter, quia licet dona
spiritualia alia sint in nobis quam
in Christo, tamen spiritus sanctus qui est in
Christo unus et idem replet omnes sanctos
in corpore Christi. Hec omnia operatur unus
atque idem spiritus. Ioelis 2°: Effundam
de spiritu meo super omnem carnem. Ro. 8°:
Si quis spiritum Christi non habet, hic
non est eius. Nam unitas spiritus
facit unitatem in ecclesia. Tertio hec
verba declarant ex parte nature gratie partialiter.
Christus enim quantum ad donationem habuit
plenitudinem spiritus sancti, quod non ad
mensuram accepit, sed nos partici-
pamus aliquid de donis spiritus sancti,
quia ipsum accepimus ad mensuram. Ephe.
4°: Unicuique nostrum data est gratia

sm mensuram cuiusque. Similiter habetur ex premissis
et quale quod xpus habuit gratiam sub
quodam esse pleno et fontali.
nos autem habemus gratiam sub quodam
esse partiali. Et ideo hec gratia descen
dit ab illa quodammodo sicut rivus
de fonte. Ubi advertendum quod id quod
est in effectibus non partiali et diviso
est in causis per modum totius et per mo
dum unitatis. Et ideo plenitudo vocat eius
per essentiam totius, et eius per participa
tionem partem. Dixerat enim quod id quod
in entibus per participationem est per modum
diminuti et per modum partis, est in ente
per essentiam per modum unius et totius.
Hec ergo gratie plenitudo in xpisto
dicitur quedam totalitate. In nobis autem
quedam partialitatem. Secundo hic decla
ratur xpi reverentia et humilitate.
In xpo enim fuit plenitudo timoris
et reverentie. Ysaie xi. Replebit eum
spiritus timoris domini. Et sicut habetur
scriptum, quod de plenitudine reverentie
xpi in patiendo accepimus pectore
remissionem. De qua reverentia dicitur
Hebre. v°. Cum clamore valido
et ad intentionem constantissima et lac
rimis offerens, scilicet preces et supplicationes
exauditus est pro sua reverentia, id est pro
sua dilectione meruit. Quia amplius
omnibus deum reveritus est. Sic ideo
dicitur ut enim primus nostre generationis magis
per eum, cum iam sit ad dexteram patris.
Vel preces et supplicationes xpi dicit
actionem et vitam xpi, eius omnis actio
fidelium est instructio et ad deum oratio.
Tamen enim egit xpus preces et
supplicationes fuit prodigiis, sanguinis
effusio. Clamor fuit validus in
quo auditus est pro reverentia pas
sionis. Reverentia eius est quod pro
peccato passus est, pro sola caritate.
Hec ergo cura de nobis habere
assumpsit. Et excellentia caritatis eius
ostendit hec glosa. Tertio hic decla
ratur xpi maiestate. Non solum
enim in xpo fuit plenitudo gratie
vel reverentie, sed etiam maiestatis et
deitatis. Ad Collo. 2o. In ipso habitat
plenitudo divinitatis corporaliter. Augu.
Hic interest inter caput et ceteris membri
excellentia, quia nos parvi quadam
prerogatione hominis. Factus est homo ille
una persona cum verbo, quod non est magis
hominibus. De nullo enim sanctorum dici
potest vel potuit vel poterit, verbum caro
factum est. Et in eo habitat plenitudo
divinitatis corporaliter, id est veraciter et solide.
Et exhibet hic declaratur unitas eccle
sie. Ut sicut prius unica est, de uni
tate corporis mistici, sic de unitate
corporis naturalis. Corpus autem naturale
ex hoc est unum, quia recipit influ
entia unius principii. Non enim membra
corporis essent unum nisi reciperent
una influentia. Et unumquodque
membrum recipit secundum suum modum.
Eodem corpus misticum. Ideo est unum
quia omnia ad plenitudinem xpi. De qua
omnia membra mistici corporis accipiunt
secundum mensuram donationis xpi. Accipiunt
in quam gratiam infusam, vel operante.
Circa quod nota, quod secundum Alexandrum
de Hales, xpus influit gratia cor
pori ecclesie in membris eius tribus modis.
Primo per modum meriti. Quia ipse nobis
meruit gratiam, per qua peccata nostra
remittentur. Et qua cognoscemus et dili
gimus ipsum in omnibus credentibus in ipsum
et diligentibus. Hec meruit, sicut
habetur ad Ro. v°. Sicut per unius hominis
inobedientiam constituti sunt multi
peccatores, ita per unius hominis obedien
tiam iusti constituuntur multi. Secundo nobis
influit gratiam per modum exemplaris. Sicut
enim videmus, quod sic est exemplar ad exemplum sic
et quodammodo exemplum educitur ab exemplari.
Ita in hoc xpo propositum est exemplar
gratie. Cui nos coaptare debemus et
conformare. Unde ipse est liber vite
in quo omnes scribuntur libri nostri, id est
conscientie. Apoc. xxo. Et illa eductio
habetur I Cor. xvo. Primus homo de terra
terrenus, secundus homo de celo celestis. Sicut
ergo portavimus ymaginem terreni, portemus
ymaginem celestis. Tertio nobis in
fluit gratiam per modum capitis. Est enim

quidam amor et appetitus naturalis
capitis ad membra / nam ipsum caput
amore quodam naturali diligit mem-
bra. Unde et spiritus animales qui sunt
in capite ex hoc amore a capite
descendunt in membris. Unde si aliquod
membrum ledatur / currunt spiritus a
capite ad illam partem dolentem /
et ibi colliguntur / Influentia ergo ca-
pitis ad membra ut sensificentur
et moveantur est per naturalem caritatem /
Et hunc appetitum implet spiritus
animalis / fluens a capite in membris /
Sic in hoc / Adverte quod spiritus incarnatus
per quem est nobis quidam torrens cari-
tatis scilicet spiritus sanctus / Similiter in nostro
capite scilicet Christo / et ipsius christi
in sue beate anime est desiderium ut
participemus suum spiritum / Ipse vero spiritus
explet desiderium quod habet
Christus ad nos / propter amorem quem
habet circa nos / Et hec modo est influ-
entia gratie a Christo capite in corpus
eius / Unde dicit Hugo sic spiritus de-
veniens capite / descendit ad mem-
bra vivificanda / sic spiritus sanctus
per Christum / venit ad christianos / eius
plenitudo quidem est in capite /
participatio vero in membris / Sed an
maior sit gratia post incarnationem quam
ante vel equalis / Adverte secundum eundem
quod post incarnationem et passionem Christi
ecclesia accepit influentiam a
Christo capite / quia apostolus dicit
Roma. 3o quod deus proposuit Christum
propiciatorem per fidem in sanguine /
hoc est per fidem passionis / et osten-
sionem iustitie sue / hoc est iustificationis
per passionem / propter remissionem pre-
cedentium delictorum in sustentatione
dei / ad ostensionem iustitie sue in hoc
tempore / vult dicere quod per fidem passionis
Christi erat remissio peccatorum antiquo-
rum / et modernorum / sed differunt / quia
ante incarnationem per fidem passionis
erat remissio peccatorum / quantum ad
culpam / et non quantum ad totam penam /
quia remanebat pena carentie
visionis dei / Sed post eius incarnationem
et passionem / est remissio peccatorum

quantum ad omnem culpam et penam /
Unde ante incarnationem erat in susten-
tatione / et in expectatione carentes
visione dei gloriosa / Sed modo patet
nobis gladius / Et si dicatur equalis
erat fides et caritas in pluribus
ante incarnationem / et in illis qui sunt
post / Adverte quod fides eius ante incar-
nationem et post / est equalis tamen
devotior est post quam ante / quia post
incarnationem et passionem habet multum
passionis Christi sibi quietum / quod
non habebat ante / Unde qui credit
Christum incarnatum et passum / habet
multum sue pacis quietum / Unde
ratione multi passionis Christi sibi
quieti / est maioris virtutis quam
ante et efficit aliquid quod non ante /
Et ibi gratiam pro gratia / et
Superius enim declaravit Christum esse
fontem et originem totius gratie spiri-
talis / Hic consequenter ostendit derivationem
gratie per Christum in nobis / Ubi duo
facit / primo ostendit / quod accepimus gratiam
a Christo / eam facere / secundo quod accepimus
ab eo sapientiam / ca deo teute / ibi Deum
nemo vidit unquam etc. / Circa
primum duo facit / primo ostendit quod
accepimus de eius plenitudine / secundo
ostendit accipiendi necessitatem / ibi quia
lex per moysen etc. / Dicit ergo quantum
ad primum / Et gratiam pro gratia / Et
accepimus de eius plenitudine / Et si
enim sunt ista creata / collata
in creaturis gratis / secundum Augustinum / omne
[illegible] non enim aut / Et de plenitudine
eius nos omnes accepimus gratiam / sic
pater ait / Et de plenitudine eius nos
omnes accepimus / scilicet primo gratiam / et
rursus accepimus / gratiam pro gratia
Et in persona quod ponit / Et gratiam
pro gratia / Cogimur intelligere / quod de ple-
nitudine eius accepimus gratiam
aliquam / et pro illa gratia accepimus gratiam
aliam / Et ideo videndum est / que sit
prima / et que secunda gratia / Secundum Augustinum
prima gratia / quam accepit totum genus
humanum / de quo loquitur hic creavit
sunt gratia veteris testamenti / accepta

in lege/ Que quidem magna fuit/
iuxta illud pu. 8o/ Dom magni
ficua vobis legem meam non decre
linquatis Magnum enim fuit quod ydolis
ydolatris, et populo dure ceruicis
data est lex et precepta, in quo cogni
tio veri dei, ad Ro. 3o/ Quid amplius
est iudeo, aut que vtilitas circum
cisionis, multum quidem per omnem modum
Primum quidem quia tradita sunt illis
eloquia dei / Et infra non fecit
taliter omni nacioni Quia ista lex erat
imperfecta loco eius data est lex no=
na, que est perfecta et maior gratia,
Et sic exponit gratiam pro gratia, q.d.
non solum accepimus de plenitudine
xpi in recepcione spiritus sancti, sed etiam
accepimus gratiam pro gratia, legem nouam
loco veteris, Zach. iiii Exequabit
gratiam pro gratia Sed numquid sufficie
bat prima gratia Videtur quod non
Et ideo necesse fuit, quod veniret alia
Et hoc quod subdit, quasi exponendo/
Quia lex per moysen data est et c.
Ubi crisostomus prefert xpm moysi
que baptista prelatat sibi tamen/ Moy
ses autem reputabatur maximus
prophetarum/ Deutro. vlt./ non surre=
xit vlt. propheta in israel sicut moyses.
quem nosset dominus facie ad faciem et in omni
bus signis atque portentis prefert autem
cum moysi/ quantum ad id quod operatur
Quia per moysen data est lex sed per
xpm gratia et veritas Et hoc quantum ad modum
operandi quia per moysen lex data
est sicut promulgante non per faciente,
quia solus dominus est legifer noster
vt dicitur ysaie 33 per xpm vero gratia
et veritas facta est sicut per bonum et
auctorem. dicitur autem lex noua
respectu veteris veritas quia illa fuit
vmbra et figura istius dicitur etiam
gratia respectu istius quia quamuis lex
vetus ex liberalitate diuina data sit
populo Et hoc quod sit dicitur gratia large
sumitur quo quodlibet donum gratis
datum dicitur gratia/ non tamen conferebat
gratiam iustificantem sicut facit lex
noua Quoniam aug. vocat prima gratia qua
accepimus est fides que gratia dicitur

quia gratis datur et non meritis redditur/
vel gratia qua primo accepimus
est gratia iustificans seu preueniens que
non prioribus datur Si enim prioribus
daretur meritis esset reddita non
gratia donata non enim datur nobis
ex operibus nostris ad Ro. 11o Si
gratia iam non ex operibus, alioquin gratia
non esset gratia Per istam ergo gratiam imper
fectam accepimus aliam gratiam con
summatam s. vitam eternam et hec est
secundum litteram de plenitudine eius s. xpi
accepimus quidem gratiam s. remissionem
peccatorum vt iustificatorem ex fide
Et rursus per illam gratiam accepimus
aliam s. vitam eternam Que sic dicitur
gratia/ quia licet meritis reddatur
tamen quia merita fuit ex radice gratie
preuenientis ideo vita eterna dicitur
gratia Ro. 6 Gratia dei vita eterna,
Sic igitur intelligendum quod gratia preueniens
est quasi radix et fundamentum totius
fabrice spiritualis, et omnium meritorum/
quia nisi mens preueniretur non
posset bonum operari vel mereri Conside=
randum est ergo de fabrica spirituali,
sicut de radice eius Quia ergo ra
dix est gratia non debitum ideo tota
fabrica sit dicitur gratia Et hoc quod sicut
aug. ad sixtum deus premiando merita
nostra premiat dona sua sicut illud
agere ipse nil deus in nobis sed
sua dona coronat Igitur vt breuiter
concludatur in tota de gratia adiu=
uante preueniente totum dicitur gratia
pro gratia Sed quia statim posset aliquis
querere quare necessaria gratia iustifi
cans ad hoc videtur euangelista respondere
quia lex non sufficiebat et ideo subdit
quia lex per moysen data est q.d.
necessitas fide gratie est ex insufficiencia
legis per moysen date Quia sicut orig.
precipiebat quid esset faciendum,
sed non iuuabat ad implendum/
vnde occasionaliter mortem inducebat,
vnde dicitur minister mortis 2a Cor. 3o,
na s. administratio dampnacionis
in gloria est et c. Et Ro. vii occasione
accepta peccatum per mandatum operatum

est in me omnem concupiscentiam / Glosa
qua aucta est concupiscentia ex prohibicione
legis. legis tamen adhuc deerat
gracia libertatis / quia tunc est
nova carnalitas / ut ardencius
desideret prohibita / quibus non incogita-
tis / iacet quasi sopita diu / licet est
ex mandato accepit occasionem / ac
videns legem hominibus in auxilium
data / magis exarsit iracundia
adversus eos / et magis instituit ut
legem vincat / illi in perniciem / cu-
ius quasi semper pondus in-
temptaret / hec glosa / lex ergo non
sufficiebat / quia precipiebat / sed non
iuvabat / neque autem sufficit precipere agere /
nisi sibi ostendat agendum / et nisi
tunc hec dicat / potenciam execucionis
per quam possit exequi id quod ostendi-
tur / lex ergo bonum precipiebat / et osten
debat quid agendum / sed non iuva
bat potenciam ad agendum / et ideo
fuit necessaria gracia christi / que non solum
ostendit / sed eciam iuvat / lex ergo osten
debat infirmitatem / sed non sana
bat / et ideo necessaria fuit gracia christi /
que sanat / nam sicut oculus non videt
nisi sit in debita disposicione et sani
tate / ita homo non surgit ad bonum
operandum et vivendum / nisi prius sanetur /
sanatur autem per graciam preuenientem
ideo enim preuenimur / ut preuenti bonum
possimus operari / lex ergo promittebat
auxilium gracie / sed non solvebat
quia neminem ad perfectum adduxit
lex / Hebreorum vii° c°. neminem insti
ficatorem perficeret / et si qui tunc
eciam fuerunt perfecti / tamen non ex causa le-
gis / sed per fidem venturi /
lex denique significabat sacrificia
cerimonialia / sed non manifestabat
ideo fuit necessarium / quod veniret christus
qui faceret graciam / emundando peccatum
per mortem suam / et gloriam merendo
moriendo / per quam invenimus ad
implendum precepta dei / ad Ro. 6.
vetus homo noster crucifixus est / ut
destruatur corpus peccati / ut ultra
non serviamus peccato / Item christus fecit
veritatem / quia sicut umbratiles erant legis
implet / Apostolus enim et hoc ipsum dicit /
que pro ipso per vetus testamentum
diuinitus data sunt / ad signum futurorum /
que per christum oportebat impleri / quibus
advenientibus / terminaverunt illa tamquam
quasi tamen legenda / ad intelligendam
promissionem prophetie / Dicitur promissiones fi-
eri patribus / ad impletur / 2 Cor. 1
quotquot promissiones dei sunt / in
illo est / scilicet totum impletum / Ex quibus
patet racio quare christum venisse
gracia et veritate dicitur / Gracia et veri
tas per ihesum christum facta est / ex gracia
que est inter legem et graciam / lex
enim ostendebat mandatum / sed non
implebat / gracia autem mandatum
implet / lex enim ostendebat pro-
missum / sed non exhibebat / gracia
autem christi ipsum promissum exhibet /
Sic ergo gracia per christum facta est /
ad implenda mandata / et veritas
ad exhibenda promissa / Dicit sermo
quod virtus quedam diuiditur / aliquando flumen
et sic non accipitur hic / quandoque vero
diuiditur contra eius principatum / et
sic id est dicere eius virtutem et eius
essenciam / et sic eciam non capitur hic /
sed prout contra / Erat lux vera / vel nota
separata contra quod diuiditur veritatem contra
figuralem / et isto modo accipitur in litera /
ista quod veritas idem est quod exhibicio
eius quod significatum est / Alia racio quare
coniunxit graciam cum veritate est / ut
gracia referatur ad peccatorem iustificatorem /
veritas autem ad occultorum manife
stacionem / quia christus docuit veritatem
mundo occultam / Iohannis xviii / Ad hoc
natus sum et ad hoc veni in mundum
ut testimonium perhibeam veritati /
Sed queret aliquis utrum hec sit
prima veritas per ihesum christum facta est /
Et videtur quod non / quia christus est veritas
increata / ait enim Iohannis xiiii° ego
sum via veritas et vita / quomodo ergo
per ipsum facta est veritas / cum ille
fiat a se ipso / Ad hoc dicendum videtur
dicendum / quod prima est hec / quod sicut ex
uno ente / proveniunt multa entia /
ita ex una veritate prima / fiunt multe
veritates / et sic eius primum non est factum /

sed cuius sermonis ita veritas prima
non est facta, sed veritas secunda. Unde
dicit Augustinus: intelligendum est quod ipsa veri-
tas substantialis ex qua, ut ea que regiis
sculpte sunt multe veritates in illis
qui veritatem tractant, nequaquam facta
est per Christum nec per aliquem. Sed veritas
sculpta puta que consistit in Iohanne,
Paulo et apostolis, per Ihesum Christum facta
est. Ita quod duplex est veritas,
scilicet per essentiam et per participationem. Et igitur
est veritas increata per essentiam, et
hec non est facta per ipsum. Sed per ipsum
facte sunt veritates per participationem que
ex veritate increata que ipse est
in animabus sanctis relucent. Et secundum Alle-
xandrum in 3a parte summe: lex moy-
si et evangelii una lex est ratione
[illegible]; diverse vero sunt in ratione [illegible].
Unde dicit Augustinus contra adversarium legis
et prophetarum: Cum recte colit deum utrumque
testamentum invenit unum deum,
et eius unius dei in utroque diligit
bonitatem, in utroque metuit severi-
tatem. Ratione autem ad principium et quem dico-
tripliciter, scilicet in comparatione ad efficientem,
ad finem et ad materiam. Unus enim est
legislator utriusque legis et evangelii;
deus Iacobi 4o: Unus est legisla-
tor et iudex. Unus est finis scilicet Christus.
Unde Augustinus: Unde super finis legis quis
est? Non ego, sed apostolus dicit: finis
enim legis est Christus ad iustitiam omni credenti,
ad Romanos x. Finis preceptorum non
intelligitur finis quem prescribit, dicitur. Hec
que sunt omnia, quamquam aliquo sunt
officio, nam inter officium et finem di-
stat hoc, quod officium est in eis que
facere debemus, finis propter quod facimus.
Unum est scriptum quia utriusque veritas.
Unde Gregorius super primo Ezechielis: primo
rota erat in rota, dicit: Quod exspedi-
tat lex, hoc exhibet evangelium. Et
idem: dominica eloquia et per tribus
distincta sunt, consimiliter tamen sunt unita.
Ratione vero materiam, dico scilicet tripliciter,
in comparatione ad efficientem, ad finem
et ad materiam. Per comparationem ad efficientem
differunt lex et evangelium, quia lex data
est per servum, evangelium vero per Christum,
ut dicitur in Iohanne: Lex per Moysen data
est, gratia et veritas per Ihesum Christum facta est.
Per comparationem ad finem differunt similiter. Finis
enim legis est declaratio mali prohibendi,
finis evangelii operatio boni per amorem.
Unde Augustinus contra adversarium legis et
prophetarum: Novum testamentum differt a veteri
quia ibi vetus homo formidinibus co-
artatur angustiis, et hic novus homo
spatiatur latitudine caritatis. Per comparationem
vero ad materiam differunt, quia ibi veritatis
insinuatio, hic veritatis in exhibi-
tione. Et hoc quantum ad figuralia. Unde
Augustinus de concordia evangelistarum: Ad
lex et prophete prenuntiaverunt, hoc redditum
atque completum in evangelio demonstratur;
item ibi est veritas secundum inchoationem,
hic vero est veritas secundum perfectionem. Et
hoc quo ad moralia. Augustinus contra Victorinum: Nisi
habundaverit iustitia vestra etc. Ubi dicit
Augustinus: plenius agitur promissa adim-
pletionem, dum fuerit addita ad per-
fectionem. Patet ergo quod lex moysi et evan-
gelii una est lex in utroque. Differentes
vero sunt in ratione propria, quia illa data
est populo carnali, ista spirituali; illa
parvulis, ista perfectis. Item Augustinus libro
de vera religione: Sapiens medicus
alia mandata dat per ministros in
firmo, alia per se; ita deus alia man-
data dedit per Moysen, alia per se
in evangelio. Patet ergo ex dictis quod
lex et evangelium non differunt sicut contraria
nec sicut disparata, sed primo continentur
majori, sicut figuratum in pura figura,
et signatum in signo, et perfectum in
imperfecto. Item secundum apostolum inter sex
conditiones assignantur differentia legis mo-
ysi et evangelii, scilicet secundum conditionem
virtutis, veritatis, severitatis, bonitatis,
remunerationis et largitionis. Secundum con-
ditionem virtutis assignatur differentia
secundum forte et infirmum, quia lex infirma
est, evangelium vero virtuosum. Nam de lege
dicitur ad Romanos viii: Quod impossibile
erat legi in quo infirmabatur
per carnem, deus filium suum mittens.

De ewangelio vero dicitur ad Ro. po quod
ewangelium virtus dei est in salutem /
Juxta hanc consideracionem accipiuntur
alie / prima quia racione virtutis ewan
gelium dicitur iustificans / lex vero
racione infirmitatis non iustificans /
ad Roma 3o Ex operibus legis
non iustificabitur omnis caro / racione
propter illud Roma viiio / lex infirma
batur per carnem / dicit glosa i. per car
nales obseruancias / que non pote
rant iustificare / Secunda quia lex moysi
si dicitur lex littere / et hec propter infir
mitatem / quia demonstrabat peccatum /
sed non conferebat adiuuamen spiritum ut
dicit augustinus / lex vero ewangelii dicitur lex
spiritus racione virtutis / quia prestat ad
iuuamen spiritum / hec est gratia ad
vitandum peccatum / et ad faciendum bonum /
Vnde ad Ro. viio Seruiamus in nouitate
spiritus et non in vetustate littere / Et
in eodem viiio / lex spiritus vite i. fidei
secundum glosam / in xpo ihu liberauit
me / vbi dicit glosa / due leges bo
ne sunt / lex fidei / que tollit peccatum /
et lex moysi / que peccatum ostendit /
Tercia quia lex moysi racione infir
mitatis dicitur lex oneris et
difficultatis / vnde in cuius figura dicitur
Exo. xviio manus moysi erant gra
ues / Et actuum xo / hec est onus quod ne
que nos neque patres nostri portare
potuimus / lex vero ewangelii racione virtutis
dicitur lex suauitatis et leuitatis mt.
xi iugum meum suaue est etc. / Ex
infirmitate ergo legis est / quod per ip
sam non est iustificacio a culpa /
quod per ipsam non prestatur adiuuamen
gracie et ad facilitate et suauitate
sit operacio bona / Sed quod ex virtute
ewangelii est iustificacio a culpa et
prestatur adiuuamen gracie / et cum facilitate
et suauitate fit operacio bona / Et
hec est summa predictorum / Item secundum
consideracionem veritatis dicitur lex et ewangelium
quia in lege est veritas velata /
in ewangelio vero est veritas reuelata /
ii Corinthiorum 3o velamen in lege
moysi manet / non reuelatum quod
in xpo euacuatur / Et subditur /
nos autem reuelata facie gloriam

quod per ipsam sit cum difficultate

dei speculantes in eandem dei ymagi
nem dei transformamur / Et secundum ea
dem consideracionem / in lege fuit veritas
ut vmbra / in ewangelio vero ymago
hebre. xo / vmbra enim habens lex fu
turorum non ipsam ymaginem / Item
secundum eandem consideracionem in lege fuit
veritas promissionis / in ewangelio
vero veritas exhibicionis / Gregorius
super Ezech. / Quod lex predicat
quod propheta annunciat / hoc ewangelium
exhibet / Et augustinus libro questionum
veteris et noui testamenti / Quod pro
missio erat in lege / pagina vero
fit per gratiam in ewangelio / Dicitur autem
lex velata quo ad malos / dicitur
vmbra littere / quo ad bonos imper
fectos / sed dicitur littere veritate in pro
missione non in exhibicione quo ad
iustos perfectos / Quarto secundum consideracionem
seruitutis / dicitur lex et ewangelium di
fferre / quia ia dicitur lex timoris
vero lex amoris ad Roma iiiio lex
iram operatur / glosa ut reos faciat
temporali pena Exo. 21 oculum pro oculo
etc. et luce xo Samaritanus infudit
vinum et oleum i. asperitatem legis
et lenitatem ewangelii /
Et iuxta hanc distinctionem / lex moysi
dicitur lex timoris / ewangelium vero
lex amoris / vnde augustinus quod breuis dantur
Breuissima differencia legis et ewangelii
timor et amor / Et hebr. xii
non accessistis ad tractabilem et
accessibilem ignem et turbinem
et tube sonum / loquitur de lacione
legis / per quo moyses dixit ex
territus sum et tremebundus / sed
accessistis ad syon montem et testa
menti noui mediatorem etc. Item iuxta
hanc consideracionem lex moysi dicitur lex
seruitutis / lex vero ewangelii lex li
bertatis ad Roma viiio non
accepistis iterum spiritum seruitutis in
timore / sed spiritum adopcionis filiorum /
Et Jacobi i / Qui perspexit in lege
libertatis / lex vero moysi est lex de-
uce in consummacione sed in penare de-
terminacione / lex nouus in affectione

z lex seruitutis in executione / Quarto
secundum bonitatem comparacionem dicitur lex
et ewangelium. quia lex moysi est lex
imperfectionis hebr. vii° nil ad per-
fectum adduxit lex. Et ait ut predixit
salvator non veni legem solvere
sed adimplere. Gloza implevit
xpus legem dans precepta ad in-
choacionem vite agende / superaddit
plura ad perfectionem moralium precep-
torum. Et secundum hanc comparacionem dicitur
lex prohibere manum non / Ewangelium
vero voluntatem sicut animum ps. in psalmis
lex domini inmaculata convertens animas
gloza. i. voluntates, non solum manus
ut vetus lex que manum maxime
non animum cohibebat / Septima ra-
tione lex moysi dicitur lex factorum,
ewangelium vero lex fidei. Ad romanos
Exclusa est gloriacio tua. per quam legem
factorum. non / sed per legem fidei. glo-
ria dicit quod sic ta gloriantur Iudei credentes
ubi de lege et de genere abrahe vi-
dentes eos non iustificari apud
deum nisi per fidem q. d. quia ex
fide sine lege est iustitia, ergo o iu-
dee ubi est gloriacio tua q. d. non
potest gloriari, nam illa viciosa glo-
ria de superbia veniens / exclusa
est. i. ablata et per quam legem scilicet
ablata est superbia gloriacio. Numquid
per legem factorum. i. per legem moysi
que carnalia mandabat / non.
sed per legem fidei. i. non per labores
corporum, sed per facilitatem fidei. Item
secundum hanc comparacionem dicitur lex littera
occidens / lex ewangelium spiritus vivi-
ficantis ii corinthiorum iii° littera occidit. spiritus
autem vivificat / Et augustinus loquitur super
et littera, littera que occidit, id est de-
calogus in illis duabus tabulis
scripta, quia lex subintravit ut ha-
bundaret delictum. Item secundum eandem
comparacionem lex dicitur continere precepta
non bona, Ezechiel xx° dedi eis pre-
cepta non bona, ewangelium vero dicitur
continere precepta bona. quia sicut dicit
ysidorus in libro decretorum, precepta
legis non sunt bona. contra comparata,
quia in eis quedam mystica insi-

nuantur sed in ewangelio moraliter
moribus congruentibus agenda. primum
sicut ut libellus repudii et cupi-
ditas crudelitatis potius est corpori
sananda permittitur. Lex ergo igitur ma-
xime dicitur legis imperfectio, eo
quod cum ea ut prohibebat tamen
mali sit voluntatem, ewangelium cum prohibet vero
bebat occasionem mali secundum quod dicitur
littera occidens, et pariter mala
quorumdam occasionis et imponere /
que tamen potissime innuit imper-
fectionem, gratia vero ewangelii perfectionem
octavo secundum comparationem enumeratam dicitur
lex et ewangelium, quia in lege est per-
missio temporalium, in ewangelio eternorum.
hebr. viii° melioris testamenti
sponsor factus est xpus. Gloza melius
est novum testamentum quam vetus,
quia meliora bona. i. eterna pro-
mittit, vetus vero temporalia, ysaie primo
si me audieritis bona terre come-
detis in ewangelio vero vita eterna
permittitur et regnum celorum, ut ait iii° et
quarto penitentiam agite appropinquabit
enim regnum celorum / Et ait ut predixit
Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est
regnum celorum / Sexto secundum comparacionem
racionis dicitur lex et ewangelium /
quia lex moysi est lex particularis
ewangelium vero est lex universalis / lex enim
moysi semini abrahe data est secundum
quod dicitur ad galatas abrahe dicte sunt
promissiones et semini eius. Et deutronomii
iiii° Que est alia gens sic incli-
nata ut habeat cerimonias iusta iu-
dicia et universam legem / Ewangelium
vero datum est omni genti. Marci xvi° euntes in
mundum universum predicate ewangelium omni creature. Et
ait ultimo et te baptizate omnes gentes /
hii sunt ergo modi differentie legis et
ewangelii / de quibus dicit littera lex per mo-
ysen data est etc. / Nam comparando legem
ad legis carnalia apparet prima
differentia legis ewangelii que attenditur
quantum ad virtutem / et sanctum legis
est infirmum quantum ad iustificatorum
comparando ad cerimonialia appar-
ria differentia. Ad iudicialia, tercia, ad mo-
ralia quarta que attenditur quantum

ad bonitatem quam in moralibus legis
est imperfecta bonitas etc.

Deum nemo vidit umquam
unigenitus filius qui est in
sinu patris ipse enarravit et eius
quod ibi. Et hic est testimonium Iohannis
Baptiste. Evangelista declarat quod de ple-
nitudine Christi est fluxus gratie
sic quod inter. Ostendit quod ab eius pleni-
tudine est fluxus doctrine. Sicut
ergo apostoli acceperunt a Christo gratiam
No(ta) eam faciente, ita acceperunt ab eo
doctrinam, seu sapientiam, ipso eam docente.
Et circa hoc tria facit. Primo ostendit
eius doctrine veritatem, cum dicit: Deum
nemo vidit umquam. Secundo doctoris
ad eam docendam facultatem, cum
subdit: unigenitus qui est in sinu pa-
tris. Tertio declarat modum tradendi
ipsam doctrinam, cum concludit ipse e-
narravit. Circa primum sciendum
quod veritas doctrine eius cum ex de-
fectu sapientie in hominibus, quam quidem
defectum insinuat evangelista per hoc quod
ignorantia dei sit erat in hominibus,
dicens: Deum nemo vidit umquam.
Et hic satis congrue nam sapientia
3 ipse consistit in dei cognitione, quamvis
secundum Augustinum ~~est~~ sapientia est cognitio-
quid est sapientia rerum divinarum, sicut scientia humanarum.
Sed hic autem quod dicit hic evangelista: Deum
nemo vidit umquam, contrarium videtur
multis partibus scripture locis. Et Io-
annes, etc. Hic sunt unum. Et videtur quod
non, quia dicitur Ysaie 6: Vidi dominum
sedentem super solium excelsum. Et
Genesis 32: Iacob vidit dominum facie
ad faciem. Et Matthei 5 dicitur: Beati
qui mundo corde quoniam ipsi deum
videbunt. Et per dictam auctoritatem
quod unum est, quod umquam aliquis vidit deum
in presenti, sicut loquitur dicit, sed in-
videbit eum in futuro, sicut dominus dicit
in Mattheo. Sed hic excludit
apostolus ad Timotheum ultimo dicens: Deus lucem
habitat inaccessibilem quam nullus hominum
vidit, sed nec videre potest. Sed quia
apostolus dicit in hac auctoritate quod nullus hominum
vidit, posset aliquis dicere quod

videri non possit ab hominibus, saltem
videtur ab angelis, presertim cum
dicatur Matthei xviiio: Angeli eorum
in celis semper vident faciem patris.
Sed ut ostendat quod potest, quia ut dicitur
Matthei xxii: Filii resurrectionis erunt sicut
angeli dei in celo. Si ergo angeli
vident in celo, sequitur quod et filii
resurrectionis eum vident. Unde dicitur
Iohannis 3o: Cum apparuerit similes ei erimus
et videbimus eum sicuti est. Quid
ergo intelligendum est quod dicit evangelista: Deum
nemo vidit umquam? Pro quo nota:
quod multipliciter deus dicitur videri. Primo
1 quibus modis videtur deus, per subiectam
creaturam visui corporali propositam,
et sic creditur Abraham vidisse deum,
quando tres vidit et unum adoravit,
ut dicitur Genesis xviiio, unum quidem
adoravit, quia in illis quos prius
reputaverat homines, postquam non hos
angelos credidit, et recognovit mi-
sterium trinitatis. Alio modo per subiectam
2 creaturam representatam ex imaginatione,
et sic Ysaias vidit dominum sedentem
super solium excelsum, ut dicitur Ysaie 6,
sic et de pluribus visionibus que reperiuntur
3 in scripturis. Alio modo videtur deus
per aliquam speciem intelligibilem a sen-
sibilibus abstractam, ab hiis qui per
aspectum magnitudinis creaturarum per
intellectum intuentur magnitudinem creatoris,
ut dicitur Sapientie xiiio: a magnitudine speciei
creature cognoscibiliter poterit
horum creator videri. Et ad Romanos 1o:
Invisibilia dei per ea que facta sunt
intellecta conspiciuntur. Alio modo videtur
deus communicari non quibus
per ea que facta sunt, sed per aliquid
lumen seu species intellectus a deo
mentibus sanctorum infusas. Sic sancti
per contemplationem dicuntur deum videre.
Sic et Iacob vidit dominum facie ad
faciem, ut dicitur Genesis xxxiio. Quam
visionem secundum Gregorium intelligit sublimitas per
altam contemplationem. Sed per nam
istarum visionum ad visionem essentie
divine pervenitur. Nulla enim species creata,
vel qua informatur exterior sensus,
vel qua informatur imaginatio, vel

qua informatur intellectus, est repre-
sentativa divine essentie, ut dictum est. Illud
autem quo cognoscit per essentiam,
quod species que recipitur in sensibus
in ymaginatione, vel in intellectu representat
ut est. Ergo per nullam speciem creatam
ad visionem divine essentie pervenitur.
Quod autem nulla species creata divinam
essentiam representet, probatur: quia nullum
finitum potest representare infinitum
ut est. Omnis autem species creata est
finita. Cum igitur ipsum quod est
deus, sit infinitum, non potest repre-
sentari per speciem creatam. Preterea
deus est suum esse, et in eo idem
est veritas, sapientia, bonitas et alia que
nominantur, que per unum aliquid creatum
non possunt representari. Et inde est
quod omnis cognitio, qua deus videtur
per speciem creatam, non est essentie,
sed enigmatica, specularis et a
Job remotis, ut dicitur Job 36: Omnes homines
vident eum, sicut a quo doctore morum,
sed unusquisque intuetur eum procul,
quia per illas omnes cognitiones non
scitur de deo quid sit, sed quid
non sit, vel an sit. Unde glossa ibidem
dicit: omnis homo ex hoc ipso quod rationalis
est conditus, debet ex ratione colligere
eum, qui se condidit, deum esse.
Procul autem eum intueri est iam non
illum per speciem cernere, sed adhuc
ex sola operum suorum admiratione
pensare. Unde subditur: Ecce
deus magnus vincens scientiam
nostram, quia deus ubique presens est,
tamen de illo ecce dicitur, quia non
videntibus adesse memoratur. De
qua claritatis magnitudine quantumque sit magna
infra ipsum est. Unde sic dicit Dyonisius
in libro de mystica theologia. Po-
tissimum ad quod quo per species creatas
pervenire potest in dei cognitionem
est per remotionem. Sunt autem aliqui
dicentes, quod nunquam essentia divina
ab aliquo intellectu creato videri
potest, sed ab angelis et aliis beatis
videtur claritas dei. Sed
hoc ostenditur esse erroneum tripliciter.
Primo quidem quia auctoritati sacre scripture

contrariatur, dicitur: videbimus eum sicuti est, prima Johannis
3o. Secundo quia claritas dei non est
aliud quam eius substantia secundum naturam. Secundum Gregorium
non enim lucet per participationem luminis
sed per principium. Tertio quia impossibile
est quod perfectam beatitudinem quis assequatur
nisi in visione ipsius divine essentie.
Nullus enim homo potest esse beatus, nisi eius
naturale desiderium quietetur. Naturaliter
autem inest intellectuali creature quod
aliquis rei videns effectus, si ignoraret causam,
admiraretur et desideraret scire de ea non
solum an sit, sed etiam quid sit. Unde et
secundum philosophum sic movit homines ad philosophandum.
Si ergo intellectus creatus videret
solam creaturam, constat quod nisi sciret
causam admiraretur, et naturaliter desi-
deraret causam scire. Causa autem
omnium est ipse deus. Cum igitur ergo de
creaturis intellectus creatus cognoscit,
non quietatur eius naturale desiderium nisi
ipsam divinam essentiam videat et co-
gnoscat. Et ideo auferre hominibus
essentie divine visionem est eis
beatitudinem auferre. Notandum ergo circa beati-
tudinem intellectus creati quod videatur
essentia divina. Unde dominus ait: Beati mundo
corde, quoniam ipsi deum vi-
debunt. Et fidelibus dilectoribus promittit
dominus infra 14o: Qui diligit me
diligetur a patre meo, et ego ma-
nifestabo ei meipsum. Et Paulus
1 Corinthiorum 13o: videmus nunc per speculum et
in enigmate, tunc autem facie ad faciem.
Ad visionem autem divine essentie, ita
oportet attendere primo quod divina essentia
nunquam videtur oculo corporali, nec per-
cipitur aliquo sensu vel ymaginatione,
nam non visus corporalis et ymaginatio
sunt virtutes organorum corporalium,
nichil preter corpus cognoscunt, scilicet per propriam
potentiam nisi corpora et materialia. Deus
autem est incorporeus et immaterialis. Infra
eodem: Spiritus est deus, et ideo
non nisi ab immateriali et spirituali oculo
in intellectu videri potest. Ideo dicitur
infra 4o: quod eos qui adorant,
in spiritu et veritate oportet adorare. Secundo
quod intellectus humanus quamdiu corpori

corruptibili iungitur, et ideo divinam videre
non potest. nam intellectus corpori corru-
ptibili coniunctus, deprimitur, et occu-
patione sensuum aggravatur, ne possit
ad summum contemplationis pertingere. Et
inde est, quod anima quanto magis est
a passionibus corporalibus depurata,
et libera ab affectibus terrenis,
tanto altius ascendit in contemplationem
veritatis, et gustat quam suavis est
dominus. Summus autem gradus contemplationis
est videre deum per essentiam, et ideo
quamdiu vivit homo, aggravatur
intellectus hominis per corruptionem cor-
poris. Unde dicitur Exodi 33. non vi-
debit me homo et vivet. i. neque viventes
in hac carne mortali. Unde Gregorius quo-
que dicit, Sed una dum hic mortaliter
vivitur, videri per quasdam imagines
deus potest, sed per ipsam nature spe-
ciem, non potest. Sicut est quod Moyses
qui cum deo facie ad faciem loquebatur,
sicut loqui solet homo cum amico suo.
dicit, Si inveni gratiam in conspectu
tuo ostende mihi temetipsum manifeste. Si moisi
enim deus non esset, cum quo loquebatur
ostende mihi deum diceret, non ostende mihi
temetipsum. Sed autem deus erat cum
petebat videre quem videbat,
sinebat Sed cum sinebat per incircumscripte nature
claritatem cernere, quem iam ceperat
per quasdam imagines videre.
Viderunt ergo patres veteris testamenti
deum, et tamen deum nemo vidit. Unde
quam, quia in hac carne viventibus
videri potuit per circumscriptas ima-
gines, et videri non potuit per
incircumscriptum lumen eternitatis. Hec
ille. Addit ergo quod intellectus creatus
divinam essentiam videat, oportet quod vel
totaliter deserat corpus per mortem,
27 sicut dicit Apostolus 2 Cor. 5. Audemus
et bonam voluntatem habemus magis
peregrinari a corpore et presentes esse
ad dominum, vel quod totaliter a corporeis
sensibus per raptum abstrahatur,
ita quod nesciat an in corpore vel
extra corpus sit, sicut quod de Paulo
legitur 2a Cor. xii. Unde Gregorius vi
super Genesim vel quibusdam adhuc in
inmo

carne in viventibus sed inestimabili
virtute crescentibus contemplationis acu-
mine, potest eterni dei claritas videri.
non tamen videbit eum homo et vivet. Quia
qui sapientiam que est deus videt,
huic vite funditus moritur, ne eius
amore teneatur. Tercio quod nullo
aliquis intellectus creatus quantumcumque
est abstractus, sive etiam a corpore
est separatus, divinam essentiam com-
prehendere potest. Licet etiam eam videat
et ideo quantum dicitur quod licet divina essentia
tota videatur a beatis, cum sit simpli-
cissima et partibus carens, non tamen
videatur totaliter, quia hoc est eam compre-
hendere. Hoc enim quod dico totaliter
dicit modum quemdam, modus quilibet
autem dei est divina essentia. Unde
qui non videt eam totaliter, non com-
prehendit eam. Comprehendere autem
dicitur aliquis, perfectam aliquam
cognoscendo, qui cognoscit illam
rem, quantum in se cognoscibilis est.
Alias et si cognoscat eam, non tamen
comprehendit. Unde qui cognoscit
hanc propositionem omnis triangulus habet tres
angulos equales duobus rectis,
per medio demonstrationis, tota quidem cogno-
scit, sed quia est cognoscibilis
est per demonstrationem, non cognoscit
eam quantum cognoscibilis est, et ideo
eam non comprehendit, nisi ipsam
per demonstrationem cognoscat. Unumquodque autem
quodque tantum cognoscibile est, quantum
habet de entitate et veritate, sed co-
gnoscens in tantum cognoscit, quantum
habet de virtute cognoscitiva. Omnis
vero virtus intellectualis creata est
finita. Cum ergo deus sit infinite vir-
tutis et entitatis, et per consequens infinite
cognoscibilis, a nullo intellectu creato
cognosci potest, quantum cognoscibilis
est, et ergo a nullo intellectu creato
eum vidente comprehendi potest. Io-
bis dicitur Job 36. Ecce deus
magnus vincens scientiam nostram glo.
Quia deus ubique presens. Cum
de illo ecce dicit, etiam non videntibus

ad esse memorat/ de cuius claritatis
magnitudine quintus primus ipsa ipse
est/ Solus ergo deus comprehendit/
quia tanta est eius virtus in cognoscendo/
quanta eius entitas in essendo. Iere-
mie 32 Fortissime magne potens dominus
exercituum nomen tibi magnus consilio
et incomprehensibilis cogitatu/ Sic
ergo secundum predicta exponitur legitur hoc
quod dicitur in littera deum nemo vidit un-
quam/ primo sic nemo purus homo vidit
deum id est essentiam divinam oculo cor-
porali et ymaginario/ sic videntur ista
visibilia secundum augustinum ad paulinam
de videndo deum/ deum nemo vidit
unquam in hac vita sicut ipse est/
vel etiam in angelo sicut visibilia ista
que corporali visione cernuntur/ et quod autem dicitur
de quibusdam/ quod viderunt deum vivente
in hac vita oculo corporali vel ym-
maginario intelligitur sicut dictum est
per subiectam creaturam et non per essen-
tiam/ Secundo sic nec in hac mortali
vita viventes vidit deum id est divinam
essentiam secundum augustinum ubi supra nisi
abstrahatur vita quodammodo mo-
riatur sive omnino exiens de corpore
sive ita aversus et alienatus a corpora-
libus sensibus ut merito nesciat
sicut ait apostolus utrum in corpore an ex-
tra corpus sit/ non in illam rapitur vel
subvehitur visionem/ quia ut dicitur
in ... quietus corporis corruptibilis
incorporationem animum deprimit et aggravat
ne possit ad summum contemplationis gradum
pertingere/ et ideo oportet quod in talibus
creaturis/ dei essentia divina videatur
quod vel totaliter cessat corpus per mor-
tem/ vel quod totaliter a corporeis sen-
sibus per raptum abstrahatur/ Unde
augustinus ubi supra Non est abstractus ab
hac vita mentem/ qui in illius ine-
ffabilis visionis luce assumitur/
Et non sit incredibile quibusdam
sanctis non defunctis ut sepe-
lienda cadavera remanerent/ etiam
istam excellentiam revelacionis fuisse
concessam/ Tercio sic nemo id est nec
homo nec angelus nec aliqua creatura
vidit unquam deum id est divinam essentiam
comprehendendo secundum augustinum ubi supra

sit quod in tali visione est/ quia dei ple-
nitudinem neque non solum corporeis
sed nec ipsa mente aliquis comprehen-
dit. quod dicit augustinus/ aliud est apprehen-
dere/ et aliud comprehendere/
nam comprehendere est vere apprehe-
dere quando scilicet res tamen cognoscitur
quantum cognoscibilis est/ et sic deum
non comprehendit/ Perfecte enim
comprehendi non potest/ tamen quia est deum
apprehendere vero est quando cognoscitur
res secundum exigentiam et capacitatem
cognoscentis/ Et secundum hunc modum
deus potest apprehendi per effectus/
secundum quem modum philosophi devenerunt in
causam primam secundum augustinum ibidem/
aliud est videre aliud videndo
totum comprehendere/ id enim videtur
quod presens sentitur/ Totum autem com-
prehenditur videndo/ quod ita videtur
ut nichil eius lateat videntem/ aut
cuius fines circumspici possunt/ quod dicit augustinus/
tunc cognoscibile comprehenditur/ quando
tantum cognoscitur quantum cognoscibile
est/ et quia deus sic non potest com-
prehendi/ ideo forte de hoc cognoscen-
dicitur hic/ deum nemo vidit unquam/
Deinde cum dicit unigenitus filius qui
est in sinu patris/ ostensa ex parte
nostra doctrine necessitate/ subdit ex
parte doctoris docendi facultatem/
fundatur autem intencio sua ad pro-
bandum docendi facultatem/ super duo
fundamenta/ primum fundamentum est/
quod nemo doctor potest docere ea que dei
sunt/ nisi occultum dei attingat/
occultum autem dei vel presens vocatur
essentia divina/ quam propter sui infinita-
tem et elevacionem a creatura capi
non potest/ Secundum fundamentum est quod christus
non solum attingebat occultum dei/
sed et deus erat/ quia unigenitus
dei filius/ et ideo potest deum compre-
hendere/ et per consequens de ipso narrare/
Ideo dicit unigenitus dei filius qui est
in sinu patris id est occultissimum dei
comprehendit/ et ideo de deo narra-
re potest/ In quo nobis ostendit do-
ctoris ipsius facultatem/ et per equalem
plenitudinem et per summam excellentiam/
et per perfectissimam consubstancialitatem/ per equalem

quidem plenitudine, ideo dicit filius / filius
enim naturalis habet plenitudinem patris /
Et inde est quod licet quis in tantum aliquis
dicatur esse filius dei / in quantum
participat naturalem plenitudinem
ipsius filii / et in tantum eum cognoscit
quantum habet de ea plenitudine / quia
cognitio fit per assimilationem. prima Ioh.
3o nunc filii dei sumus / cum autem
apparuerit, similes ei erimus / et
videbimus eum sicuti est / Et ideo in
hoc quod etiam dicit filius / impor-
tatur plenitudo et aptitudo ad co-
gnoscendum deum / Sed quia doctor
iste specialius quam alii filii deum
cognoscit. Ideo hic etiam in-
nuit per singularem excellentiam
cum addit unigenitus q.d. licet
alii filii dei deum cognoscant / iste
tamen quia singulariter filius suus est /
in persone unitate, singulariter eum cogno-
scit. ps. filius meus es tu in p-
rimo psalmo / Et ideo etiam addit
filium unigenitum, excludit enim
a filiis adoptivis q.d. omnis
cognitio fit per assimilationem / et ideo
ubi maior est perfectior assimilatio /
ibi est perfectissima cognitio / filii
autem adoptivi / et si assimilantur
per gratiam / non tamen assimilantur per naturam /
filius autem unigenitus assimilatur perfectissi-
me patri / quia habet eandem naturam
cum patre / et ideo patrem cognoscit
perfectissime / unde Matth. XI / neque novit
patrem nisi filius / et cui voluerit
filius revelare / Sed licet singulariter
cognoscat / posset deesse facul-
tas docendi, si non totaliter cogno-
sceret / et ideo addit 3m in quo commenda-
bilitatem eius ad predicandum addit.
qui est in sinu patris / ut non acci-
piatur sinus prout in hominibus vesti-
tis et sinuositas dicitur congruit / sed
pro patris occulto / non enim deus habet
sinum quemadmodum nos habemus in
vestibus / sed secretum patris sinus
eius vocatur / illud enim in occulto
gerimus / quod in sinu portamus /
occultum autem patris est / quod super
excedit omnem virtutem et cognitionem /
Cum autem essentia divina sit infinita
in illo ergo sinu i. in occultissima

dei essentia que excedit omnem virtutem
et omnem modum creature. est unigenitus
filius / et ideo est coequalis patri /
Et quod hic etiam insinuat
psalmus / hic david exprimit per uterum
dicens / Ex utero .i. ex intimis et oc-
culto divine essentie / et capacitatem
omnis creature excedente / ante
luciferum genui te / et ideo comple-
ctitur cum i. Cor. 2o Que sunt hominis
nemo videt novit nisi spiritus hominis
qui in ipso est / ita et que sunt dei
nemo cognovit nisi spiritus dei / unde
Crisostomus / in sinu consistere multo plus
est / quam simpliciter videre / nam qui
simpliciter videt / non omnino eo quod vi-
det habet cognitionem / Qui vero in sinu
consistit / nichil ignorat / nullus
enim novit rem nisi attingat
intimum rei / quod quidem intimum rei
sinus vocari potest / et eum perfecte dicitur
cognoscere / dicitur quod sinus est intima
occultum et sinum rei / et ideo dicitur
quod filius est in sinu patris / ad
exprimendam perfectam cognitionem /
quam habet filius de patre / Ex quo patet /
quod si filius est coequalis patri /
tanta habet virtute ad intelligendum /
quanta deus ad essendum / et per consequens
cognoscit eum quantum est cognoscibi-
lis / ergo eum comprehendit / Alia vero
creatura deum cognoscendo non compre-
hendit / quia hic non dicitur nisi de
unigenito filio / qui est in sinu
patris / neque enim divina essentia com-
prehenditur nisi solus deus scilicet pater
et filius et spiritus sanctus / Matth. XIo neque
novit filium nisi pater / notitia comprehensionis /
Hic ergo patet facultas doctoris ad
docendum / Nota etiam quod per hoc quod dicitur
qui est in sinu patris / excludit
errorem quorumdam dicentium patrem
naturaliter invisibilem esse / filium vero
visibilem / et etiam in veteri testamento
visum fuisse / nam ex hoc quod est in
abscondito patris manifestum est quod
naturaliter est invisibilis / sicut et pater /
Et propterea hic de ipso dicitur Ysa. 45
vere tu es deus absconditus / et
ideo misteria divina sunt ubique filii
merito demum per generabilitate patris
et filii / Matth. XI neque novit filium nisi pater

xxx

Ro xviii. 20 Quod nom̄ eius et quod
nom̄ filii eius p nom̄ / Consequenter
ewan declarat et insinuat mod
pam doctrinam tradendi / in con
cludit ipse enarrauit olim enim
unitas filii dei cognitio manifestat
p prophas / qui in tn annunciauerunt
magis fuerunt principes etiam dei
vn dicebat / factum e vm domini
ad me et similia Sed nunc ipse vnitus
filius enarrauit fidelibus / vn ysa.
lii / Ego ipse qui loquor ecce assum
hebre. po / multifarie multisque
modis olim deus loquens in pro
phetis diebus istis locutus e no
bis in filio suo / Et io q doctrina
est excellencior omnibus aliis do
ctrinis / vtpote ab vnico filio tra
dita / hebre. io / Que cum initium
accepisset enarrandi p dnm et c.
Sed quid narrauit / nisi vnum deum
Et ipm et moyses enarrauit deu
teron. / Audi israel dns deus
tuus. vnus est / Quod ergo a mo
moyse ab eis qui audierunt in
nos confirmata est / multo quidem
p omnem modum / quia mysterium trinitatis
/ et alia multa que nec moyses nec
aliquis expressius enarrauit / sicut
pz ex decursu ewangelii / quia aplos
docuit de spiritu sancto dimittenda de mi
sterio trinitatis / et de multis aliis /
que non fuerunt ita explicate tradita
in lege et prophetis / sicut xpc explicat
in ewangelio / vn Beda dicit hoc
ad pñtem referatur / Enarrat quod
sentiendum de trinitatis vnitate / quare
ad eius contemplationem properandum / quibus
actibus sit perueniendum / Si autem referatur
ad futurum / tunc enarrabit / cum electos
suos ad visionem claritatis induxerit /
Et hoc est testimonium iohis / cum
miserunt iudei ab ierusalem sa
cerdotes et leuitas ad eum / vt in
terrogarent illum Tu quis es /
Et confessus est et non negauit.
et confessus est / quia non sum
ego xpus / Et interrogauerunt
eum / Quid ergo / helias es tu.
et dixit Non sum / propheta es tu.

Et dixit non / dixerunt ergo ei / Quis
es. vt responsum demus his qui mi
serunt nos / quid dicis de teipso.
ait. Ego vox clamantis in deserto.
dirigite viam domini sicut dixit
ysaias propheta et c. Supra in prius.
ewangelista dixit quod xpus innotuit
aplis / testimonio iohis / hic plenius
exequitur ipm testimonium / Et primo ponit
testimonium iohis ad turbas / Secundo descri
bit testimonium quod perhibuit de xpo
suis discipulis altera die stabat / vn iohes
et ex discipulis eius duo / Si autem bene
attenderis ea que supra dicta sunt / duo
inuenies testimonia iohis ad xpm,
vnum quod ei tulit in eius absentia,
aliud quod in eius presentia / nisi enim
in presentia xpi iohes testimonium p
hibuisset / non vere dixisset / hic erat
quem quem prius vobis assistit / Et nisi
in absentia tulisset / non vere dixisset,
quem dixi .i. de quo locutus sum
vobis / cum absque esset absens,
vt expositum est supra / primo ergo
ewan explicat testimonium iohannis /
quod de xpo perhibuit in eius
absentia / Secundo quod tulit in eius
presentia / ibi altera die vidit iohes
ihm venientem ad se / et ait Ecce
agnus dei / Dicit autem quod duo testi
monia / quia primum perhibuit iohes
interrogatus / Secundum vero spontaneus
Et ideo in primo testimonio non ponitur
nisi testimonium quod perhibuit / sed
etiam ipsa interrogatio / prima pars
in qua testimonium iohis describitur
in absentia xpi interrogatus / diuiditur
in duas partes / quia primo quaerentibus
iudeis veritatem de seipso / Secundo
vero de xpo / Item primo de sua persona /
Secundo de officio / ibi / Et qui missi
fuerant erant ex phariseis / veritatem
ergo quam de seipso iudeis quaerentibus /
Et ordine describit ewangelista /
primo in quaerentibus insinuat auctoritatem /
Secundo in iohe stabilitatem / Et con
fessus est et non negauit / Tertio
in quaerentibus opportunitatem / ibi / Et
interrogauerunt eum quid ergo / Certo

in Johanne similem vitatis. considera/
tio et dixit non sum / sed ego vox
clamantis in deserto / Et hac ratione sic/
tina loquens circam fiebat / Johannes
baptizasse maxime [illegible].
apud iudeos / ideo ad ostendendam
magnificentiam eius quod xpi / superare
plicat eius testimonium, unde dicit / Et hoc
est testimonium Johannis s. de xpo / sicut
et postea sunt de eo / cum iudei mi-
serunt iudei ab Jerusalem etc. propter
eundem qui cum celebre fuerit fa-
ma Johannis de sua magna sancti-
tate de ipso fuerunt opiniones /
Nam quidam de turba reputabat
eum esse prophetam / alii putabant eum
esse Heliam / aut unum ex prophetis/
alii vero principes dubitabant utrum
non esset / tamen non sicut ceteri homines/
sed maior eis apparet / Quidam
vero potentes sapientes / et scribe
sciebant ipsum quod non esset xpm/
quia xpm in lege promissum sci-
ebant esse futurum ex tribu iuda/
Johannes autem fuit ex tribu levi.
Voluerunt tamen eum allicere ut sibi
nomen xpi arrogaret / Ideo quam
consilio miserunt ad sciendum quis
esset, et eius officium seu dignitatem/
et quid de se ipso sentiret / et quod
testimonium de xpo perhiberet / ut confiteretur/
quod ipse xpus non esset / Et hoc
in medio dicit circa / Et hoc est
testimonium etc. In qua interrogatione/
notatur magna reverentia iudeorum/
ad Johannem / qui mittunt ad eum/
testimonium eius inquirentes / Que
quidem magna reverentia colligitur
ex quatuor. Primo ex mittentium
dignitate / non enim galilei mi-
serunt / sed illi qui propinqui fuerunt
in populo israelis / iudei / qui sunt
de tribu iuda / nobiliores / civitatis
in Jerusalem / et honoriores / psalmo
77 de iuda elegit duces prin-
cipes domus patris mei etc. / Et in
scriptura Jo. 4 salus ex iudeis est/
licet enim omnibus gentibus veniat
xpus / quia ipse desideratus cunctis
gentibus Aggei 2o. Specialiter tamen

interrogare de xpo pertinebat ad
iudeos / tum quia promissa erant pa-
tribus eorum / tum quia ex iudeis secundum
carnem natus / tum quia specialiter propter
iudeos missus / dicit xpus Non sum
missus nisi ad oves que perierunt do-
mus israel / Specialiter autem Johannem
interrogant iudei de xpo / quia
prophetias de adventu xpi cogno-
verunt impletas esse / dicit enim
Gen. 49 Non auferetur sceptrum
de iuda et dux de femore eius
donec veniat qui mittendus est/
Videbat autem iam tunc defecisse
regnum pre gentibus / quia alienigene
principabantur eis / Unde audientes
de sanctitate Johannis / quidam ut dicitur/
putabant eum esse xpm / secundum quod
dicit Luce 3o / Existimante populo
et cogitantibus omnibus de Johanne
in cordibus suis ne forte ipse
esset xpus / Unde ob hanc causam/
miserunt legatos ad Johannem sic
hoc interrogando / Dicunt enim quidam
quod iudeorum pontifices et magistratus
populi / nitebantur persuadere Johanni
ut se confiteretur xpm / amore pa-
trie illecti / quia Johannes ex levitica
fuit / et amore cognationis / quia genere
aaronita fuit / et filius principis sa-
cerdotis / ut Luce primo / Unde secundum Chrysostomum
magis eum volebant habere quam xpm/
quia ipsum xpm / quem despiciebant
contemnebant / dicentes nonne hic est filius fabri etc./
Secundo magna reverentia iudeorum ad
Johannem / colligitur ex preeminentia loci
de quo miserunt / quia ab Jerusalem/
que est civitas regia et sacerdotalis/
et duo ultimi dicta scriptura Jo 4o
vos dicitis quia Jerusalem est locus
ubi oportet adorare. Ysaie 26 / ante
altare hoc adorabitis etc. / Ibi enim
consilia et iudicia fiebant / Quia
ergo ultima fuit locus cathedralis/
tam regum quam pontificum / Ideo de
hac civitate miserunt ad Johannem/
ut si ipse esset xpus / qui est rex
rex et pontifex / ad propriam veniret
sedem cathedralem / ad hanc regalem
[illegible] in civitate, venit xpus ut rex

sedens super pullum asine / sicut predi-
ctum fuerat Zach ix Noli timere
filia syon / ecce rex tuus venit et
Et venit ergo tanquam verus pontifex,
qui se ipsum obtulit sacrificium deo pa-
tri in ara crucis / Tercio ex minori
auctoritate qui fuerunt missi / quia mi-
serunt sacerdotes. Sicut est in lege sa-
pientes / et ornatiores / Et levi-
tas id est in minoribus ordinibus servi-
entes / et qui sollempniores et nobiliores
ac sanctiores erant de populo. Ysa
lxi Vos sacerdotes domini vocabimini
ministri dei nostri / dicetur vobis / Non
ergo fuerunt nuncii contemptibiles / sed sicut
illi quos miserat ad xpm tunc Ie-
rosolimis / ayt xxii Convenerunt et
miserunt sacerdotes ad interrogandum
de xpo / quia cognicio divinorum pertinet
competebat illis / qui constituti sunt in sa-
cerdocio / Unde Mal ii° labia sacerdotis
custodiunt scienciam et legem requirunt
ex ore eius / Et licet hic eis com-
petit ex officii dignitate / multi
tamen eorum degenerant ex vite pravitate /
Unde sicut sunt temporibus nostris / multa sacerdotes
luxuria contaminati / avaricia ditati /
superbia inflati / mundanis implicati /
pauca de xpo cognoverunt / Sic et
nunc multi sacerdotes plus quam pauci
sunt / qui nomen dei despiciunt / et panem
pollutum offerunt / Sed tamen sacerdotes
novi testamenti in multis excedant
sacerdotes veteris / Primo in institu-
cione / quia illi secundum lineam successive
intrabant / Exod 28 Isti vero per
graciam electionis intrant. Actuum vi°
Elegerunt stephanum etc / Secundo in un-
ctione / quia illi ungebantur oleo
exteriori Exod 30 Isti vero interius
inunguntur spiritu sancto / Infra xxx°
Tercio in conversacione / quia illi vaca-
bat actui coniugali / Exo 19 Isti
vacant vite virginali / i Cor vii°
Quarto in predicacione quia illi pre-
dicabant obscura / isti vero predicant
aperta et celestia / ii Cor iii° Non sicut
moyses ponebat velamen etc / Quinto
in oblacione quia illi taurorum hostias
ferunt et tortud / isti spiritualem Mal
primo In omni loco offertur nomini meo
oblacio munda / Sexto in dispensacione
quia illi dispensabant signa ii° Par-
alip x / isti vero dispensant sacramenta
Actuum xiii° ponebat manus super eos
ut acciperent spiritum sanctum / Septimo in
potestate / quia illi ligabant et solvebant
tantum in terra / isti vero in celo et in terra
Mt xviii° Quodcumque ligaveritis etc
Quarto ex hiis que miserunt / ut Iohan-
nes de se testimonium perhiberet / qui tamen
fidem adhibentes eius dictis / ut crederent
Iohannem de xpo testimonium perhibenti /
Unde subdit ut interrogarent eum tu
quis es / quod xpo non faciebat / sed
dicebat ei infra viii° Tu de te ipso
testimonium dicis etc / Quinta res circum-
spectio sunt. De villis et rure mitti-
tur ad civitatem consilio / a sapientibus
populando / Hic sapientes et doctores
ad heremum et solitariam heremitam
mittuntur / sed hec mutacio dextere ex-
celsi / ex quo patet quanta auctoritatis fuit
Iohannes / quia sapientum civitas pen-
debat ad verbum eius ut si dixisset
ego sum xpus / crederent. Ipsi vero acquie-
vissent secundum Crisostomum. Et valde ra-
cionabiliter miserunt ad eum / Sexta interroga-
cione / quia quilibet artifex inter-
rogatur de eo circa quod eius doctrina
versatur / ut medicus de sanitate / le-
gista de consilio / nauta de navigio
et huiusmodi iuxta illud ~~pro~~ ad me lege pacte
Quia ergo sermo Iohannis erat de xpo
racionabiliter nuncii mittebantur ad Iohannem
ut interrogarent eum Tu quis es
Ubi ponitur missorum legacio / que
fuit ad interrogandum de sua persona
de qua fecerunt quattuor questiones /
Prima questio fuit an ipse sit xpus /
Ideo dicunt Tu quis es / Et licet
per hec verba non expresse quererent an
ipse sit xpus / hoc tamen intendebant
in corde suo secundum Crisostomum / ut ex
responsione colligitur dicentis / Ne su eo xc/
na esse. Primo est xpo. Exod 30
Ego sum qui sum / sic dices filiis
Israel / qui est misit me ad vos /
Cum ergo per hec verba Tu quis es /
interrogarent Iohannem / Et est acsi
dicerent Tu ne es xpus / Et subdit

in vel ligi convenia predicare ad xpm

Iohis tempo/tu dicit[1] Et cofessus est et no negauit / et gfessus e/ quia no sum ego xpus / Adeo aut eciam ingeminat hic quod dicit Et gfessus est / vt ondat humilitate iohis / quia licet esset tante auctoritatis apud iudeos / ut eu crederent xpm / no tn honorem sibi no debitum vsurpauit / ymo gfessus est / quia no sum ego xpus / vn e contra in omi mundo iohis humilitas comendat / qui cu esset tante virtutis ut xpus credi posset / elegit tn solide subsistere in se / ne humana opinion inanit rapet supra se / negauit plane se xpm esse / vt veritate loquendo eius membrum fieret / eius sibi nom fallacit no vsurpat / Cu g noluit rape no xpi / factus est membrum xpi / et dum infirmitatem sua studuit humilit cognoscere / eius celsitudinem meruit obtinere / In quo hui iohis multum est imitandus / vn dt Crisost sup mt. Qui primatum desiderat in terra / co fusionem inueniet in celo / nec inter seruos xpi computabitur / qui de primatu contenderit / nec vnusquisque cogitet quomodo maior aliis appareat / sed quomodo omnibus inferior videatur / quia non qui maior fuerit in honore ille inferior / sed qui fuit inferior ille maior / Sed quid est quod dicit Et confessus est et no negauit / videtur quod negauit / quia dixit se no esse xpm / Dicendum quod no negauit sed veritatem quia dixit se no esse xpm / alias negasset veritatem / Iob 31 Si vidi solem cum luceret / et lunam incedentem clare etc / que est inquit maxima / et negacio contra altissimum / Confessus g publice et no negauit sed veritatem / quia quantumcumque fuerit magnus / no est eleuatus in superbia / vsurpans sibi honorem alienum / vn ysa / ideo no negauit / tm vir quantum ysa gfessus est / Et 3o subdit eciam / Et gfessus est / quia no sum ego xpus / quia vere no erat xpus / sup quod

Non erat ille lux etc / Et in ysta triplici gfesse notatur eius stabilitas Iohis / quia no fuit per terrorem coram auctoritate ut deterrerent / a vera gfessione gfessus / quia no sum ego xpus / sed ut quidam viri exprimat / ut ad inquirendum ut hic dicitur machinatur / Et inde aute primum cor eorum tota magis tendens ad mete quenam / qua ad quem / Et hic patet aperte quod Ex cum contra misit iudei ab ierlm sacerdotes et leuitas / Bona intencione venerunt ad ipm / Considerabant enim ex scripturis / et presertim ex prophecia iacob et danielis / quod iam venerat tempus aduentus xpi / vn videntes sanctitatem Iohis / suspicabantur eum esse xpm / et ideo miserunt ad Iohem / quasi scire volentes / Per hic quod dicunt ei Tu quis es / an ipse se xpm fatetur / et ideo coram ministris eorum dixit / no sum ego xpus / Crisost vero dicit quod isti fraudulenter interrogabant eum Iohem / quia Iohes erat cognatus sacerdotum utpote principis sacerdotum filius / erat et strenuus / et tn perhibebat testimonium de xpo / cuius genus humile videbatur / vn dicebant nonne iste est fabri filius / et ignotus erat eis / et ideo impietes magis Iohem habere magistrum quam xpm / miserunt ad eum / volentes eum per blandicias allicere / et inducere ut sibi honorem sibi attribueret gfiteretur se esse xpm / quia quorum maliciam cognoscens Iohes dixit no sum ego xpus / Sed contra aliqui dicunt isti querent originem Iohis et vita / ad quod respondit Tu quis es / Dicendum quod hic quis aliquando querit substanciam / ut quis fecit hoc vel ideo ut ysta 1o Quis est homo ut recordaris eius / Aliquando personam no minacionem ut dicit per sing Quis pater est ille qui se comitatur euntem / Aliquando admiracionem ysa 63 Quis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra / Aliquando virtutis singularitatem / Per illud Mulierem fortem quis

inveniet aliquem inter alias conditiones
quam persone dignitate vel prelatum
ut si inspiciat aliqua persona ma
gna dicatur quis est hic / an rex
vel episcopus. Psalmus: quis est iste rex
glorie / Quidam ergo quia licet iudei sci
rent originem vitam et non Johannes
tamen dubitabat de eius dignitate
ideo quesierunt ab eo / tu quis es
Indignum enim iudicabant Johannem
subiacere xpo / propter multa / scilicet propter
generis illustre / propter vite eminentiam
Et propter omnium mundanorum despectum
quorum contraria videbantur in xpo
In genere vile / quia dicta et
vestita / propter que magis volebant
habere Johannem magistrum / quam xpm
Sed Johannes confessus est et non negavit
Et confessus est quia non sum ego
xpus / Devoti enim famuli est
non solum non rapere gloriam domini
sed et oblatam a multis respuere
ut dicit Crisostomus / Et hanc humilitatem
non habuit lucifer / qui sibi gloriam
divinitatis voluit usurpare dicens
In celum conscendam et ero similis
altissimo, Ysaie xiiii. Hanc etiam
humilitatem non habuerunt primi parentes
qui similitudinem sapientie sibi voluerunt
usurpare / Genesis 3o eritis sicut
dii scientes bonum et malum
Sic et hodie sunt multi / qui quasi
superbiendo ceteros contempnunt / si
miles lucifero / qui plus vo
lunt sapere quam oportet / cum tamen nemo
debeat arrogare quod non est
nec gloriari in aliquo sicut quod est
Unde Seneca dicit epistola 41 Quid
stultius est quam in homine aliena
laudare / Quid eo dementius qui
ea miratur que ad alium transferri
protinus sunt / Et Jeremie ix non glorietur
sapiens in sapientia sua / nec dives
in divitiis suis, nec fortis in for
titudine sua / sed in hoc glorietur
qui gloriatur scire et nosse me / Ex
quo patet quod sancti viri dum in vita sunt
laudantur: statim propriam ad eorum
veniunt / ne delectatio vana eos fallat

contemptam / Unde beatus Gregorius in mora
libus: sua iustos terreat / iniquos
exaltat / sed iustos quod terreat
purgat / iniquos dum letificat
reprobos monstrat / Nec mirum quod sancti
in laude sua terreantur / quia dicit
Seneca in epistola ad Heliodorum plu
res hoc ipso placere ceperunt quod placere
contempserunt / Et mirum in modum du
lcis de vita appetitur hec etc
Si que igitur sunt bona non est de
illis gloriandum / nec pro illis laudes
humane sunt appetende / sed totum
quod est vel videtur esse bonum in deum
est referendum / Unde beatus Bernardus super cantica
dicit laus in nobis referatur ad
ipsum laudatorem / virtutum auctorem
non sicut quemadmodum ab ypocritis
nec sola consuetudine / sicut a phariseis
sed nec munere quod / sicut inuncta
secundis honoribus applicatur
sed sicut decet sanctos / sinceritate
solida, devotione sollicita, hylaritate
grata, sed non dissoluta. Talis
fuit Johannes qui laudem omnem
in suum creatorem direxit, nec voluit
reputari quod non erat / ut inde
verius illud fieret in quo erat / Etiam
confessus est et non negavit. Et veritatem
Et confessus est quia non sum ego
xpus. Ex quo sequitur 3o quod viri
sancti quo magis in sanctitate proficiunt
eo magis et amplius in aspectu
dei humiliantur / Ita sancti quotidie
vitam suam discutiunt / quo plus
humiliantur / Unde beatus
Bernardus super cantica dicit Si te ad
lumine veritatis intus in tuo puro
palpacione diiudicares / non dubitares
quin humiliareris / tu in oculis tuis
et quanto altius proficeris / tanto
amplius invenies quod te humiliet
Nec mirum quia quanto magis domus
sunt illuminata, tanto plus deteguntur
in ea que sunt displicabilia / vel non
tuta. Propterea viri sancti in omnibus
operibus suis sunt circumspecti et provide
Unde eo surgunt / quo se habebat
in aspectu dei per noctem. In vespera

qui vadunt cubatum recolunt quid
egerunt per diem / attendunt dilige-
ter / quantum profecerunt et quantum defecerunt /
quales sunt in affectibus / quales
in moribus / quam placent quam dis-
plicent deo / quam prope et quam longe /
non locorum intervallis / sed morum
affectibus / discutiunt que peccata que
commiserunt per negligenciam / vel que
olim per contemptum / aut nequiciam
perpetraverunt / recogitant quam negli-
genter sua corda custodiunt / et
tempus expendunt / et que mala
sine suis operibus olim imposuerunt /
pensant quam neglientes sunt
in oracione / quam remissi in virtutis
operacione et operis execucione / quam
vani in cogitacione / quam neglige-
ntes ad penitenciam / tepidi ad tem-
ptacionibus resistendum / et remissi
ad proficiendum / considerant quantum
in eis olim viguit cupida vo-
luptatis / curiositatis et vanitatis /
dum quasi omnia sua vana cogitaciones et
opera disposuerat / quia eciam quantumcumque
bona videantur / vel reddat nichilominus
tamen sunt quasi pannus menstruate /
defectibus plena / tanto magis effectu
ipso humiliores reddent / quanto
plus discussionem solerti / magis se
suis pluries defectibus inveniunt /
non est ergo quo debeat homo peccator
superbire / licet non respuat hostis
laudis quandam eis porrigere /
et mercede vane glorie ipsos circum-
venire / unde dicit gregorius vi° mo-
ralium / iustum bene vivunt / valde ti-
mendum est / ne mens de perfectione rebus /
de gloria singularitatis gliscet / nam
sicut eundem xxx moralium / hostis
hoste que perfecerunt moritur / quia
de culpa qua superat elevatur /
Talis itaque non fuit Iohannes /
nam ipse noluit accipere vane
glorie / sed voluit humilia de se
sentire / dicens non sum ego Christus /
Econtra vero iudei quamvis vide-
bant messiam eius in lege promissum
cum feruenti desiderio ex-
pectare / recientes tamen per superbia

nolebant agnoscere / ne in persona de-
clinatem reverenter assumere / sed
humilia et despicientes / et alta respi-
cientes / volebant iohannem Christo prepo-
nere / nam ipsa sicut Augustinus libro
de salutaribus documentis est peccatorum
inicium et finis et causa / quia non solum
est peccatum superbia / sed eciam nullum
peccatum potuit aut poterit esse sine
causa sequitur secunda questio ipsa in re-
gione / Et interrogaverunt eum quid
ergo helias es tu / Et dixit non
sum / Ubi notandum sicut Crisostomus / quod
prima questionem maliciose excogi-
tassent / volentes eum per bland-
icias allicere / immo dicto / Si ubi es-
set non sum ego Christus / dixisset / quod
non simplicitati suad / nec sic veniam
interrogare / sed ut dolose con-
cepti ex ipsa racione quod captiuet
manifestum effecti / ad alia questionem
se converterunt / dicentes / Quid ergo / sic es
tu / Si non es Christus / an forte he-
lias es tu / Ecce / simplicitatis: eum
esse heliam / putabat esse tempus adventus
Christi / nam ex quo ipse non erat Christus
putabant eum esse heliam qui pre-
venire debet adventum Christi / per quod
dominum / quod a populo iudeorum sicut
expectabatur Christus venturus / ita
et helias Christum precessurus / Malachie
ultimo / mittam vobis heliam
prophetam / antequam veniat dies domini /
Et ideo videntes quod maior erat /
quia iohannes non confitebatur se esse Christum /
instant quod saltem confiteatur
se esse heliam / Et hic est quod
dicunt / Quid ergo helias es tu /
Iudei enim legerant de helya ex-
cellenciam sanctitatis / magna enim erat
in conspectu domini / legerant eciam de eius
magna abstinencia / quia manebat
circa torrentem et a corvis pa-
scebatur / legerant eciam de eius hu-
militate et regione vestitu / erat enim vir
pilosus et zona pellicea accinctus
renibus / legerant eciam
de eo vite magnam castitatem / et
correctionis severitatem / quia non
applaudebat achab regi / sed quia

ingesserat, mittens Naboth, dixit ei:
in loco hoc in quo linxerunt canes san-
guinem Naboth, lambent quoque
sanguinem tuum. 3 Reg. xxi. Et quia
iudei in Iohanne videbant quasi omnia
in excellencia fulgere: austeram
austeritatem, mundiciam castitatis, cultu
solitarie, quibus ardorem et severitatem
correctionis, ut habet infra. Ex his
ergo similitudinibus sacerdotes et levite
suspicabantur Iohannem Heliam esse.
Sed d. ad quid cum iudei scirent Io-
hannem esse filium zacharie, videtur
quod inepte querebant an esset Helias.
Potest dici quod Iohannes adhuc puer
intravit in desertum, secundum quod etiam
de eo canit ant. Deserti etc. Et
mansit ibi usque ad tricesimum annum,
Luce 3o. Unde iudei poterant ob-
livisci an ipse esset filius zacharie,
vel saltem ipsius notitiam poterat
non habere, propter mutacionem persone.
Quidam enim hebrei dicunt, quod anima
de corpore transmittitur in corpus,
et hoc dogma tunc temporis erat
antique apud iudeos. Unde crede-
bat, quod propter similitudinem operum ad He-
liam, anima Helie esset in corpore
Iohannis. Et dicunt isti, quod iudei que-
rebant a Iohanne an esset Helias,
id est an anima Helie esset in Iohanne.
Et adducunt pro se id quod dicit dominus
de Iohanne Mt xi. Et si vultis recipe-
re, ipse est Helias. Sed statim contra-
dicitur per ipsum Iohannem dicentem: non sum
Helias. Ad quod ipsi respondent,
quod Iohannes ex ignorancia respondit,
nesciens an anima sua esset anima He-
lie. Sed contra hoc Orig. dicit quod
valde est irrationale quod Iohannes
tanquam propheta a spiritu illuminatus
et de deo unigenito tanta e-
narrans, ignoraret de seipso an
anima ipsius umquam fuit in Helia.
Non ergo erat intencio querencium
Helias esset tunc. Sed quia sciverunt
ex scriptura, 4 Reg. 2o, quod Helias
non fuit mortuus, sed vivus raptus
est per turbinem in celum, credebant
eum subito inter eos apparuisse.
Sed contra hoc est, quod Iohannes ex notis paren-
tibus erat natus, et eius nativitas
omnibus erat nota. Dicitur enim Lu-
ce 1o quod mirati sunt universi et po-
suerunt in corde suo dicentes: quis
putas puer iste erit. Ad quod potest
dici, quod non est incredibile, quin ita
estimaret de Iohanne sicut de Christo esti-
mabat plebs Herodes, Mt xiiii°, quod Hero-
des credebat de Christo quod esset Iohannes
quem ipse decollaverat, et tamen dum
adhuc Iohannes esset decollatus,
Christus predicaverat, et notum fuerat.
Et Io. [illegible] amentia et rapacitu-
dine iudei querere potuerunt a Iohanne
an esset Helias. Sed quid est quod Iohannes
videtur dicere: non sum Helias, cum Christus
dicat Mt xi: ipse est Helias. Et
Marc. 9: Helias venit. Hec autem
questio solvit angelus Luce 1o dicens:
ipse precedet ante illum in spiritu et virtute
Helie. Non ergo fuit Helias in persona,
sicut estimaverunt iudei, sed in spiritu
et virtute, sicut intellexit Christus. Unde
Greg. in omelia: Quod dominus de
spiritu fatetur, hoc Iohannes negat de
persona. Et istud sic erat, ut discipulis
spiritualibus spiritualem sententiam Christus
diceret, et Iohannes turbis carnalibus
non de spiritu suo, sed corpore respondet.
Et quod hic dicitur de spiritu, secundum
quem Iohannes fuit Helias, non intelligitur
de anima, que eius est spiritus, quod illa
intrasset Iohannem, ut quidam hebrei
dicebant, Heliam esse quendam spiritum
unificantem corporis Iohannis baptiste,
vel eundem spiritum unificante esse in
utroque, sed intelligitur de spiritu sancto,
qui docuit Heliam esse quendam spiritum
in cuius virtute Iohannes vixit et operatus
est sicut Helias. Hoc firmabat angelus
cum nunciando zacharie nativitatem Iohannis
dixit: Spiritu sancto replebitur adhuc
in utero matris sue. Non ergo fuit
Helias in persona, sed in spiritu et virtute,
quia secundum similitudinem Helie in suis
operibus videbat virtute. Sic etiam
dictus est angelus Mt xi, non natura
vel persona, sed officio et vita.

Et autem attendi similitudo quantum ad
tria. Primo quantum ad officium quia
sicut Helias preveniet adventum domini
secundum ita Johannes precessit primum, unde
et angelus dixit: ipse precedet ante
illum. Et de Helia dicitur Malachie
ultimo: Mittam vobis Heliam prophetam
antequam veniet dies domini magnus
et horribilis. Secundo quantum ad vivendi
modum quia Helias in deserto mora-
batur, pane parco cibis utebatur
et duris vestibus operiebatur, ut
dicitur 3 Regum 19. Et 4 Regum primo.
Et Johannes morabatur in desertis,
esca eius erat locuste et mel silvestre,
vestimentum eius erat de pilis came-
lorum et zona pellicea circa lumbos
eius, Marci primo. Et Mathei 3. Unde per
quo Crisostomus dicit: non de lana tamen
vestimentum habuit ne ipsa mollicies
vestimenti delicata faceret membra
et ipsa delicacitas virtutem paciencie
emolliret, sed de asperioribus setis
cameli ut ipsa asperitas ad virtutem
paciencie animum excitaret. Nam omne vestimentum
ad tres pertinet causas, aut ad speciem
visionis aut ad delectationem corporis
vel ad tegumentum nuditatis. Ad
speciem visionis hec vestimenta hominis
dei non convenit. Similiter ad delectationem
corporis vestimentum deo servientibus
non est aptum, sed tantum ad tegumentum
nuditatis. Hec ille. Tercio quantum
ad zelum quia Helias fuit maximi
zeli, unde dicebat 3 Regum 19:
Zelo zelatus sum pro domino domino.
Sic Johannes zelo veritatis mor-
tuus est, Marci xiiii et ex zelo
corripiebat Herodem et Herodiadem,
Mathei 3 et phariseos etc. Deinde cum
dicit: Propheta es tu, ponitur tercia interro-
gatio. Et subiungitur statim eius
responsio: Respondebat enim: Non. Ubi queritur
si erat propheta. Et ipse dicit quod non. Dicendum
diceret aliquis quod Johannes vere potuit
intelligere se non esse prophetam, in scripto
sicut Luce primo: Et tu puer propheta altis-
simi vocaberis, sic dixit Zacharias
pater eius. Et dominus dixit eum plus
quam prophetam, Mathei xi. Dicendum quod

sicut iudei tribus modis. Primo
secundum Augustinum et Gregorium quod Johannes dixit
se non esse prophetam, loquebatur in
persona, ut sit sensus: Non sum propheta
scilicet tantum sed plus quam propheta, sicut eum
vocabat Christus Mathei xi, quia non
solum Christum venturum predicavit sed
et presentem demonstravit. Vel sic non
sum propheta scilicet officio sed prerogativa.
Johannes enim quamvis haberet spiritum
prophecie tamen erat plus quam propheta,
quia habuit officium maius et di-
gnius prophetali, scilicet ut dominum predictum
a prophetis sensibiliter exhiberet.
Pro maiori gradu et clariori cognitione
dicitur Johannes maior prophetis. Et ita
Johannes non erat propheta simpliciter sed
plus quam propheta. Nam alii prophete solum
futura predicebant et a remotis,
ut Abacuc 2: Si moram fecerit
expecta eum quia veniens veniet.
Johannes vero Christum presentem annunciavit
et digito demonstravit, infra eodem
dicens: Ecce agnus dei, quod est plus
quam prophetam esse. Pro quo inducitur
id quod ponit sanctus Thomas
secunda secunde q. 171 articulo primo in respon-
sione dicens, quod prophetia primo et principaliter
consistit in cognitione, quia videlicet cognoscunt
quedam que sunt procul remota
ab hominum cognitione. Et Ysidorus
in libro ethymologiarum dicit quod prophete dicuntur
quasi prefatores, eo quod porro fantur
a remotis fantur et de futuris vera
predicant. Et ideo tamen iudei querebant
de propheta et officio predicandi prout
sicut propheta predicat futura, respondit
se non esse prophetam, secundum Crisostomum. Item
tamen sed tamen erat plus quam propheta
pro quanto Christum presentem demonstravit, et quia
prerogativa excessit hii secundum Augustinum,
vel quia officium principale prophete est futura
predicere, istius autem officium fuit
non solum prophetare, sed et penitentiam
predicare, baptismum ministrare
et veritatem demonstrare. Secundo sicut
iudei secundum Augustinum quod iudei ex ma-
lo intellectu tres excellentias per nass

futuras credebat, ita adventum
Christi, scilicet ipsum Christum, Heliam et quendam
alium maximum prophetam, de quo dicitur
Deuteronomio 18: Prophetam de gente tua
suscitabit tibi dominus, ipsum audies.
Et licet hic magnus propheta secundum ve-
ritatem non sit alius quam Christus,
tamen secundum iudeos est alius a Christo,
et ideo querunt non simpliciter utrum sit pro-
pheta, sed an sit ille propheta maximus.
Quod quidem ex ordine questionum
apparet, nam primo querunt an sit Christus,
secundo an sit Helias, tertio an sit propheta,
scilicet maximus. Unde in greco non ponitur
hic propheta absolute, sed cum arti-
culari dictione, que denotat determinationem pro-
fectam antonomastice. Unde Origenes:
Cum plures prophete sint in Israel,
unus de quo Moyses dixerat
expectabatur. Preter singulos autem
prophetas, propheta plus esse notat unum in
eorum qui fuere, quem Moyses propheta-
verat, quod sicut Moyses medius
staret inter deum et homines, accepto
testamento traderet discipulis. Hunc autem
non Christo attribuentibus ipsum esse
Iohannem putabant. Iohannes autem
sciuit quod Christus ille propheta esset,
ideo dixit: non sum, scilicet ille propheta
de quo dixit Moyses. Tertio ex
Phariseis movebatur contra Iohannem, quod
sibi officium baptizandi preter le-
gis ordinem et eorum traditionem as-
sumpsisset. De tribus autem legitur in veteri
testamento, quibus competere
poterat baptizare, scilicet Christo: Ezechielis
36 dicitur ex persona Christi: Effun-
dam super vos aquam mundam.
Item de Helia, de quo dicitur 4ti
Regum 2o, quod divisit aquas Ior-
danis, et turbine raptus est.
Item de Heliseo, qui Naaman Sy-
rum lavari fecit septies in Ior-
dane, ut mundaretur a lepra, ut
legitur 4ti Regum 5to. Videntes
ergo iudei Iohannem baptizare, cre-
debant eum aliquem illorum esse, scilicet
Christum, Heliam vel Heliseum. Et ideo
in hoc querunt: Propheta es tu? interro-
gant, an sit ille qui sibi prefigurabat
baptismum, scilicet Heliseus. Et di-
cunt singulariter propheta propter multa
miracula que fecerat. Unde et ipse dixit,

4ti Regum 5to: Ut autem sciat prophetam
esse in Israel. Et sic hic Iohannes
respondens dixit: non sum, scilicet Heliseus,
nec alius quem ipsi credebant. Hono-
rabat autem loquendo de hiis tribus
negationibus, quia Iohannes negando
se Christum esse excludit a se alti-
ssima dignitatem; negando se
Heliam esse excludit a se beati-
ssima felicitate; negando se prophetam
esse excludit a se sapientie nobili-
ssima claritate, de quorum trium
fama ut opinor solent plurimi
se iactare. Ex quo Iohannis humilitas
commendatur, qui non solum aliorum
gloriam rapere nolebat, sed etiam
oblatam respuebat. Deinde in-
ducit quarta: Dixerunt ergo ei:
Quis es? Ponitur quarta questio
positiva, cum prius Iohannes ostendit
in suis responsionibus quid non esset,
hic ostendit quid est. Et ponitur primo
interrogatio, secundo responsio, ubi ait: Ego vox clamantis
in deserto. Quantum ad primum dicit:
Dixerunt ergo iudei ei, scilicet
iudei nuntii: Quis es? scilicet dicito
nobis, ut responsum demus hiis qui
miserunt nos ad te, quasi dicerent:
nuntii ad hoc missi sumus ut
sciamus quis es. Ideo dicas no-
bis. Quid dicis de teipso? quasi
dicerent: audimus te de Christo
predicare, sed de te nichil maius
asseris. Ex quo ergo nec es Christus
nec Helias nec propheta, dic ergo
nobis quid dicis de teipso, cuius
status et conditionis es, ut responsum
afferamus. Pro super illo Iob 38:
Quis dedit gallo intelligentiam?
dicit quedam glosa interlinearis: quia
hii quibus importat novitatem,
quia interrogatum claritate et
predicationem et firmitate et sanctitatem.
Cum igitur isti dixerunt ad Iohannem:
Quis es? volebant de eo audire
aliquid novum, rarum et firmum,
sive certum. Non enim dicitur bonus ma-
nens sine certo et bono responso. Proverbiorum
xxvij: Sicut de speculo cadit sapiens
explicat in cogitationibus et sta-
nt unde tibi firmitate et clo-

/quia veritatis et ideo nuntij querunt
ab eis. scilicet dicito nobis ut re-
sponsum demus his/ qui miserunt nos/
non enim sufficiebat eis de persone
specie/ quid non erat nisi etiam scirent
quid esset/ Et ideo addunt Quid
dicis de teipso/ quasi diceret/ Tu tam
dignum et nobile officium suscepi-
sti predicando baptizando adve-
ntum et appropinquationem regni dei
narrando/ et horum factorum signa
in christo/ Sed attendendum iohannes
dicendo et cum enim impleuit quod
apostolus dixit Galathas 2o. vivo
ego. non iam ego. vivit autem in me
christus et ideo non respondit/ Ego sum
filius zacharie/ vel talis et talis/
sed solum id in quo christum seque-
batur/ unde dicit Ego vox clamantis
in deserto etc./ In qua responsione pro-
primo exprimit suam ad predicandum
ydoneitatem/ cum dicit ego vox/
Secundo vim ad predicandum prelativa
dignitate cum addit. clamantis/
Tertio sue predicationis opportunitatem
cum subdit/ in deserto/
Quarto sue predicationis sufficientem
utilitatem/ cum dicit dirigite viam
domini/ Primo ergo exprimendo suam propriam
ad predicandum ydoneitatem dicit
Ego vox/ Glosa/ non dicit ego sum
homo/ vel iohannes/ vel filius za-
charie/ Non enim in se considerat
humana existencia/ vel generationem/
sed despicit omnia/ que intra videntur
continere/ nulla in se fatetur substantiam/
per habundantiam gratie. qua excedit
omnem creaturam/ dicit autem se vo-
cem/ quia de ratione vocis est/
quod sit signum ducens in alterum/
scilicet in verbi conceptum in mente. Tota
enim ydoneitas vocis/ ordinatur
ad expressionem verbi. ideo iohannes
dicens se esse vocem/ confitetur
se esse ydoneum ad verbi sui christi
manifestationem/ Sic ergo filius
dei dicitur verbum ita precursor eius
dicitur vox/ Ergo de ratione vocis est
/quod respectu verbi sit notitia prior/ origi-
ne tamen posterior/ quia secundum rationem
originis. verbum prius concipitur quam
vox formatur/ et ideo iohannes con-
fitetur esse vocem/ quia respectu christi

notitie/ hominibus manifestande/
fuit notitia prior/ origine tamen
fuit posterior/ prout inferius confite-
tur/ Qui post me venit ante me
factus est/ verbum enim in corde con-
ceptum/ cognoscitur per vocem prolatam/
cum sit signum eius/ deus autem per
precursorem iohannem misit/ in hoc
seculum/ ut verbum suum ab eterno con-
ceptum annunciaret/ Ideo iohannes dicit
se vocem esse/ Tercio de ratione vo-
cis est/ quod sit sonus et non sensus/
Est enim differentia inter sonum et sensum
/quia sensus operatur intus in in-
tellectu. vox autem operatur exterius
in aure/ et non interius in corde/
vel in intellectu/ Sic iohannes inspirat
sicut et nunc omnes ecclesie catholice
predicatores. docebat exterius/
christus vero qui est verus magister qui
mentem illuminat et veritatem ostendit/
/docuit et docet intus/ Quarto sit
quod nisi sit intus qui doceat/ in va-
num lingua doctoris laborat/
Quinto/ quia vox transit/ verbum
autem permanet et ideo iohannes dicit
se vocem esse/ per quod ostendit
se esse transitorium/ sed christum qui
est verbum permanere/ unde dicit
infra iii o Me oportet minui illum
autem crescere/ Sexto vox propinquior
est verbo/ quam sonus/ quia sonus
quia primo sonus auditur/ deinde
percipitur quod est vox/ et tandem
verbum quod dicitur per vocem/ Sic iohannes
propinquior est christo/ quam alij
prophete/ quorum prophetia fuit/ qui longe
retro locuti/ quia iste de propinquo
illum vero a remotis indicabat/
Glosa super Lucam. vox est sonus
confusus/ nullum secretum cordis osten-
dens/ sed tamen significans quod ille qui
clamat/ aliquid velit dicere
verbum autem est sermo rationalis/ in-
terius cordis aperiens et ideo iohannes
dictus est vox/ non verbum/ quia per iohannem
hominibus deus non demonstrauit sua con-
silia dei contritionem inducit. Prelata/
sed hic sermo/ quod deus aliquid
hominibus manifestare meditabatur/

Postea vero per unum sunt. i. filium ple
nissime misterium sue voluntatis
aperuit. Fuit autem vox ista clara
suavis et terribilis. Clara quidem
fuit primam annunciando non rauca
qualis est detractorum nec blesa
qualis est adulatorum. Fuit etiam
suavis xpm in carne manife-
stando. Cant. 2o Sonet vox
tua in auribus meis, vox enim tua
dulcis. Terribilis quoque fuit
futurum iudicium preminando. Math. 3o
Genimina viperarum quis ostendit
vobis fugere a ventura ira.
Item fuit clara et alta divina pre
nunciando. Suavis corda devotorum
dulcorando. Terribilis vias pec-
catorum corrigendo. De ista voce
dicitur in ps. Vox domini in virtute etc.
Deinde ostendit cuius sit ista vox
quia clamantis. Et hic quidem
potest intelligi dupliciter. Ut scilicet sit ipsius
Christi clamantis vel Christi clama-
tis in ipso. scilicet Iohanne secundum illud 2 Cor.
ultimo. An experimentum queritis eius
qui loquitur in me xpus. Et ideo
hic sic ostendit quod Iohannes illius
quem predicat exprimit potentiam
et maiestatem ex cuius virtute loquens
loquebatur. Clamat autem secundum Orig.
ut astantes audiant immensitatem
eorum que dicuntur. Vel secundum Theophi-
lum. Clamat enim qui veritatem ma
nifeste annunciat. Et ideo ut ostendat
quod xpus in Iohanne et in se mani-
feste loquebatur. Et clamantis
ipsa vox Io. In novissimo magne
festivitatis die clamabat loquens
illius. Antea enim qui in lege erant
non clamabant quia enigmatice
loquebantur et obscure. Unde dicit
in ps. Tenebrosa aqua in nu
bibus aeris i. obscura interna
in prophetis. Et sic designat eciam cla
mor in iudeis mentalem elon
gationem. Clamor enim fit ad di
stantes. Iudei vero fuerunt a deo
mente elongati. secundum illud Ps. Et
longasti a me amicum et proximum.
Ideo necesse fuit clamare. Tercio

designat eciam clamor in iudeis su
rditatem per superbiam et elationem. Ysa.
42. Quis surdus nisi servus meus.
Surditas enim causatur ab evapo
ratione elevata ad cerebrum. Et ide
in frigiditate sicut dicitur in libro
de sompno et vigilia. Quem va
porem superbie xpus destruxit.
Quarto designat eciam clamor in
iudeis iram dei quam incurrerant.
Clamat enim quis cum indignatione
loquitur. Ps. Loquetur ad eos in
ira sua. Consequenter ostendit ubi clamat
cum addit in deserto. Ita in deser
to predicat ostendit usque in diem
ostensionis sue ut Luc. 3o. Factum
est verbum domini super Iohannem Zacha
rie filium in deserto. Et hoc potest
esse racio litteralis. Et mistica
litteralis quidem. Ut in deserto ma
nens immunis esset ab omni peccato
ut sic dignior esset de Christo
testimonium ferre. Et ut ex vita sua
testimonium illius credibilius esset
hominibus. Mistica autem ratio dux
est. Una per desertum gentiles de
signantur secundum illud Ysa. 54.
Multi filii deserte magis quam
eius que habet virum. Ut ergo ostenderet
quod doctrina dei deserto non deberet
esse in iudeis tantum sed in gentibus
clamat in deserto. Math. 21o.
Auferetur a vobis regnum etc.
Alia per desertum intelligitur iudea que
iam erat deserta. Math. 23. Ecce
relinquetur domus vestra deserta.
Clamavit ergo in deserto i. in iu
dea ut per hoc daret intelligi quod
populus cui predicabat iam destitutus
erat a deo. Ps. Intra deserta
in via et inaquosa etc. Unde Greg.
In deserto clamat quia in dere- [in dare]
delicte atque destitute solacium sue
redemptionis annunciat. Eo deus
in deserto ostendit sue proprietatem
tatem. Quia iudea doctrina et
patrum coquitur et xpi indigebat.
Similiter in loquendo secundum Augm.
desertum potest hic indiui (?) ...

arto namque videmus sterilitatem /
fructuum / horrorem bestiarum / et
defectum aquarum / hiis enim omnibus
filii israel molestati fuerunt / ad litteram
in deserto / Et mundus iste / sterilis
est a verbo spirituali Amos viii
immittam famem super terram non
audiendi verbum dei / bestiis ha-
bundat i. bestialibus viciis Za-
phonie iii° In medio eius omnes
bestie gentium unde de quibusdam
hominibus mundanis dicit apostolus ad
Thitum primo Cretenses semper
mendaces male bestie ventris
pigri / Habet et penuriam aque
sapientie et gratiarum Osee iiii° Non
est veritas non est scientia super terram /
de ysto tercius dicit Augustinus in sermone
desertus est hic mundus ab in-
cultura fidei / et amoris dei et
peccatorum spinis obsitus squale-
bat / et tanquam ager incultus
et penitus nullam bonorum operum
fecunditatem attulerat / nam ym-
brem gratie fecerat spiritualis in
hoc deserto id est mundo xpistus cla-
mavit / magis docens et predicans /
in eo / quem mundum sua passione
restauravit / Ipse enim advenit venit
in mundum ut peccatores vocaret
ad penitentiam / unde et eius precursor Io-
hannes predicavit in deserto peni-
tentiam Matthei 3° / Semper quoque et xpistus
clamasse legitur in fine sue pa-
ssionis / in quo commemoratur sem-
ritas vere salutis / Michee vi
Vox domini clamat et salus erit
omnibus timentibus nomen suum /
Vel etiam per desertum designari pec-
catrix anima a deo destituta /
unde Bernardus Augustinus in sermone. vacua
pectora et spiritu sancto carentia de-
serto squalentibus herem comparantur
unde conqueritur dominus per Jeremiam prophetam
c xii° / dederunt porcionem meam
desiderabilem in desertum solitu-
dinis / porro desiderabilis est
anima / quantum ad superiorem partem /
in qua deus habitare desiderat /
Proverbiorum viii° / delicie mee esse cum
filiis hominum / In hoc deserto clamat

xpistus gratie habundancia in eo quod
animam quibuscumque peccatis obnoxiam
ad se libenter invitat / iuxta id
Matthei xi venite ad me omnes qui
laboratis et onerati estis Item
clamat implere eam larga miseri-
cordia Johannis vii° dicens / Si quis
sitit veniat ad me et bibat /
Deinde declarat eciam quid lo-
quens clamat quia dirigite viam
domini / Et merito quia adhuc in
utero erat Luce primo Tu puer
propheta altissimi vocaberis / pre-
ibis enim ante faciem domini parare vi-
as eius / unde ad litteram / Hec vox
clamat Johannes in deserto Matthei 3°
venit Johannes predicans in deserto
et clamavit dirigite viam domini /
ubi quarto Johannes ostendit sue
predicationis summe utilitatem /
quasi diceret / ad hoc est finaliter
mea predicatio / ut dirigatis
vias domini i. per fidem et opera-
sim glosam per quam xpistus ingredi-
tur ad nos / et nos ad illum / quasi diceret
ia est via directa / qua xpistum intro-
ducat in nos et nos induat ad
xpistum / Vel dirigite vias domini /
i. rectas facite vias que ducunt
ad dominum / Hec autem via est / cum
totus homo subicitur deo / Recti-
tudo enim est / ut res habeat id quod
debet habere / Hoc autem habet / quando est
in suo situ sicut homo
est / ut in mente sit sub gratia
dei et appetitu eius / Cum enim ho-
mo peccat / a situ et appetitu suo
deviat / et per hoc non est sub recti-
tudine Beda super eam si re-
ctus dominus et non est iniquitas
in eo / Rectus dominus / rectum fecit
hominem / staturam dedit ei rectam /
forsitan ut ista rectitudo exterioris
et vilioris figmenti / Hec illud
interiorem / qui ad ymaginem
dei factus est / spiritualis sue recti-
tudinis commonere / admoneret / et
decori huius deformitate argueret
animi / Absurdum enim indecens est /
qua recto corpore incedere / et curvum

gere am/ Et io dt Aug li
de doctrina xana nō discordet
cor tuū a facie tua. nō habeas
faciem sursū, et cor deorsū vel
via dom̄ qua venit ad nos et
nos ad ipm̄ ascendimus ē prima
s' glosam/ Et licet ista via sit
arta ducit tn̄ ad celeste palaciū/
Baruch 3o Si in via dei am
bulasses habitasses vtiqz in pa-
ce sup terā s' vincērit/ sequa in
ps porro mea domine sit intra
vincitur/ Reg/ Preparate corda vra
dno et seruite illi soli/ vel via
dom̄/ sut eq mādata/ q tempe
io haniis a ppls fuabant obliq/
/qua sim intem litalem/ et aspic
bat legem pp̄t comod tpale/
/Intencio enim talis obliquat
viam dom̄/ ppr quod hebi's io
d'i ut dirigant viam dom̄/
vz' ut spūnali cognoscant
iudei xpm esse dom̄/ et ut nō
intendant tpale comod/ nec
expectent a xpo mundanū lu
crū vl regnū/ Hec aut duo ob
liquācia viam dom̄/ fuerūt eis
porissima causa nō suscipiendi xpm/
/Sed instat̄ con illam/ videtur
q ioh'es hortet ad impossibile/
ddo dirigite via dm̄/ quia dr'
Jerie xo/ Scio domine quia nō
est homis via eius/ neqz viri
ut dirigat gressus/ Rndet ad
direccō vie est p gram et cari
tatē/ q a solo deo est/ sed paracō
ad direccō quātū in nobis ē/
est facienda/ et hec sufficit/ vn
Greg' via dom̄ ad cor dirî
git/ cū sermo vite humiliter audit'
et cū ad preceptū implendū mētis
paratur/ Quisquis ergo in supbia
mentem elevat/ quibusqz avar
cie estibus anhelat/ quisquis
luxurie inquinacōnibus pollūt
corde hostiū/ contra veritate
claudit/ ne ad se dns veniat/
via ergo ad recipiendū deū parata/
et recta est. via iusticie sm illud
ysaie 26 Semita iusti recta

Huc enim semita iusticie est recta/
qn̄ totus homo subicit̄ deo sm q
intellectus p fidem/ voluntas per
amorem/ et opacō p obediencia/
Et addit̄ testimoniū scripture cum
subdit̄ Sicut dt ysaias ppha
s' c. xl/ Et sunt ista vba Johis
clamantis vl baptiste. q. d. sic
ille dixit iudeis/ sic ego dico
vobis/ Et exor notat̄ iohis
excellencia/ q ysaias de eo pro
phetauit/ Sunt ergo iohes primo
sor testimoniū de ysaia et forte ma
gis videat volun illius pphe/
vt illud doctore fuit vnqua/
quia cū adhuc esset puulus
hemud intrauit/ sed reuelante
spū scō didicit pphiam et eam
de se ipo esse cognouit/ vn ista
vba dirigi sunt ad pdicatores
vi dei/ quibus dicat̄ dirigite
viam dom̄/ vn Greg' dic q'
recta et bona opa pdicat/ quid
aliud quā domino venienti ad
corda audiencium via parat/
in aio cogitacōes p sermonem
bone pdicacōnis formet et c.

Et qui missi fuerat erat ex
phariseis/ Et interrogauerūt
eū dixer/ Quid ergo baptisas
si tu nō es xpus neqz helias
neqz ppha/ Rndit eis dicens
Ego baptiso vos in aqua
medius aut vrm stetit que
vos nescitis/ ipse est qui p9
me venturus est/ qui ante me
factus est/ cui nō sum dignus
ut solua corrigiam calciamti
eius/ Hec in bethania facta sut
trans iordanem vbi erat iohes
baptisans/ Altera die
vidit iohannes ihesum et c./
Supius iohes interrogatus phi
buit testimoniū de se ipo/ quātū
/ad psona/ Hic vo phibet testi
moniū de xpo/ vl etē de se ipo/

quantum ad officium. In hoc testimonio quatuor per ordinem fiunt, quia primo ponuntur interrogantes. Secundo interrogationis actus, ibi: Quid ergo baptizas. Tertio ipsius Iohannis responsio, ibi: Respondit eis dicens: Ego baptizo vos in aqua etc. Quarto ponitur interrogationis locus: Hec in Bethania facta sunt. Quantum ad primum ponuntur interrogantes, qui fuerunt pharisei, unde dicit: Et qui missi fuerant erant ex phariseis. Et quidem secundum Augustinum, quod ex hoc loco dicitur ad aliud testimonium pertinet, in quo ipsi qui missi sunt ex phariseis non sunt, sed ex sacerdotibus et levitis, qui sunt ab utraque parte … sed sunt alii separati a phariseis missi. Et secundum hoc dicitur: Et qui missi fuerant, scilicet non a iudeis, ut fuerunt sacerdotes et levite, sed alii erant ex phariseis. Et ideo dicit quod quia sacerdotes et levite disciplinati erant et reverentes, Iohannem humiliter et cum reverentia Iohannem interrogant de eius dignitate, scilicet utrum esset Christus, an Helias, an propheta. Isti qui erant ex phariseis, qui ex suo nomine interpretantur divisi secundum vultum religionis a reliquo populo, quasi religiosi vocati, importune procedunt (?) dicentes ei: Quid ergo baptizas? Et forte ipsi ex phariseis qui missi fuerant fuerunt secundum sacerdotes et levitas, ut eorum legatio esset eo plenior. Secundum vero Gregorium, Crisostomum et Augustinum et alios quosdam isti qui erant ex phariseis sunt illi idem qui missi fuerant a iudeis, scilicet sacerdotes et levite. Poterant enim inter religiosos ordinari in sacerdotes et levitas, quedam enim secta erat inter iudeos, qui propter extrinsecum cultum divisi erant ab aliis, unde et pharisei dicebantur (?). Inquantum ergo erant aliqui de sacerdotibus et levitis et aliqui de populo, ut ergo missi maioris auctoritatis essent, miserunt sacerdotes et levitas qui erant ex pharisei-

seis, ut esset nec sacerdotalis ordinis dignitas nec religionis sancti-ta
te careret auctoritas. Et ideo ad evangelista addit hoc quod dicit: Et qui missi fuerant, ut primo quidem rationem questionis baptismi Iohannis … quare missi non fuerant assignet, quod missi fuerunt ut interrogarent a Iohanne quis esset, sed ipsi querunt: Quid ergo baptizas, fecerunt, quia erant ex phariseis, quibus eorum religionis causa (?) prebebat. Secundo secundum Gregorium, ut ostendat quam intentionem haberent a Iohanne … quis esset, quia non studio cognoscende veritatis, sed malitia exercende emulationis. Pharisei enim inter alios invidiosi et calumpniosi se habebant, ad … dixerunt ei Matthei xii: In Belzebub principe demoniorum eicit demonia. Ipsi etiam … cum herodianis, ut caperent Iesum in sermone, Matthei xxii. Et ideo … quod dicit: Qui missi fuerant erant ex phariseis, ostendit quod calumpniose et ex invidia eum interrogaverunt. Gregorius: Illi Iesum de … qui doctrina nesciunt querere, sed invidere. Interrogatio autem est de officio baptizandi, unde dicit: Et interrogaverunt eum dicentes: Quid ergo baptizas? Ubi notandum quod non querunt ut sciant, sed ut impediant. Quia enim videbat multitudinem populi concurrere ad Iohannem propter novum ritum baptizandi et exire a ritu phariseorum et legis, invidebant Iohanni et conabantur posse impedire baptismum eius, et ideo se quidem non valentes, propria manifestat invidiam, et dicunt: Quid ergo baptizas si tu non es Christus neque Helias neque propheta? Quasi dicat secundum Albertum: quid de purificatione te intromittis, cum spem purificationis per te non habeas? Sed potius … videris

vel dicunt

agitare, vsurpas tibi predicacionem
que ad te non pertinet / Hac enim
de causa miserunt ad iohannem / ut sciscita-
rentur / ut a populo non audiretur /
et quia celebs ut magis asseretur
ante xpo venit iohannes neque man-
ducans neque bibens s. delectabilia
et dicunt demonium habet / Propterea at-
hic dixisse non legimus sed per
sensum tamen dicunt / quid ergo bapti-
zas etc. quasi diceret Tu non debes
baptizare / ex quo te negas esse
aliquem istorum trium in quibus pre-
figuratum est baptismum ut dictum
est supra / Baptizare namque grecum
vocabulum est / sed ad latinitatem in-
flexum / significat idem quod lavare vel
intingere / xpo namque competebat
ille actus Ezech. 36 .xxxvi. Effun-
dam super vos aquam mundam
et mundabimini ab omnibus inquinamenti-
bus / helias vero fuit baptisman-
dum in curru igneo, vehementi
spiritu per turbinem ascendit in celum
4 regum 2o / prophete vero signanter
helisei officium fuit baptizare
ut de Naaman 4 regum 5o
qui leprosus ingressus baptizatus
septies in iordane et mundatus
est / dicunt ergo Si tu es non es
xpus qui venturus est fontem
in ablucionem peccatorum et menstruate
Zacharie 13 / et si non es helias
neque propheta s. heliseus qui primo
vestigio iordanem inpertiuit / quo-
modo audes baptizare / percuciat enim
a iohanne audire / vel quod se diceret
xpm vel heliam / vel saltem
vnum ex prophetis / sed audientes
quod se dixit esse vocem clamantis
in deserto / reputaverunt hoc quasi
modicum, non intelligentes mysteria
divina. Ideo indignati et quasi re-
darguendo eum / faciunt questionem
de officio suo dicentes / Quid er-
go baptizas / Erat enim phariseis
a populo veneracio appetebant propter
sanctitatem velut religiosi, invidebant

ei / quia non erat de secta eorum
vnde dixerunt Quid ergo baptizas
si tu non es xpus etc. quasi dicerent
Satis audacter / et stulte te de
officio quod ad te non pertinet intro-
mittis / Crisostomus Quia non va-
luerunt cum blandiciis supplan-
tare / accusatores intromittere alter-
cant / Et exclamat Crisostomus / ad in-
terrogacionem missi estis ab eo a-
docendi / tu quis es / et tamen
leges vultis imponere / Similes
sunt / multi sunt invidi perfectionem
aliorum impedientes / qui dicunt
videntibus nolite videre. Ysaie
30 / Ex dictis apparet quod iudei sunt
inexcusabiles / ignorantiam eius
allegantes / nam si xpm non cre-
didissent venturum / atque ipsum
tribuere potestatem super omnibus hominibus
atque sacramenta debere conferre ex
audacter non dixissent iohanni Quid er-
go baptizas si tu non es xps /
Quasi xpo hoc agente esset placa-
tus / Et sciendum quod licet iohannes
non esset xpus / poterat tamen bap-
tizare / quia erat precursor / et eo
debuit preparare viam domino / Similiter
licet non esset helias in persona
fuit tamen in spiritu et virtute, ut dicitur
pariformiter. et si non erat propheta
fuit tamen plus quam propheta / ideo
potuit baptizare / Propter quod subdi-
tur et ipso vero respondit eis
dicens Ego baptizo in aqua / Vbi
primo veritatem sui officii profitetur
secundo xpi dignitatem exprimit / Tercio
medium autem verum fecit / Quantum
ad primum dicit / Ego baptizo in aqua
quasi diceret non multum debetis mirari
de meo baptismate / nec debetis
mirari si ego qui neque sum xpus
neque helias neque propheta baptizo
quia baptismum meum non est
aliquid magnum / nec est completum
sed imperfectum / Nam ad perfectionem
baptismi requiritur locio corporis
et anime / Locio quod secundum naturam

lavabat / aqua / animam vero a spiritu sancto.
/ Unde ego baptizo in aqua, i. corpus
lavo corpus, veniet autem alius
qui presente baptizabit, scilicet in aqua
et spiritu sancto / deus et homo / qui et
corpus aqua lavabit et animam
spiritu sancto / ita quod sanctificato spiritus
derivabit ad corpus. Actuum primo
Iohannes quidem baptizavit aqua, vos
autem baptizabimini spiritu sancto non post multos
hos dies / Notandum quod hec respon-
sio Iohannis fuit exacius / et similis spi-
doctrinalis / Exacius quidem, quia
dedit nobis exemplum, ut ad voces
ameliores ... honorat et humiliter
audeamus. Unde Gregorius / Bene quippe
tum persona recte requiritur / a bonitate
tatis sue studio non mutatur / unde
et Iohannes ad verba invidie predicta
tendit verba / Fuit etiam respon-
sio Iohannis spiritualis / seu doctrinalis / nam
in sua responsione / docuit differentiam
inter suum baptismum et Christi dicens
Ego baptizo in aqua / quasi diceret hec
audacie non est / quod baptizo sicut
non sum Christus / quia differentia magna
est inter baptismum meum et Christi
quia baptismus meus tantum est in
aqua et ideo tantum corpus lavat
exterius / Baptismus autem Christi
est in spiritu et aqua / et ideo men-
tem iustificat / interius gratiam con-
ferendo / Sed dubium, quem effectum ha-
buit baptismus Iohannis, si tantum la-
vabat exterius / Dicendum secundum Gregorium
quod non conferebat gratiam, sed pre-
parabat ad salutem. Unde vocabatur
baptizatos baptismo Iohannis baptiza-
ri baptismate Christi / ut dicitur
Actuum 19 ... Sed dicitur Marci
primo / quod Iohannes baptizabat et predi-
cabat baptismum penitentie in remissionem
peccatorum / Dicendum quod ipse baptizabat
scilicet baptismo aque et predicabat
baptismum penitentie in remissionem peccatorum
scilicet a Christo conferendum / Sed hic queritur
ad quid ergo baptizavit Iohannes
videtur quod propter plures rationes
Prima, ut honoraret baptismum Christi
ipse fuit factum. Et hanc rationem

tangit Augustinus super Iohannem / Secunda est ut
ex consuetudine baptizandi plures
converteret ad Iohannem, quibus de Christo
predicaret / et hec est ratio Crisostomi /
Tertia ratio est ut per baptismum
Iohannis homines assuescerent ad bap-
tismum Christi / Et hanc rationem tangit
Gregorius dicens / Baptizat qui
peccata per baptismum non relaxat /
ut sue precursionis ordinem servans
qui nasciturum Christum nascendo pre-
veniat, baptizaturus etiam dominum
baptizando preveniret, et qui predi-
cando factus est precursor Christi, bap-
tizando etiam eius precursor fieret
imitatione sacramenti / Quarta est
ut per baptismum Iohannis humiliaret
homines ad baptismum Christi / Et hanc
rationem tangit Beda dicens / quod ba-
ptismus Iohannis fuit quasi cathe-
cismus, i. instructio et doctrina
re... baptismum Christi / unde dicitur
Actuum 19 / quod baptizabantur ab eo
confitentes peccata sua / Et Actuum
19 Iohannes baptizavit baptismo
penitentie populum dicens in eum qui ven-
turus esset post ipsum ut crederent
hoc est in Iesum / Quinta est ut
manifestaret Christus in baptismo
Iohannis voce patris et spiritu sancto
Et hanc rationem assignat Iohannes
Baptista dicens / Iohannis primo ut
manifestaretur in Israel, propterea veni
in aqua baptizans / Baptisma
ergo Iohannis disponebat homines
ad suscipiendum Christum / ideo non bap-
tizabantur ab eo nisi iudei quibus
primo fuit promissus Christus
Mulieres autem non baptizabat
quia ipse carnis a viris instru-
untur / nec infantes baptizabat
quia instructionem non intelligebant
et cognitio eorum nulla erat / Baptisma
vero Christi datur omni genti omni
sexui omni etati / Baptismus
etiam Iohannis erat baptismus penitentie
quia baptizandos ad penitentiam
monebat / et non nisi adultos
quos penitentes videbat baptizabat

Nota potestas baptismi est multiplex. Prima est auctoritatis quam deus ... conferat ut conferre potuit sed non potentia creandi
de hac dicit ... hic est qui baptizat, scilicet Christus in quantum deus. ... quam homo non dedit, s. ... sed accepit ut dicit B
... est sub auctoritate quam potuit dare sed ... noluit, et alii dicunt quod non potuit ... includit
gratiam creandi, scilicet gratiam. Tertia est ministerii quam dare potuit, nam deus posset si vellet quod baptismus daretur in nomine sancti
Pauli vel Petri, sed hoc noluit ne spes ... poneremus de hac 1 Cor. 1 Numquid Paulus crucifixus est pro vobis aut
in nomine Pauli baptizati estis. Quarta est excellentie, puta quod unus baptizaret efficacius alio, quod etiam nemini est concessum
... quia scissura quidam se iactabat ego sum Pauli ego Cephe 1 Cor. 1 Quarta est ut ... ministerii ... dedit

preparabat. Unde licet ipsius baptismo
non dimitterentur peccata, suscepto
tamen illius erat quedam potestas
agendi penitentiam per quam peccata di-
mittuntur. Erat ergo baptismus Io-
hannis in remissionem peccatorum non
efficiens sed preparans, quia preparabat
ad baptismum Christi, in quo fiebat
remissio peccatorum. Baptismus ergo Io-
hannis erat baptismus penitencie, quia
penitentiam delictorum agebat, sed ea
relaxare non poterat. Baptismus
autem Christi est baptismus gratie,
quia in Christo ipso gratia datur, et peccata
relaxantur. Unde Lucas. Illud ba-
ptismum est in penitentia, hoc in gratia,
ibi venia, hic victoria. Textus.
Medius autem vestrum stetit. Post-
quam Iohannes dedit testimonium de suo
baptismo, hic dat testimonium de ca-
pite Christo. In quo testimonio primo
describit Christum quantum ad eius con-
versationem familiarem. Secundo quantum
ad perfectionem singularem, ibi: Qui post
me venturus est. Tercio quantum
ad dignitatis eminentiam, ibi: Qui
ante me factus est. Quarto quantum
ad incarnationis incomprehensibilem
intelligentiam, ibi: Cuius non sum digna-
tus. [illegible] quantum ad primum dicit: Medius
autem vestrum stetit. Hic dicit compa-
rans eum ad Iudeos, quasi diceret: Ego non
perfectum opus feci, sed est alius
qui perficiet opus meum, qui
stetit medius vestrum. Quod quidem
exponitur multipliciter. Primo secundum Gregorium,
Crisostomum et Augustinum ut referatur
ad quam conversationem, ut homines
quia secundum naturam humanam aliis ho-
minibus plus apparuit. Philippenses 2:
Qui cum in forma dei esset, habitu
inventus ut homo. Et secundum hoc
dicit: Medius vestrum stetit, id est unus
conversatus est quasi unus ex vobis.
Luce xxii: Ego in medio vestrum
sum qui ministrat. Quem vos nesci-
tis, id est quo deus factus est homo
scire non potestis. Item nescitis
quam magnus sit secundum divinitatem.

que in eo latebat. Iob 36: Ecce
deus magnus vincens scientiam
nostram. Et ideo ut dicit Augustinus
abscondita est lucerna, scilicet Iohannes, ut
inveniatur Christus. Psalmus: Paravi lucernam
Christo meo. Fuit ergo Christus in me-
dio Iudeorum nascendo, predicando,
et moriendo. Nec fuit solitarius
sicut Iohannes, sed inter eos ma-
nebat sicut unus ex illis. Vel medio-
crem, id est homo mediocris et humilis.
Ideo non agnoscebatur propter hoc, quia
licet fuit visibilis corpore, tamen
fuit invisibilis maiestate. Et
secundum Crisostomum decuit Christum tam proprio
conversari ut in omni actu suo do-
ceret omnem humilitatem. Unde quod dicit
Quem vos nescitis intelligitur ex ipsa
cognitione, scilicet quis est, et unde est.
Aliter exponitur secundum Origenem, et hoc
dupliciter, ut referatur ad Christi divinitatem. Primo
Et secundum hoc exponitur sic: Medius
vestrum, id est in medio omnium vestrum, stetit,
scilicet Christus, quia ipse secundum hoc quod deus
est, a principio creature implevit
universam creaturam. Ieremie xxiii:
Celum et terram ego impleo. Quem
tamen vos nescitis, quia licet semper
eodem in mundo erat, et mundus per
ipsum factus est, et mundus eum non cogno-
vit. Et secundum hoc, licet clare deceat
in Christo maiestatis providentia,
quantum ad partem sue infinitatis est usque.
Aliomodo ut referatur ad talitatem
humane sapientie, ut sit sensus: Me-
dius vestrum stetit, id est in intellectu omnium
relucet, quia quicquid lucis et
sapientie est in hominibus provenit
eis ex participatione sui. Et dicit
in medio, quia in medio hominis
corporaliter est cor, cui attribuitur
sapientia et intellectus. Unde licet
intellectus non habeat organum cor-
porale, tamen quia cor est organum
principale quo incipit accipi principium intellectu-
um, secundum hanc similitudinem dicitur stare
in medio, in quantum illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum.
Quem tamen vos nescitis, quia ut
supra dictum est, lux in tenebris lucet.

ministris erit chari[?] ultra. Septima instituitur hac habuit auctor quod hoc sacramentum instituit quod dominus ipsum suscepit
et suscipi iussit Marcus ultimo. Septima est Parcel qui habuit Johannes de qua legitur.

et tenebre eam non comprehenderunt / Et sic est ista clausula declarat in xpo veritatis revelacionem modo dicto / Quarto exponitur ut referatur ad predicacionem xpi in iherusalem / inter iudeos specialiter phariseis / qui continue scripturas veteris testamenti inquirebant in quibus predicabatur xpus / sed tamen eum non cognoscebant / Et sic est dicere medius vestrum stetit secundum theophilum i. xpus in tantum medius erat in quantum in scripturis predicabatur / quas per revolvebatis infra v° scrutamini scripturas in quibus vos putatis vitam habere / et ille sunt que testimonium perhibent de me / quem tamen vos nescitis / quia cor vestrum induratum est per infidelitatem / et oculi vestri excecati sunt ut non agnoscatis presentem / quem recitatis subtiliter / nam pharisei legentes scripturas xpm frequenter habebant / Cum xpus in scripturis lateret / et tamen licet presens esset in medio scripturarum / tamen pharisei xpm ignorabant / quia scripturas non intelligebant / Et hoc est quod hic dicitur / quem vos nescitis / Nota quod medium ex parte nobili denotat quandam intimitatem extremorum / Deus autem intimior omni intimo / secundum Aug. ix confessionum / et est maxime presens omnibus creaturis per essenciam 7 presenciam · Unde moyses populum hebreorum diffidentem ac in magnalibus pene deficientem consolabatur / cum eos confortabat dicens deus tuus in medio tui est deutronomio vii° / verbum tamen incarnatus inter duas personas infinite medius / quodammodo spiritualiter est verum medium / nostra intimitas / nostra virtus / ipso dicente in me omnis gracia vie 7 veritatis in me omnis spes vite 7 virtutis / transite ad me omnes qui concupiscitis me Eccli 24 / Est medium totius creatoris / Gen. p° in principio i. in filio creavit deus 7 tamen celum in principio recreator 7 renovator / semper

medium servare disposuit / et valde medium dilexit / quia virtus in medio consistit ut dicitur / notandum quod xpus valde dilexit medium eo quod virtus in medio consistit secundum philosophum 2° ethicorum / Unde voluit in equinoctio annunciari et concipi cum nox est par diei in mense dicto s. marcio / voluit esse in medio / Gal. 3° / 7 in medio noctis nasci / Sap. 18 / dum medium silencium tenerent omnia 7 nox in suo cursu medium iter perageret / omnipotens sermo tuus domine a regalibus sedibus venit / Item voluit in diuersorio poni / quod est in medio duarum viarum secundum glosam Luce 2° vel duarum domorum secundum aliquos / Item in presepio duorum animalium in medio Abacuk 3° / Item voluit in medio doctorum inveniri Luc. 2° / Item in medio latronum crucifigi / infra 19 / Item in medio mundi salutem operari / psalmus deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terre habitabilis / Item in medio discipulorum videri Luc. 24 / stetit ihesus in medio eorum / et dicit illis pax vobis / Item in medio sedere candelabrorum aureorum / Apoc. p° / Et non immerito prediligebat medium / quia est locus humilitatis Luc. xxii / Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat / Item est locus conveniencie quia medium similiter se habet ad omnia / sicut centrum ad circumferenciam / Actuum x° / In veritate comperi quod non est acceptor personarum deus / Item medium est locus unitatis / quia extrema uniuntur in medio / Eph. 2° / Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum / Item est locus stabilitatis / quia est fixum / Cor. 3° / fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est quod est xpus / Item est locus proximitatis / quia omnibus aliis partibus approximat

Act. xvii. Et forte audierunt eum aut invenerunt, quamvis non longe sit ab uno quoque nostrum. In ipso enim vivimus movemur et sumus. Medium etiam est prius aptior ad instruendum, virtus potior ad instituendum, nexus fortior ad quietem, constabilis durabilior ad permanendum. Ipsi quoque verbo competit extremi nove comparationis, in splendore flatus tote afflationis, in fortio nexus tote dilatationis, in redu fluxus vane coniunctionis, quia ad hoc caro factum est ut salutem quam per naturam ministrat, commodius perficere valeret, ideo debuit ut medium exigeret. Deinde cum dicit ipse est qui post me venit, baptista describit Christum quantum ad excellentiam et perfectionem sacramentalem in baptismalem, et est sensus: hic est qui post me venit baptizando, nascendo, predicando, moriendo. Baptizando dico quia non faciet, sed baptisma meum esset perfectum, ideo ergo venit post me baptizando quia baptismo imperfecto succedit baptisma perfectum. Unde Crisostomus: hic est qui venit post me, ac si dicat, ne existimetis totum et perfectum in meo consistere baptismate. Si enim meum baptisma perfectum esset, non veniret alius post me aliud baptisma daturus, sed hoc baptisma meum est preparatio illius, et inscribit imp- xnno, velut umbra et imago. Si enim hoc esset perfectum, nequaquam secundo locus adveniret. Johannes ergo baptista dicens ipse est qui post me venit, ostendit perfectum in baptismate Christi. Unde Luce 3o predictum fuerat de baptista: preibis ante faciem domini parare vias eius. Johannes enim precessit Christum sicut imperfectum precedit perfectum, et sicut dispositio formam. Nam forma substantialis post dispositionem completam venit; lignum enim prius calefit, antequam ignitur.

Sic gratia per Christum conferenda, que est forma spiritualis in esse spirituali constituens, precedere debuit aliqua dispositio que nos adaptaret de propinquo disponeret. Et hoc fuit baptismus et predicatio Johannis. Item venit sol post luciferum, sic iudex post preconem, sicut sponsus post amicum, sicut dominus post famulum, et sic post vocem verbum, unde dicitur 1 Cor. xv: non prius quod spirituale est, sed quod animale. Nam tota vita Johannis fuit quoddam preparatorium ad Christum. Unde et dicebat: Ego vox clamantis in deserto. Sic Christus precessit Johannem et nos omnes, sicut perfectum precedit imperfectum. Et sicut exemplatum, Math. 16: Qui vult post me venire, abneget semetipsum, et 1 Pet. 2o: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Deinde cum subdit ante me factus est, describit baptista Christum quantum ad dignitatem eminentie, ac si dicat ipse qui post me venit secundo modo dicto ante me factus est, id est michi prelatus est et dignitate prepositus, quia ut [illegible] 30 illud: Qui creavit me ab initio. Et sic exponendo cessat argumentum Arrii qui ex hiis verbis Johannis nitebatur ostendere dei filium creaturam esse, sic arguendo: Johannes enim dicit dei filium ante se factum; aut igitur intelligit hoc quantum ad humanam naturam, et hoc non, quia Christus non fuit homo ante Johannem sed ergo nato sexto mense, quia conceptio Johannis facta est conceptio Christi, ut Luce 1o. Ergo intelligitur quantum ad divinam naturam, sed Christus ante Johannem factus est, sed omne factum est creatum, ergo dei filius est creatura, sic concludebat Arrius. Et hoc argumentum creaturam exponendo sic dictum est, quia intelligendo quantum ad quantitatem nullum inconveniens sequitur.

quia eius ante non dat prioritatem
temporis, sed dignitatis. Ideo supra
eosdem Iohannes subiunxit: quia
prior me erat, ac si diceret secundum
Gregorium: quia omne ruderiue
est post natus superat, quo eius
nativitatis sue tempora non angu-
stat. Nam qui per matrem in tempore
nascitur, sine tempore ex patre generatus
fuit ille. Aliter eciam solvitur ab aliis
quod Christus conceptus fuit ante Iohannem
ut ante fuit idem quod tempore vel modo
tempore, quia conceptio Christi fuit tota
simul et in instanti, sed Iohannis fuit
in tempore. Vel secundum Augustinum ante me
factus est, id est factum est ut ante me
esset. Vel aliter solvi potest ad litteram
quod Christus factus est ante Iohannem
scilicet vir perfectus gracia et virtutibus,
quia in secunda fuit incarnacio-
ne Christi statim repletus est perfectione
perfecta. Et adhuc autem non erat
Iohannes vel sic adhuc magis
ad litteram, Christus factus est ante
Iohannem, quia prius factus est homo
in utero matris natus, quam
Iohannes fuit homo in utero Eli-
zabeth, quod sic declaratur secundum ea
que generantur ex quinque racionibus in
embrionis. Primus enim sex diebus
est sub forma lactis, deinde
novem diebus fit sub forma
sanguinis, et post duodecim die-
bus consolidatur in carne, et ex
hinc 18 diebus figurantur et or-
ganizantur membra. Unde versus
Sex in lacte dies, ter sex
in sanguine terni vel novem, quia
ter tres sunt novem. Bis seni (?) duodecim con-
solidat, ter seni membra figurat,
id est 18. Isti dies quidem sunt 45
quibus embrio stat sub forma
corporis mixti in anima. Postea
stat sub anima vegetativa, deinde
sub anima sensitiva, quibus omnibus diebus
in 134 expletis, infunditur
anima racionalis, in 136 die
et hic dies in 136 est post
dies sexti mensis a concepcione
loquendo de mensibus lunaribus

constantibus ex 29 diebus quibus
tamen utuntur medici. Nam quinquies
29 faciunt 134 et sic die 136
que fuit primus dies sexti mensis
a prima concepcione Iohannes animatus
est anima racionali et eodem die a-
nunciatus est Christus et conceptus
et mox animatus et perfectus homo
factus est in utero virginis. Prius
tamen quam Iohannes animatus aliquot
horis eodem die, unde dixit
angelus Marie: Et hic mensis
est sextus illi que vocatur sterilis.
Sicut ergo in eodem die Christus
factus est homo, quo et Iohannes, et
quasi tanto tempore post Iohannes, quanto
beata virgo potuit ascendere ad Eli-
zabeth in montana. Et tunc
in ista salutacione Iohannes animatus
est anima racionali, et exultavit
in utero matris et post nato
Iohanne de Elizabeth beata virgo
post plures menses peperit Christum.
Et sic patet ad litteram, salvatur
quod Christus sicut homo factus est
ante Iohannem adhuc in utero sed
venit post Iohannem extra uterum
in mundum, quia post eum natus est.
Sed dubium est quo beata virgo
potuit una die ad tantam
distanciam de Nazareth ad domum
Zacharie venire. Videtur quia
spiritu sancto agebatur, ideo magis vo-
lare quam ire videbatur, sicut
et de beato Anthonio legitur, quod
in animam sancti Pauli heremite
vidit ab angelis in celum de
ferri, relinquens spacium per tripti-
cum ita quod plus videbatur volare
quam incedere. Unde et de beata virgine
dicitur quod abiit in montana cum
festinacione, et hoc propter nimio gau-
dio, quod habuit de dei concepcione,
et de Elizabeth sterilis conceptu
secundum racionem. Eciam dato quod beata
virgo pluribus diebus iter fecis-
set, ut illud adhuc repugnaret
an eodem die fuisset homo Christus

et loquens, et plus xpus, sed tamen
non posset dici, quia in ipsa salu-
tacione fuisset loquens creatus. De-
inde in concludit: Ego non sum digna-
re. Describit xpm quem ad ipsius
incarnacionis in comprehensibilem
intelligenciam, et assignat excel-
lencie incorporatem, quasi vellet
dicere: non intelligens ipsum nostris
dignitate propositum, sic vnum eius
proferre alteri, sed tamen neglecte
quia nichil sum in gracione ad ipsum.
Quod patet quia non sum dignus
ut soluam corrigiam calciamenti
eius, quod est minimum obsequium,
quod hominibus fieri potest. Ex quo
patet quod loquens multum accesserat
ad dei cognicionem, in quam ex consi-
deracione infinite dei magni-
tudinis se totaliter vilipendebat,
et se nichil esse dicebat. Sic
abraham cum deum cognouisset
dicebat Gen. 18 Loquar ad
dominum meum, cum sim puluis
et cinis. Sic Job cum dominum vidi-
sset dixit xlii c°. Nunc oculus
meus videt te, idcirco me
reprehendo, et ago penitenciam
in cinere et fauilla. Sic ysaias
postquam vidit gloriam dei dixit
xl c°, Omnes gentes quasi
non sint, sic sunt coram eo, et quasi
nichilum et inane reputate sunt
ei. Cum ergo plenius fecisset deum,
aut quia magnus pouenis ei
in gremis prop. Ezech. [illegible]
ni. Sicut deus considerat in men-
tatem sui peccatoris, sibi met ipsi
vilescunt, et ad eorum [illegible]
sunt, et tanto sunt apud se hu-
miliores, quanto eis id altius est,
quod propter angelos sonat, et
[illegible] multum. Tamen ergo dignus
est xpus, quia loquens baptista
quo inter natos mulierum non sur-
rexit maior, qui in oracionibus
in deserto morabatur, fame et siti
frigore et estu cruciabatur, ne

leui saltem manducare vita fame
posset, dicit se non esse dignum tan-
gere corrigiam calciamenti, quod
est vilissimum seruicium, et humile, quod
non sum dignus computari in ultimis
ministrorum eius. Calciamentum enim sol-
uere est res plurimum ministerii. Non
esse ergo dignum soluere corrigiam
calciamentorum xpi est non esse dignum se
exhibere xpo circa minimum seruicium
vel obsequium. Hic exprimens sim-
[illegible] modum loquendi. Tamen ab
[illegible] puritate et altiori excellencia
volt exprimere, solet quamtum dicere
non sum dignus tangere calceos eius
vel aliquid huiusmodi. Sed igitur ita
patet quia homo quantumcumque magnus
et bonus, exemplo iohannis et aliorum sanctorum,
se debeat indignum reputare,
ut xpm discalciet, et ministerium vili-
ssimum exhibeat, quid dicemus
de illis, qui se dignos estimant
cottidie xpm in os suum ponere
et ipsum manducare. Preterea
iohannes [illegible] iudeis et phariseis
quod officium alicuius non vsurpabat,
sed tamen suum proprium officium super pre-
conis exercebat. Notandum tamen quod
ad literam non est intellectum xpm
calciata fuisse, quod patet primo
quia iohannes per vtrumque verbis pa-
rabolis, sicut alibi cum dixit
xpm habere ventilabrum in manu
sua, et securim positam ad radicem.
Ideo patet hic idem, per attendamus
sermonem iohannis quia quidam sermo
condicionalis est. Tali enim sermone
vtitur aliquis homo, volentes
aliquam excellenciam ostendere, dicens
se non esse dignos eum discalciare.
Talis enim sermo non supponit eum
esse calciatum, sed hic sermo condicionalis
est, et est sensus: Tamen dignus
est iste, quod si calciatus esset, non
essem dignus eum discalciare.
Tercio hic ut patet per dictum [illegible].

pe prebentis / ad eustachium mi-
litem, dimissis forte vestimentis x /
non habebat caligas, quas tolle-
rent. Nec enim poterat habere dominus
quod prohibuerat suis / Luce x
vers. / Iero(nimus) in p(ro)l(ogo) / quod nec dominus nec
apostoli habebant calciamenta,
ad hec. Si quis autem contra hoc
arguat / quia angelus dixit ad
petrum act. xii° / calcia te cali-
gas tuas / et si quem me audiat
bedam in originali super hunc locum,
dicentem / per caligulis vel caligas
[illegible] quedam sunt / greci et sandalia,
hec enim genus calciamentorum legitur
in evangelio / apostolis fuisse concessum
dicto bede / concordat papias qui dicit
quod caligæ vel caligule, id est, sanda-
lia, dicta sunt a callo pedum, vel
quasi a colligando / quia ad
pedes ligantur / Et hec quidem
expositio est litteralis / Exponitur
autem mistice dupliciter secundum
gregorium / ut per calciamentum, scilicet
quod fit de pellibus mortuorum
animalium, intelligatur humana natura
mortalis / quam xpus assumpsit.
Unde in ydumeam extendam cal-
ciamentum meum / per ydumeam autem
gentilitas designatur / per calcia-
mentum vero mortalitas assumpta
significatur. In ydumeam ergo dominus
calciamentum suum extendere asserit,
quia deus per carnem gentibus
apparuit, quasi calciata ad nos
divinitas venit / Corrigia autem
calciamenti est unio divinitatis
et humanitatis / quam nec iohannes, nec
aliquis alius potest solvere, id est, ple-
ne investigare / cum tanta sit,
quod deum faciat hominem, et hominem deum.
Unde gregorius: incarnationis misterium
humanus oculus penetrare non
sufficit. Investigari enim nullatenus
potest, quo incorporatur verbum, quo
summus et vivificator spiritus intra
matris uterum animatur, quo is
qui initium non habet, et existit
et concipitur. Corrigia est ergo dicere
non sum dignus solvere corrigiam

calciamenti eius / nisi aperte et humi-
liter suam ignorantiam profiteri.
Et subdit / Certe iohannes ipse spiritu prophetie
repletus / mira sua eminebat,
et tamen id deesse insinuat quod
ignorabat / Quare pensandum no-
bis est, et tota intentione cogi-
tandum / quod viri sancti virtutem
humilitatis custodiant / ut dum
quedam mirabiliter sciunt / id ante
mentis oculos studeant revocare
quod nesciunt / Unde gregorius: dum
deus incarnatus venit / quasi
calciatus apparuit / Quis enim
nesciat quod calciamenta ex pellibus
mortuorum animalium fiant / Incarnatus
ergo dominus veniens apparuit cal-
ciatus / quia in divinitate sua morticina
nostre mortalitatis assumpsit / Corrigia
ergo calciamenti est ligatura mi-
sterii, scilicet deitatis et humanitatis /
Corrigiam igitur calciamenti eius
iohannes solvere non valet / quia
incarnationis misterium nec ipse
investigare sufficit / nec aliquis
alius / nulli enim est plene et
perfecte / quamvis aliquo et iohannes
et alii doctores licet imperfecte
solverunt. Corrigiam calciamenti /
Ergo iohannes indignus ita dicat
Cuius non sum. si ipse in prelatus
est / quem per me natum precedo
sed nativitatis eius misterium non com-
prehendo. Unde ysaia liii
Generationem eius quis enarrabit.
Quis enim hec enarrare potest
quomodo in una persona iunxit se
[illegible] / convenerit in unum
deus et homo / veritas et [illegible]
vita et mortalitas / creator et
creatura / maiestas et infirmi-
tas / deitas et [illegible] cum
natura / in una convenisse perso-
nam / nisi fides crederet / sermo
non explicat / inquit leo papa
in sermone quodam de incar-
natione / Et gregorius supra alios
exponitur secundum gregorium, quia in
veteri lege preceptum erat de uxore

zy / qd tn aliquis moriebatur
sn liberis frat' vxore defuncti
tempe tenebat, et ex ea semen
fri suo suscitare, qd si nollet eo
in corpore tempe, tunc aliqs pxi
quus defuncti. volens ea tempe
debebat illum distalceare, in si
gnu sig oi testimonis, et illa in vxo
rem g tempe / et domus eius
debebat vocari dom distalceati
eim sic go dt. eg no sn dignus
soluere corrigia calciamenti
ino sod dignus esse sponsam
q sibi debet, s ecclaz. q.d. no
sn dignus ut vocer sposus ecce
que asscitat xpo in baptismo.
sponsus. ego aut baptiso mag
tri. insra 2o. Qui het sponsa
sponsus est, amicus aut spon
qui stat et audit eu, gaudio
gaudet ppr voce sponsi. rebe
ptoris go misia detrudare
no valet. io sponsi nom sibi
no vsurpabat. v. surpat. loca
aut vbi pdicta facta sut qut
subdit. hec in bethania facta
sut trns iordane. Circa qd
pmo asurgit qstio, eo bethe
nia sit iuxta montem oliueti
qui est iux ierlm, ut dicitur
insra xno. Et agt 2o quod
dt qd facta sut trns iordanem
qui multu distat ab ierlm.
Ddm qd sm orig. et Crism
no debet dici bethania, sed
bethabora. q est quod villa
trns iordane, et qd hic dicit
bethania, corruptu est vicio
scriptoris. Sed quia tn libri gci
qua latini. quut hnt bethania
ideo ddm est aliter, qd due st
bethanie. vna que est iux ierlm
in latere montis oliueti, alia
trns iordane. vbi erat iohes
baptizans. pma erat marthe
et magdal. vbi lazarus fuit re
suscitatus. Alia fuit in sorte
duarum tribuum, et dimidie. distans
ab ierlm ad vnam dietam, vbi
erant aque multe et locus erat

famosus. io multi qterebat ad
baptismum. Cy aut fiat mencio
de loco, hic ronem liberalem et insra
liberalem quas sm Criss. quia
circumsta prebens testimo. iohes
de xpo. assignat locum vbi hec
facta sut. ad instar instrumenti. pub
lici. in quo locus et testes scribut
ad maiorem certitudine. Aliqui em
adhuc vixerut qui locum illud
viderant, et tempus in quo facta s
ipsa recognouerunt, et illos testes
faciunt, eorum que videant. Et p q
ratur quare hic fatum no tenuit
ciuitatem p totam ciuitatem, sed palit
vbi deserbit testimo iohanis.
Ddm qd forte hec est causa. q
nt omia q de xpo dixit. in
est efficaciq ad persuadendum, ut
addm iudeis, sicut testimo iohis
que ut viri magnu habebat, et
quod plus est, ipm xpm puta
bant. Jordanis aut e fluuius
palestine, qui nascit ad radice
montis libani, ex duobus fon
tibus. s. jor et dan, qui sut mea
i flum vnum efficiunt. Scdm
magr aut in hist. dt, qd nascit
ex fonte jor, et deinde fluens
iuxta vrbem dan. q est in finibus
iudee, et ex fonte et vrbe, com
positum sumit nom, et fluit sub
montibus galilee, et riuulis
multis inse collectis. p a longum
conuium influit mare mortuum.
Dicit aut iordane dt beda, de
mari stagnum genazareth. Illic
go iohes baptizabat. quia fa
mosior erat ille fluuius aliis. vel
quia transibat p loca deserti ~~p lo~~
~~deserti~~ vbi iohes habitabat. Et
etiam quia helisius ppha, niconl
flumie baptizauit naaman. sicut
ut scribit 4o reg 2o. Mystica
vo racom het. quia hec loca
quut baptismo, nam p dicat be
thania. que domus obediencie
interptat. sitiet qd nemo e probe
dicencia fidei. ad baptismum

Dorix flumen est armenie qui ab eufrate flumine paradisi derivatur inde dorica grece quod latine dicitur. iste enim fluvius rapacitate sua aucta presserunt unum saxa tepat(?) flumine raparissio et aque egredienti de paso(?) per doctrina Christi predicti de celesti terrarum omnia obstacula regum et persecutorum fortitudine sua dirrupit ut per ora predicatorum per toto orbe largissime fluat. iuxta illud psalmi in omnem terram exivit sonus eorum.

pervenire ad Romanos primo ad obediendum fidei in omnibus gentibus in nomine eius. Secundo dicitur Bethabara quod interpretatur domus preparationis, quia per baptismum preparamur ad vitam eternam. Ubi vacat a mundo(?), quia trans iordanem fit. Iordanis enim interpretatus descensus eorum. Et secundum originem fit Christum qui descendit ad nos de celis, sicut ipse dicit Iohannis 6: descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me patris. Unde dicitur Ecclesiastici 24: Ego quasi fluvius dorix exivi de paradiso. Per ipsum autem omnes in mundo(?) descendentes in hunc mundum mundari querunt, secundum illud Apocalypsis primo: lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Convenienter etiam iordanis baptismum fit. Ipse enim confinium erat inter illos qui sortem hereditatis acceperunt a Moyse ex una parte iordanis, et illos qui acceperunt a Iosue ex alia. Ita et baptismus quasi quoddam confinium inter iudeos et gentiles qui perceperunt illuc, ut se lavent et ad Christum venientes onus(?) peccatorum deponant. Sicut etiam filios israel terram promissionis intrantes oportuit transire iordanem, ita et per baptismum patriam celestem oportet intrare. Dicitur autem trans iordanem ut insinuet quod etiam transgressoribus et peccatoribus baptismum penitentie predicabat Iohannes. Unde et dominus dicit Matthei 9: Non veni vocare iustos sed peccatores scilicet ad penitentiam ut adducat(?) Luce 5. Christus ideo descendit de celis ut peccatores suo proprio sanguine et aqua de latere suo effluentibus lavaret et redimeret, et nos in futuro ad suam gloriam reduceret. Sequitur altera vero die. Altera vero die vidit Iohannes Ihesum venientem ad se et ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo

dixi post me venit vir qui ante me factus est, quia prior me erat. Et ego nesciebam eum, sed ut manifestaretur in israel propterea veni ego in aqua baptizans. Superius posuit evangelista testimonium Iohannis ad phariseos quod dabat interrogatus. Hic autem subdit eius testimonium ad turbas quod dedit spontaneus. Et circa hoc tria facit. Primo testimonium ponit, secundo idem testimonium latius confirmat ibi et testimonium perhibuit Iohannes dicens quia vidi spiritum descendentem. Prima adhuc in tres: quia primo premittitur testificationis occasio, secundo circumstantie testimonii, tertio ponitur ipsum testimonium ibi ecce agnus dei. Tertio excludit ipsius testis falsam suspicionem ibi et ego nesciebam eum. Describuntur autem hic due circumstantie: una quidem ex parte temporis, unde dicit altera vero die, in quo commendatur Iohannis constantia quia non uno die, non semel tantum, sed pluribus diebus et multis Christo testimonium perhibebat, propter quod per singulos dies bene dicitur(?) tibi(?) commendatur eius profectus(?) quia non debet nobis una dies succedere post aliam sed que succedit debet esse altera id est melior, iuxta illud psalmi: ibunt sancti de virtute in virtutem. Alia circumstantia ponitur ex parte modi testificandi, cum subditur: Vidit Iohannes Ihesum venientem ad se, in quo insinuatur certitudo testimonii. Nam de visu certissimum testimonium est, ut dicitur in prologo(?) metaphysice(?) et in libro de memoria et reminiscentia, sed(?) audibilis est disciplinabilis(?), non per se sed per accidens. Alia etiam circumstantia ponitur ex parte eius cui testimonium perhibet cum addit: Ihesum ad se venientem, scilicet de Galilea ut dicitur Matthei 3. Venit Ihesus a Galilea. Nec tamen intelligendum est de adventu quo veni

ad bapm / de quo loquitur ibi ma-
theus / sed de alio adventu / quo
iam baptizatus, et circa iordanē
aliquamdiu moratus. venit ad jo
hannē. vn̄ glosa / matheus ad
ventū xpi ad bapm principalit(er)
dicit / iohannes autem [illegible] eū ve
nisse ad iohem post baptisma
audit / alias non dixisset, infra
eodem / super quē videris spm de
scendentem et manentē super eū.
et ego vidi et iam quod vide
rat eū, et spm super eū descen
dentem quasi columbā / vn̄ glosa
dicit ewangelista pbri sunt h(ic) ipa-
matheus enim ea que antiqua li
garet iohannes baptista pertinens
ipa / festinat ad ea que deinceps
secuta sunt / sed iohannes maxime
his immoratur / que sunt ante incar
nacōm iohannis fruit / hic autem ad
ventus xpi ad iohem post
bapm. vna causa fuit / vt testi
moniū iohannis certificaret / dixe
rat enim iohannes de xpo, ipse est
qui post me venturus est, ne quod
posset aliquis errare in cog
nitione venturi, cū adesset. venit
ad iohem / ab eo digito osten
dendus / dicente iohanne / Ecce
agnus dei / alia racio est, ut
excluderet errorem / posset enim
aliquis credere quod xpus, prima
vice non venit ad baptismum, ve
nerit ad iohem, sicut a peccatis
purgandus / et ideo quod ut hoc
excluderet venit ad eū etiam
post bapm / vn̄ et sequitur iohannes
dixit / ecce qui tollit peccata mun
di q.d. non venit a peccatis purgari /
quia peccatum nullum fecit, sed venit
tollere peccata mundi / venit etiam
ut preberet humilitatis exemplum / quamvis
dicatur Eccli 3o / Quanto magnus
es, humilia te in omnibus / hic
quod adventus xpi ad iohem /
fuit doctrinalis, et exemplaris.
Doctrinalis quidem / quia ideo venit
ad iohem post bapm ut doceret
de ipso quod ipse fuit sine peccato / vn̄

glosa. pro post baptismo ipso veniebat
ad iohem / quia ipse iohannes eū
baptizaverat / cum multis, ut quod non
suspicaretur quod ex causa ea ex qua
alii ad iohem veniret, puta peccata
confessurus / aut in primam ablucionem
ceterea accedit / ex pio accessu.
Tamen secum corrigendi habet in
suspicionem / quia iohannes correxit dicens /
ecce qui tollit peccata mundi / q.d. velle
dicere / glosa / quia xpus veniat
ad bapm / posset aliquis suspi
cari quod ideo venisset ut peccata con
fiteretur / aut a peccatis purgaretur /
ideo xpus ipso venit / ad iohem /
ut iohannes occasionem sumptam redderet
testimonium de xpo / ex quo testimonio
tolleretur hec suspicio / sicut etiam
hic adventus xpi / ad iohem
exaratus / vn̄ dicit Aug. sicut quod
maria. venit ad elizabeth. mino-
rem / et filius dei ad baptistam /
ad servitorem opitulandi / minori
bus / et ad modestiam et humilitatem
admonens / et attendens / quod
sicut xpus iam acceptus / quam virgo
mox ascendit in montana ad
festinacionem / elizabeth matrem
iohannis invisere / iohannes in utero
matris existens necdum loqui valens /
reverenciam xpo, et gaudium suum /
exultavit in utero, ita nunc xpo
ex humilitate ad eum venienti testimonium
et reverenciam preberet / et in voce pro
rupit dicens Ecce agnus dei / vel
posita testificacione occasionem subdit
ipam testificacionem / et post iohannes
testificatur de xpi virtute / Ergo
de ipius dignitate ibi hic est
de quo dixi tibi / virtute ostendit
dicit / primo proponendo figuram /
cum dicit / ecce agnus dei / Secundo expo
nendo eam, ibi qui tollit peccata mundi /
magne enim virtutis indicium
est tollere peccata mundi / Circa
primum sciendum quod sicut Aug dicit In
lege veteri quatuor convenerunt anima
lia. offerri in templo / tria domestica sunt scilicet ... m

s lo

sz bobus capra vitulus, et ovium
quidem arietibus ovibus et agnis. de
volatilibus vero duo, sz turtur
et columba. Hec quidem omnia
prefiguratiua fuerunt veri sacrificii,
quod est xpus, qui semetipsum
obtulit oblationem deo, ut dicitur ad ephe-
v. Et augustinus per missiuas figuris
in victimis aliquem ordinabat cele-
brari, propter commendationem future
carnis et sanguinis, per quam vna
victima fieret remissio peccatorum
de carne et sanguine contractorum.
Et est ratio, quia illa sacrificia
fuerunt signa veri sacrificii futuri
in carne xpi, per cuius immolationem fi-
eret remissio peccatorum, que quidem
peccata contraximus a carne. Sed
quia paganis et primis gentibus
non competebat quod illa sacrificia
fierent ex carnibus grossioribus
vel volatilium, que propinquiore
sunt plenitudine ad carnem humanam.
Et allexander de hales dicit
quod multiplicitas tercio huius introdu-
cta est que fuit in lege propter multi-
plicem fictionem gracie saluatoris,
que non potuit vno signo tantum
exprimi, vel vna figura, immo
quia multiplex est et in eo perfecta
bilibus gratia, necesse fuit figuras
multiplicari. Vnde est, quod dicit
Ysidorus, super principium leuitici,
quod diuersitas hostiarum diuersitatis xpi
sua figurabat, et propter varieta-
tem virtutis hostie xpi, intro-
ducta est varietas et diuersitas
sacrificiorum. Et subdit, Nam in vi-
tulo propter virtutem crucis offere-
batur, in agno autem propter innocen-
tiam, in ariete propter principatum,
in hirco propter similitudinem carnis
peccati, Ro. viii., in turture et
columba, quia deus et homo
mediator dei et hominum in duarum
naturarum coniunctione monstrabatur.
Hac racione dicitur Job xi. Vtinam
deus loqueretur tecum et ostenderet
tibi secreta sapientie sue, et quod multiplex

sit lex eius. Sed ergo quinque animalia
offerebantur, quare iohannes baptista
singulariter mentionem facit de agno
cum xpo testimonium perhibens ipsum appellat
eum agnum vocat dicens, Ecce agnus
dei. Ad quod dico est sicut Lucius dicit
sicut dicitur primo Re. Licet alia sacri-
ficia fierent in templo certis temporibus
anni, tamen erat quoddam cotidi-
anum, in quo iugiter vnus agnus
mane et alius vespere offere-
batur, nec hoc vnquam mutabatur
sed tanquam principale obseruabatur,
alia vero fuerunt ex adiuncto. Et ideo
per agnum, qui erat principale sacrificium,
significatur xpus, qui est sacrificium prin-
cipale et offertur in ecclesia cotidie
de vinis et de frumentis, nam hec ob-
sequia per fidem xpi passi fiunt
et fiunt ad salutem fidelium. Non
tamen habent virtutem nisi in virtute
oblacionem agni, quasi oblaciones
adiuncta principali sacrificio. Immo
habebant, et hic offertur quidem
mane et vespere, quia per ipsum
patet aditus ad intellectualia diuinorum
contemplanda et studenda, quod
pertinet ad cognitionem matutinam
et mysterium, quo utimur vel execu- hic
absque inquinatione peccati, quod pertinet
ad vespertinam. Et ideo dicitur Ecce agnus
dei, id est per agnum significatus, quia xpo
sunt due nature, in qua et diuina,
et quod hoc sacrificium esset ydoneum
ad satisfaciendum et purgandum
a peccatis, tamen ex virtute diuinitatis
magis, in 2 Cor. v. deus erat in xpisto
mundum reconcilians sibi, 2 Cor. v.
Vel dicitur agnus dei, quasi ob-
latus deo a deo, sed ab ipso xpo
qui est deus, sicut dicitur esse
oblatio hominis, quam homo offert.
Et ita xpus dicitur agnus dei,
vel dei offerentis, vel dei accep-
tantis, dei offerentis, quia qui
hunc agnum obtulit deus fuit,
In origine. Cui hunc obtulit
agnum ad ymolandum, deus fuit

in gl(ori)e (con)ditus / et Magnus sac(er)
dos, qui dixit, nemo tollit a(n)i(m)am
meam a me, sed ego pono ea(m) /
vel dicit(ur) agnus dei effectiue,
s(cilicet) paciue, quia ipse p(ate)r p(ro)uidit
homi(ni) oblacio(n)em, qua(m) p(ro) p(e)cc(at)is
p(ro)p(r)iis sufficientem q(uo)d no(n) poterat
h(abe)re offerenda(m) / vn(de) Gen(esis) xxii°
Cu(m) ysaac quereret abraham
vbi e(ss)et victima holocausti R(espo)n(dit),
deus p(ro)uidebit sibi victima(m)
holocausti / Et ad Roma(nos) viii°
P(ro)p(ri)o filio no(n) pep(er)cit deus,
sed p(ro) nobis omnibus tradidit
illu(m) / vel dicit(ur) agnus dei acce
ptatiue xpi mortem vel obla
cio(n)em, vn(de) theophilus xp(istu)s d(icitu)r
agnus dei, q(uia) ip(su)m deus p(ate)r
xpi mortem acceptauit pro
salute n(ost)ra, vel q(uia) ip(su)m eu(m) pro
nobis morti tradidit, Dic(it) n(amque)
dicere q(ui)cu(m)q(ue), hec oblacio e(st) ex
hoib(us), in qua(n)tu(m) ea(m) homo
obtulit, vel his cui oblata
est / Dicit(ur) aut(em) xpus agnus,
p(ro)pt(er) agni p(ro)p(ri)etates / et p(ri)mo p(ro)pt(er)
vite puritate(m) Exod(i) xii Erit
agnus absq(ue) omni macula /
Pet(ri) i / no(n) corruptibilibus auro vel
argento redempti estis de
vana v(est)ra (con)u(er)sacio(n)e p(ate)rne tradicio(n)is,
sed p(re)cioso sanguine q(uasi) agni
incontaminati et immaculati xpi /
Sec(un)do p(ro)pt(er) mansuetudine(m) seu pa
ciencie lenitatem, ysaie 53
Quasi agnus coram tondente
obmutescet et no(n) ap(er)iet os suu(m).
Tercio p(ro)pt(er) fructu(m) vtilitatem /
Sicut eni(m) agnus quatuor nob(is)
ad ministrat s(cilicet) carnes in cibum,
lac in potu(m), lana(m) in vestitu(m),
pellem in tegumentu(m), Sic xpus
nobis ad ministrat carne(m) i(d est) corp(us)
suu(m) in sacri (con)fortacio(n)is et vti=
lissime co(m)mestionis / lac in suauita
tem dulcissime pacis / lana(m) i(d est) ex
teriorem (con)u(er)sacio(n)em in exe(m)pla instruc
tionis / et pellem i(d est) mortem sua(m)
in p(re)ciu(m) redempcio(n)is [illegible] / Agni

tibi p(re)bet ad vestitu(m), et h(ec) q(uan)tu(m) /
ad indume(n)tu(m), iuxta illud Roma(nos)
xiii Induimini d(omi)n(u)m ih(esu)m xp(istu)m / et
q(uan)tu(m) ad cibu(m) Joh(annis) 6, Caro mea
vere est cibus / Et io dicebat h(ic)
ysaias 16 Emitte agnu(m) domi(ne)
dominatore(m) terre / Ex quib(us) p(atet) q(uod) hec
tria introducit(ur) / p(ri)mo ad visitac(ionem)
vel re(com)mendacio(n)em (con)uenienc(ie) int(er)
agnu(m) typicu(m) et agnu(m) veru(m) / int(er)
vmbra(m) et veritate(m) / int(er) synagogam
et eccl(es)iam, vn(de) Luc(e) / Dic(itur) aut(em) agn(us)
dei in mu(n)do q(uia) hic est qui olim
querebat(ur) re(com)mendacio(n)e(m) p(ro)ph(et)ie ysaie /
et vmbre / q(ua)m si(c) moysen erat /
vt a figura et vmbra sensibilius
eos ad veritatem adduceret / Et
q(ui)de(m) glosa d(icit) i(n) sacrificio agni
paschalis transierunt iudei de e
gipto / qui sati(s) p(er) in deserto / intra
uerunt terra(m) p(ro)missionis, Sic et nos
in sacrificio h(uius) agni veri q(ui)a est qu(i)
hec sp(irit)ualiter, Ideo hec tra
introducit(ur) ad ostendend(um) xpi
inocencia(m) vn(de) Aug(ustinus) d(icit) agnus
ergo inocens, et o(mn)e q(uo)d co(m)plicat /
sed et ceteri agnus / an non
et ipse inocens / et q(ui)a deu(m) p(re)bet
agni / Jo(hannis) x Ecce ego mitto vos
Fui / sed quib(us) et q(uo)d in inocens /
omnes enim ex illa radice / Et ex ea
Supra quidem ewangelista posuit testimonia
baptiste ad turbas / Hic autem
ponit eius testimonia ad discipu
los suos / Et primo testimonium
Secundo testimonii fructus / ibi Et au
dierunt eum et cetera / Circa primum tria
facit / primo describitur tempus secundo
assignatur modus testificandi / ibi Et
respiciens ihesum et cetera / Tercio ponit
ipsum testimonium / ibi Ecce agnus dei /
Quantum ad primum tempus describitur
cum dicit / Altera die iterum stabat
iohannes et cetera / autem quod dicit stabat /
tria notat circa iohannem / primo
modum ipsius doctrine / qui fuit di-
fferens a modo doctrine xpi / et
discipulorum eius / Xpus enim circuiendo
docebat / unde dicitur Matthei 4 / quod
circuibat ihesus totam galileam do
cens et apostoli discurrendo per mundum
docebant / Marci ultimo / Euntes
in mundum universum predicate ewangelium / Sed
iohannes docendo stabat / unde dicit
in textu Altera die iterum / hoc est in
mane, post precedentem / stabat iohannes
scilicet in uno loco, scilicet in bethania trans
iordanem / et instruebat de xpo
omnes ad eum venientes / Ratio quare xpus
et discipuli eius discurrebant docendo /
est / quia doctrina xpi facta est
credibilis per miracula / et ideo
circuibat diversa loca / ut miracula
et virtutes sue in diversis locis innote
scerent / ut per illa miracula eius do
ctrina et predicatio confirmaretur / Pro
pter doctrina iohannis non fuit
in miraculis / quia ut dicitur infra

x° iohannes nullum signum fecit / sed scilicet predicto
confirmata est vita et sanctitate vite / scilicet sanctitate
et ideo stabat in uno loco / ut exhi
beret se omnibus / quia ad eum confluerent /
et propter eius sanctitatem crederent in xpm
Siluit ergo si iohannes sine miraculis
discurrisset ad predicandum xpm / eius
testimonium incredibilius redderetur /
tum videretur impossibile / et quasi se
ingerendo hoc facere / Secundo notat
iohannis constanciam in virtute / quia iohannes
non fuit arundo vento agitata /
sed firmus fide / Sicut illud I cor. 10 /
Qui se existimat stare / videat ne
cadat / Tercio allegorice stare eius
est quasi deficere / iiij regum iiij° / Stetit
quasi oleum id est defecit / Stabat ergo iohannes
veniente xpo / quia cum venit veritas /
defecit figura / iohannes stat / lex transit /
Status enim in scriptura quinque designat /
intencionis rectitudinem / de quo statu
dicitur iij regum 18 / vivit dominus an
te cuius conspectu ego sto / Secundo designat
simiendi promptitudinem / Tercio ro fili
accedentis ad similitudinem dei / sta
in iusticia et timore / Quarto designat
perseverantiam et finalem actum in bono /
Galat. v° / State ergo et nolite iterum
iugo servitutis adstringi / Hic autem in
iohanne hoc designat virtualem recti
tudinem / unde beda / Stabat autem
iohannes / quia illam spiritualem arcem
conscenderat / a qua nullis tempta
cionum posset impulsibus deici /
Stabat eciam illo gradu / quia magi
sterium illius corde sequebatur in
mobili / adeo subdit / Et ex discipulis
eius duo / immo plures / sed dicuntur
tamen duo stetisse cum iohanne / quia isti
soli exaudierunt testimonium de xpo /
quia erant magis idonei ad au
diendum de xpo testimonium / quia gratia quam
lectis / quia numero [illegible]gentes / quia
est se invicem amantes / quia sine
duobus caritas inter quam inter duos
haberi non potest / unde bernardus / Sed secundo
ponit eorum duorum / cum faciem suam /
Deinde cum subdit / Et respiciens
ihesum ambulantem / ponit modum testi-

ficandi eius / quia cum aspectu /
Respiciatur enim est de xpo, ipsum
respiciendo / Et secundum Theophilum /
ideo respexit, ut per hoc quasi oculis
innueret gratiam, et admiratione
quam habebat in xpo, vel ideo respexit /
ad suum testimonium certitudine, quod
enim respicit ipsum, prius est / Et in
hoc ostendit [illegible], vel iohannem et prophetas /
prophete namque testimonium perhibuerunt
xpo de futuro Act. x. huic omnes
prophete testimonium perhibent etc. / Similiter
et apostoli per mundum dispersi per-
hibuerunt testimonium xpo de preterito /
Act. primo / Eritis mihi testes in
iherusalem et in omni iudea etc. Sed iohannes non
per visum neque de presenti sed de absente /
prophete quidem ut de futuro, apostoli
ut de preterito / Sed iohannes testimonium
dedit xpo de presenti et sibi presenti
et a se viso / Et ideo dicit respiciens
scilicet oculis corporis et mentis Iuxta
illud ps. / Respice in faciem xpi
tui / ysaie lii. oculo ad oculum
videbunt / et ideo non tantum propheta sed
plusquam propheta dictus est / quia
plus est presentem ostendere quam
futurum predicere / Sed dicit ambulan-
tem ut designet incarnationis mi-
sterium / per quod dei filius mutabilem
naturam assumpsit / ysaie 16. Exi-
vit a patre et venit in mundum / unde
beda / ambulatio illius / dispensa-
tionem incarnationis qua ad nos
venire ac nobis exemplum vivendi
prebere dignatus est insinuat / Re-
spexit ergo iohannes ihesum ambulantem
cum aliis qui veniebant ad eum /
Sic quia enim veniebat ihesus ad io-
hannem ut occasionem daret ei ferendi
testimonium de xpo / quia per iohannem
xpus voluit iudeis revelari a-
pud quos iohannes magnus erat /
Deinde cum dicit / ecce agnus dei po-
nit ipsum testimonium unde beda [illegible]
cognominatione / immo iam notum ad
memoriam revocantes quem illi
precursores sui / agnum dei vocaverunt /
quia videlicet cunctis mortalibus
singulariter innocentie hic est ab
omni peccato mundus invenit / quia nos
suo sanguine redempturus / quia
dona sua vellere sponte lar-

giretur / ex quo veste nobis nup-
tialem facere possemus i. exem-
plum vivendi nobis relicturus per quod
quibus in dilectione calefieri de-
bemus / Hic ergo testimonium precursoris
domini quia facile per fidelibus
etiam amoris intimi fomite au-
dientium cordibus infundit / Ecce er-
go agnus dei / ecce innocens / et
ab omni peccato immunis, utpote qui
os quidem ex ossibus adam / sed
nullam de carne peccatrice traxit
maculam culpe / agnus quippe
immaculatus / totus immaculatus
quia immaculatus / non tantum macule
ablate sunt / sed qui nullas ma-
culas contraxit / nam fecit multos
immaculatos / donando peccata sed ipse
immaculatus non condonando peccata / Sic
ergo autem iohannes profert testimonium
Tum quia de illo dudum hoc testimonium
perhibebat / ex hiis que audierat
a iohanne / iam satis instructi erant
de xpo / Tum etiam quia per hoc satis
intelligitur tota intentio iohannis
que ad hoc solum erat ut eos
ad xpm adduceret / ne dicit ite ad
eum / ne videatur quod gratiam per-
stare xpo, si eum sequantur / sed
commendat gratiam xpi / ut quasi
confisus sibi committeret / si testium
sequatur / Et ideo dicit ecce agnus
dei i. ecce ille in quo est virtus
et gratia purgandi peccatorum / agnum enim
ut dictum est offerebat pro peccatis /
Et magne virtutis est agnus iste
qui omnipotens leonem interfecit / illum
inquam leonem de quo prima petri
ultimo / adversarius vester diabolus
tanquam leo rugiens circuit / ideo
iste agnus meruit vocari leo
victor gloriosus apoc. v. ecce
vicit leo de tribu iuda / Nota etiam
quod iohannes bis vocavit istum
agnum / propter duplicem puritatem
que erat in xpo / habebat enim
xpus puritatem et innocentiam in se
ipsum et in alios redundantem
vel bis vocavit eum agnum propter
duo que nobis contulit / scilicet libera-
tionem a malo / et provisionem in bo-
nis / Sic ergo iohannes baptista fideliter
executus est id ad quod dimissus

erat destinatus / sicut ad ordiatur
ad hoc ut quiteret corda patrum in
filios luce p° .s. ut quod patres cre
diderunt futurum filii crederent in xpo
impletum / et incredulos ad pru
denciam iustorum / qui iusti non presu
munt de suis meritis / sed de xpi
beneficiis saluari / et parare domino
plebem perfectam / per facere xpi
gratiam / et celestem querere gloriam
/ ut perfecti / non ut paruuli / vel imper
fecti amare terrena delectacionem / vel
substanciam / Et hec totum beatus iohannes
totaliter adimpleuit / predicacione
et vita / verbo prius et exemplo .s. que sunt
facienda / fugienda / et credenda /
Primo que sunt facienda .s. penitenciam assu
mere baptismum lauacrum / et per quos
alia xpi adhibere sacramenta / Secundo
condigna penitencie opera / quia predicauit
baptismum penitencie / et impendere in
digentibus misericordie opera / quando dixit
turbis / Luce iii qui habet duas tunicas
superfluas det / non habenti / et qui
habet escas / similiter faciat / Secundo que cauen
da .s. fraus et rapina / quando dixit
publicanis / id est illis qui in publico
erat officiis / vel negociis mundanis
nichil amplius quam constitutum est
vobis faciatis / Et militibus dixit /
neminem concuciatis neque calumpniam
faciatis et contenti estote stipendiis
vestris / Tercio que timenda .s. iudicium
supra / et inferni supplicium / quia iam
securis ad radicem arboris posita
est / id est supra iudicis vel mortis / omnis
arbor que non facit fructum bonum
excidetur .s. de presenti vita et in
ignem mittebatur / mittetur .s. infernalis
dampnacionis / Tercio que cre
denda .s. filii dei incarnati pre
senciam / et in peccata hostiam / cum dixit /
Ecce agnus dei ad differenciam agni
typici / et paschalis / quem optabat
Ysaias ysa xvi Emitte agnum domi
natorem terre / de petra deserti
id est de rupe gentili peccatrice / ad
montem filie syon .i. ierusalem ad do
cendum corrigendum pascendum
redimendum / et iam agnum vocat ut
de eo ad xpm per mansuetudinem tra
hat Mt xi discite a me quia mitis
sum / sicut ad xpus vir in imitacionem

per perfectionem sapiencie Ezech. vii Ecce
vir cuius nomen est agnus in passi
one per mansuetudinem doctrine / et
pacie ysa liii Sicut ouis ad occisionem
ducetur et quasi agnus coram tondente
se obmutescet / Leo in terrore per
fortitudinem potencie / Apoc. v Ecce vicit
leo de tribu Iuda / Ecce agnus dei / Et ipse
addit qui tollit peccata mundi [illegible] ut
quilibet petitis / Et audientes confugerent
ad xpm / ut misericordiam per medicum
Tercium i Et audierunt eum duo hec
posito testimonio ad discipulos iohannis /
hic quiter ponitur testimonii fructus /
Et ut quiuimus ad omnia prebentes
na in primo euangelii ponebatur sermo
verbi / Secundo formacio vocis / cum dicebatur
sum Ego vox missus a deo / Tercio ex
plicacio veri facta per vocem / quam explicata
sunt testificacio iohannis / iam hic
exponitur verbi et complicatum per iohannem
et manifestatum receptio / quia receptio
est fructus predicatoris. sicut iohannis /
/ qui sunt ^(et iste fructus) quia discipuli iohannis audientes
testimonium eius secuti sunt xpm / Et di
uidit ista tractatus / quia primo ponitur
fructus proueniens ex testimonio iohannis /
et discipulorum eius / Secundo ponitur fructus pro
ueniens ex persona xpi / ubi Inuenit philippum
aut voluit et cetera / Circa primum / primo
ponitur fructus proueniens ex testimonio
iohannis / Secundo fructus proueniens ex te
stimonio vnius discipulorum eius / ubi Erat
autem andreas frater et cetera / Circa primum
duo facit / primo ponitur inchoacio huius
fructus facta per testimonium iohannis /
Secundo ponitur consummacio fructus facta per
xpm / ubi Conuersus autem ihesus /
Circa primum ad primum dicit Et audierunt
.s. aure corporis / magis quam corporis
eum .s. iohannem duo discipuli .s. qui erant
cum eo / loquentem .s. ecce agnus dei /
et secuti sunt ihesum / ad literam euntes
cum eo / vbi quatuor sunt Circa hoc no
tandum sunt / primo quod hic iohannes
loquitur et xpus tacet / et vero iohannis
discipuli conuertuntur ad xpm / competit
ministerio / et enim est sponsus ecclesie
iohannes vero .s. sponsi paranymphus et
amicus / officium autem paranymphi est
sponsam tradere sponso / et loquendo
pacis tradere / sponsi autem est quod
reuerendia tace / et desponsatam

tuta/ puelle dispone. Sic ergo dis
cipuli a Johanne tradunt xpo/ quasi
desponsati presidem nobilis tradi
xpus tacet / sed iam susceptos et
diligenter instruit / Simpliciter notabile
eius Johannes dignitate et commendans
dixit ante me factus est / et cuius
non sum dignus soluere corrigiam
calciamenti eius / nec quisquam [illegible]
qui similia de xpo et incarnacionis
misteria locuta est / sicut scilicet sunt
dicti / ut ex hoc intelligamus quod simi-
lia que pro nobis passus est corpore
magis nos mouet / Ideo dicitur
Canticorum 1 primo / oleum effusum nomen
tuum i. unica qua salute hominum pro
curasti / et statim sequitur ibidem /
adolescentule dilexerunt te nimis /
Tercium est quod primo predicatore est
sicut semine tadens in diuersas terras
in una quidem fructificat / in alia
non / ita et Johannes cum predicauit /
non omnes discipulos qui iuit ad xpm /
sed duos tantum / qui erant sibi dispo
siti / alii vero ex quo inuidia non
ueniebant ad xpm / Unde et quomodo
ci mouentur ut dicit Mathei 9 /
Quartum est quod discipuli cognitis audito
eius testimonio de xpo non statim
ingesserunt se ad loquendum ei ex
abrupto / sed quasi studiose ad
quadam [illegible] singulariter
loqui cum eo et in secreto loco sibi
duerunt / Commentum [illegible] negocio
tempus est et opportunitas / ne vagit
a misterio / quod duo discipuli audierunt
eum loquentem / et secuti sunt illum
[illegible] nobis illi
gi / quod xpm audientes et eum se
quentes gemina caritate sunt accen
si / unde glosa duo sunt qui secuntur
/ quia cum sequitur gemina caritate
sunt accendi / Sequitur at xpm
ut ex hoc admoneamur quod omnis [illegible]
ad xpi sequelam / est ordinandi
Ut tamen glosa quod non discipuli secuti sunt
illum non perfecte ei adherentes / sed
ut videant ubi habitet / ut assi
due ad eum veniant et ab eo eru
diantur / postea vero perfecte secuti sunt
eum / cum eos de naui dominus vocauit /
Tunc ibi Conuersus autem Jhesus
Et posita inchoacione fructus facta
per Johannem / hic ponit eius conple-

fecta per xpm / Quod enim inchoauit
consummat per xpm / quia neminem ad
perfectum adduxit lex / Hebreorum 7 primo
Et diuiditur in duo / quia primo nobis
ostenditur discipulorum examinacio / secundo discipulorum
examinatorum instructio / ibi venite et
videte / Circa primum primo ponit
xpi corporalis conuersio / secundo eiusdem
benigna interrogacio / ibi et vi
dens eos sequentes dixit / tertio
discipulorum responsio / ibi qui dixerunt ei
rabi / Quantum ad primum dicit Conuer
sus autem Jhesus vidit eos / et quod
secundum litteralem sensum intelligendum est /
quod xpus hos discipulos precedebat / et hii
duo / discipuli sequentes eum / faciem eius
non videbant / Et ideo conuersus
ut daret fiduciam / quiuit se ad eos /
In quo dat nobis spirituale intellectum
quod omnibus qui xpm sequuntur in spiritu
puro corde / dat fiduciam ut habeant
spem uite / Sapiencie 6 preoccupat
eos qui se concupiscunt / Et hec xpi
conuersio / declarat nobis post incar
nacionis euidenciam ut ipse sit
deum ad nos conuertere faciem / quod
xpm incarnari / nam umbra legis
posteriora sunt / vitam autem incarnacio
sunt / Unde quod glosa faciem illius
habuit dum maiestate descendit
dum cum umbra legis / circa
luce exhibuit / Secundo hec xpi con
uersio declarat nobis duplicem
visionem diuinam / videtur enim deus
nunc per effectus / videre autem effectus
est videre posteriora / quia hic per
effectus in eius cognicionem venimus Exodi
33 posteriora mea videbis / vide
bitur autem in futuro facie ad faciem
/ Tunc ergo deus se quiuit ad nos dum
[illegible] est in sua maiestate
visionem nobis largietur / Hanc visionem
petebat psalmista dicens / Ostende nobis
domine faciem tuam et salui erimus / Et
Tercio hec xpi conuersio declarat
diuine misericordie habundanciam / ut
ex hoc dicatur deus auersus cum
nobis opem non exhibet /
Tunc autem dicitur conuersus / cum nobis in
ferret / Hanc conuersionem petebat psalmista
dicens / Conuertere domine aliquantulum
et deprecabilis esto super seruos
tuos / Quarto hec conuersio declarat

minorum meorum efficacia / ex qua ex
duobus sequentibus se facit audire /
Primo trahendo, secundo sequentibus se dux
quem facit / et respexit, quia
non per operacionem ipsum secuti sunt
ad visionem faciei eius umquam pertin-
gere, nec tam ad domum eius pervenire
potuissent / Convertit ergo se ihesus ad
dictos loquens cum sequentes, ut et
faciem suam eis ostenderet / Et cum
quia non videret in cognicione,
subito per speciem complacuit, et ut eis
graciam infunderet, et misericordie
efficacia in eis reluceret / Con-
sequenter ponitur Christi benignitas in
interrogacione cum dicitur Et videns eos
sequentes dicit eis Quid queritis. Ubi
examinat eos super de intencione
nam sequendo Christum non est eadem
intencio / Quidam enim sequuntur propter
bona temporalia, alii vero propter bona
spiritualia / Et ideo quod isti habebant
duos querit dominus / Quid queritis non
quia ut addisceret, sed ut rectam
intencionem sapientes, magis eos
familiares faciat / et ostendat eos
auditores dignos / et ampliorem
fiduciam det. secundum Crisostomum / Nota autem
quod hec est primum verbum quod Christus in ew-
angelio loquitur / Et congrue /
quia primum quod requirit deus ab homine
est recta intencio / Et secundum Augustinum
primo verba quibus locutus dixerat de Christo /
septimo locutus est Christus primo
nam Iohannes baptista locutus est
quando sermonem perhibens de ipso cla-
mabat dicens hic est de quo dixi /
Aliud quando dixit non sum dignus
solvere corrigiam etc. / Tercium quando
dixit / Ego baptizo in aqua
medius autem vestrum etc. / Quartum ecce
agnus dei / Quintum vidi spiritum descen-
dentem / Sextum iterum dixit ecce
agnus dei / Et Christus septimo loquitur
ut intelligas misterium quia quies que
designatur per septimum diem nobis
est futura per Christum / et quia in ipso
est plenitudo septiformis gracie
spiritus sancti / Consequenter cum dicitur Qui
dixerunt ei Rabi etc. ponitur dis-
cipulorum responsio, in qua ponderet
quod querunt / et duo videntur /

primo quid queritis Christum sequentes sed ut
addiscant primo et ingerunt eum vocant
dicentes Rabi quod dicitur interpretatum
magister. Quia dicunt magister ut nos
doceas / Iam enim prenoscebat id
Mathei 23. Unus est magister vester Christus /
Secundum Crisostomum magistrum eum vocant, addi-
scipulatus se implicantes / et causam
ostendentes propter quam sequuntur / Tercio
dicit in sua responsione ostendit quod
secundo querunt / dicentes Ubi habitas /
Quasi dicat / querimus habitaculum tuum ac
domum tuam in qua habitas / Et [illegible]
duplici de causa querebat ipsi habita-
culum secundum quare una est litteralis / nam
ideo querebat habitaculum Christi, ut dimissis
eis magistro possent uti / Secundo aliter
nam noluit enim in transitu eum magi-
sterio uti / sed inquirunt ubi ma-
neat, et ex tunc verbis illius possent
imbui, et ex inde sepius eum possent
visitare / Multa enim mira et magna
que a Iohanne de eo audierunt / nole-
bant eum perfunctorie interrogare /
nec semel tantum, sed frequenter et seriose
et ideo domum eius scire volebant, ut
frequenter ad eum accederent / Unde consilium
sapientis Ecclesiastici 6. Si videris sensatum
evigila ad eum, et gradus hostiorum
illius exterat pes tuus, Proverbiorum 8.
Beatus homo qui audit me et qui vi-
gilat ad fores meas cotidie et ob-
servat ad postes ostii mei etc. / Secunda
causa est moralis, de qua Alcuinus
Augustinus vult sibi ostendi, in quibus
Christus habitet ut corde credentes se tales
exhibeant in quibus Christus habitare
velit. Quasi dicat / Ideo querunt ut fiant
quales debent esse homines in quibus
Christus inhabitet, et qui digni sunt isto
habitatore, de quo habitaculo dicitur
Ephesios 2. Edificamini in habitaculum
dei in spiritu sancto / Allegorice autem
intellectus est habitaculum dei secundum id
Psalmi Ad te levavi oculos meos qui
habitas in celis / Querunt ergo ubi Christus
habitet / quia ad hoc desiderant Christum
sequi ut per eum ducantur ad celos
id est ad gloriam celestem. Deinde subditur
dicit eis venite et videte. Ubi
ponitur doctoris iam examinatorum instruccio.
Et primo describitur ipsa instruccio

Ez d. [illegible] supra ista quod ex quo omne patet Christo intus illud ipse enim sciebat quid esset in homine
quo [illegible] ordinat ad ignoranciam expellendam esset querentes [illegible] querunt ut discant et sic
quesivit hic Christus quod ignorancia non fuit in eo, [illegible] ordinat ad familiaritatem inducendam
sic quesivit hic Christus ut [illegible]

Hec tercia a xpo hic commendatur dilectio
obediencia / quia venerunt et viderunt /
Tercio determinatur tempus quia hora
erat quasi decima / Quantum ad primum /
dicit ewangelista / dicit eis s(cilicet) sibi se interro
gantibus illis / Venite et videte
Sed hic est questio / Cum xpc dicat Mt.
viij. Filius hominis non habet ubi caput
suum reclinet / qualiter dicit hic ve
nite et videte ubi habito / Respondetur
secundum Crisostomum quod per hoc quod xpc dixit
filius hominis non habet ubi caput
suum reclinet / demonstratur quod non ha
buit proprium habitaculum / non quod modo
non alicuius alterius non maneret /
et ad quod habitant videndum / questiones invi:
tabat / dicens / venite et videte / quasi diceret
habitaculum gratie dei per me gratie / tam sub
limis est / quod sermone cognosci non
potest nisi per experienciam na(m) vix ex
plicari non potest / Apoc. 2o / vincenti
nomen novum scriptum quod nemo
scit / nisi qui accipit / et ideo dicitur
venite et videte / venite credendo
et orando / et videte experiendo
et intelligendo / Pro quo nota quod ad
hanc cognitionem quatuor perve
niuntur / primo per bonorum operum accionem /
vnde dicitur venite ps. quando veniam
et apparebo ante faciem dei / Secundo per
inventionem quietem seu vacacionem
ideo dicitur videte ps. vacate et vide
te quoniam ego / Tercio per divine dulcedinis
degustacionem / ps. gustate et vide
te quoniam suavis est dominus / quarto
per orationis devocionem / Tren. 3o le
vemus corda nostra cum manibus
ad dominum s(cilicet) orando / et ideo dicit dominus
Luc. 24 / palpate et videte / Re/
Hic igitur in hoc quod dicit venite et vide
te / declarat modum et qualitatem per
veniendi ad hanc habitacionem / quia per
bona accionem pervenitur ad contemplationem /
Venite confessiones ... ab onere
legis ad fontem gratie / et videte re
velata fide / tamquam verum sponse
ne dixit in illo / ut illud habita
culo habito / Quod si dixisset
magis locum ondet / quam ... in
vitare videtur / Et duxit eos ad
domum / in qua nec mille p(ro)pius
se reducebat / quia proprium habitaculum
non habebat / sed ad tempus illud ho

spiciolum habebat / prope locum illum
ubi Johannes baptizabat / Conter
subditur de illorum obediencia quia statim
sequitur / venerunt et viderunt ubi maneret
quia veniendo viderunt et videntes
non deseruerunt / vnde subditur / Et
manserunt ibi die illa / Hec est
dies illa resplendens / et sequitur ho
ris spacio / audientes ab eo ver
ba / dicit autem die illa / quia ubi
est xpus lux perpetua temporis mistice
ubi nulle tenebre possunt esse / Aug.
omnino una / e qua beatam diem et
noctem habuerunt et duxerunt / Au
dientes et videntes eum quod multi
reges et prophete videre volentes
et audire non viderunt neque au
dierunt / Unus est qui nobis dicat
quod illi audierunt a domino / Tamen
cum recedunt a xpo non videt eum
adhuc propter omnia videre / infra
6to / Omnis qui audivit a patre
meo et didicit / Hic est qui venit
ad me / Nota qui vult manere
cum xpo vel apud xpm / oportet quod ve
niat ad eum per fidem / ait xpc
venite ad me omnes qui laboratis
Secundo quod preparet xpo debitam
mansionem / quarti regum 20 / audiuit
quod vir dei est iste qui transit per
nos frequenter / faciamus ei cenaculum
s(cilicet) caritatis lectum castitatis / men
sam pietatis / sellam pacis et candela
brum honestatis / Tercio quod maneat
in xpo per caritatem / 1 Joh. iiijo
deus caritas est et qui manet in
caritate et cetera / Sic hii duo discipuli
manserunt apud xpm / ideo beatam
diem duxerunt / 3 Regum 10 / Beati viri
tui et beati servi tui hii qui stant
coram te semper / Et ideo dicit Augustinus
Edificemus et nos sibi in corde
nostro / et faciamus ei domum quo
veniat ille s(cilicet) per presenciam et doceat
nos s(cilicet) de necessariis ad salutem / De
inde ad dicitur hora autem erat quasi
decima / Ondit tempus quo hec facta
sunt / quia hora decima et per hoc respon
detur / Quod quidem ewangelista determinat ut
insinuet commendacionem xpi et di
scipulorum / hora enim decima est in
octava diei / Ex quo et xpus com
mendatur quod diu tam studiose

serm

Luce 24

erat ad docendum, quod non propter hore
tarditatem eos docere distulit,
sed in hora decima docuit eos. Enim
vel mane sermone servit tunc ter-
tium cum discipuli comedebant, a
fervore audiendi xpm quamvis
tarde esset, et adhuc forte ie-
iunaret, non enim retardabant
a sequendo xpm. Comedebatur enim
a prandio, quia hora decima
quod cenerit, docet comedisse, et
esse magis sobrios ad percipiendam sa-
pientiam, ipsi enim apostoli et sobrii erant
ad sapientiam audiendam nec-
nimis quia fuit discipuli Johannis, = pa
cuius potus fuit aqua, cibus autem
locuste et mel silvestre. Alii vero
dicunt quod hoc tempore fuit gravati. Quia
corpus post cibum non est aptum
ad quippiam naturale, eo quod est
gravatus. Non ergo frustra tempus no-
tavit evangelista, sed ut tu doctores
quod discipulos erudiant, quod doctrina pro
tempus non est permittenda secundum
Crisostomum. Secundum autem Augusti-
nus sexta, i. denarius legem
signat, quia lex in decem preceptis
data est. Erat ergo hora decima
quando isti venerunt et manserunt cum
xpo et ab eo eruditi quomodo
veniente xpo advenit et tempus
ut adimpleretur lex per dilectionem
que a iudeis adimpleri non po-
terat per timorem. Et ideo in ipsa
hora vocatus est rabbi, quod in-
terpretatum magister, quia dicitur venera-
te magistrum et eius doctrinam salutarem.
Erat autem andreas frater Si-
monis petri unus ex duobus
qui audierat a Johanne et secuti fu-
erant eum. Invenit hic primum
fratrem suum Simonem et dixit ei
Invenimus messiam quod est inter-
pretatum xpus, et adduxit eum
ad Ihesum. Intuitus autem eum Ihesus
dixit ei Tu es Simon filius
Johanna; tu vocaberis Cephas
quod interpretatur petrus. Et usque ibi
In crastinum autem te ...
nam posuit fructum, scilicet per promo-
tionem. Hic quarto ostendit fructum

predicatione
preminentem exponens unum discipulorum eius,
scilicet andree, quomodo ad xpm. Et circa hoc
primo describitur discipulus, secundo fructus
ab ipso inchoatus, ibi invenit hic
primum fratrem suum. Tercio ponitur consummato
fructus facta per xpm, ibi intuitus autem
eum Ihesus dixit ei. Fructus autem andree
fuit vocatio Simonis petri. Describitur
autem discipulus primo ex nomine, cum dicitur Erat
autem andreas, quod interpretatur virilis
iuxta illud psalmiste viriliter agite et con-
fortetur cor vestrum. Ponitur autem nomen andree
ut ostendatur eius privilegium, sicut enim primo fuit
qui primus ad fidem xpi perstitit cum eis
quia xpm predicavit, unde sicut Stephanus
est primus martir post xpm, ita et
andreas est primus xpianus. Secundo
describitur a cognatione, cum dicit Si- frater
monis petri, minor etate, et hoc
quidem est ad eius commendationem, ut etate
posterior, fide efficeretur primus. Ergo
talis autem andreas interpretatur virilis
omnino obediens. Virilitas autem non
est virilis nisi obediencie socia.
Sic dicitur prov. Vir obediens loquetur .21.
victorias. Tercio describitur andreas
ab exemplo, quia unus ex duobus
qui audierat a Johanne. Et quamvis albertus
nomen describitur, ad ostendendum andree
privilegium, quod fuit insignis. Alius
vero non fuit tam insignis secundum Cris-
ostomum, nec fecit aliquod magnum, unde non
fuisset utilitas nomen eius ponere.
Sic enim et lucas x. capitulo nomina
septuaginta duorum discipulorum quos dominus
binos et binos misit ante faciem
suam non posuit, quia non fuerunt tam
solempnes persone et insignes sicut
fuerunt apostoli. Vel ideo ~~nomen~~ nomen
alterius tacetur quia ille alius discipulus
fuit iohannes ewangelista, cuius consuetudo
est in ewangelio suo, cum de eo agitur,
nomen suum non exprimere propter humilitatem
vel quare nemo scribitur. Sic enim Augustinus
quod hec est consuetudo eorum qui nobis
ewangelium ministraverunt, ut cum
ab aliquo eorum divina narrabatur hi-
storia, cum ad se ipsos veniret, tan-
quam de alio loquebantur. Quod cum
enim scribendum est, tacere proprias laudes
vel saltem loqui de se post de alio
sunt infra capitulo ultimo, Iohannis ewangelista
describendo etc. Hic est discipulus ille etc.

no expulendo / nomen suum et cogno
scat. Alii / quia probat et estimatur quod
reperiret fuit cum andrea / qui descri
bit circumstancias loci et temporis / quasi
ille qui putat et vidit / aut simul
cum eo fuit philippus / quod exinde
videtur / quia statim post quam vocacio
conscriptus est de andrea / prosequitur
de philippo / dicit sequenti autem vo
luit exire in galileam et invenit
philippum et c. Quarto commendatur
a studio devocionis eum dicit Et 23
sequitur fuit eum secundum iohannem cap. 23 uc.
singula ea scriptus est post iniciis
Quarto commendatur et describitur a studio
secundum a pace / Circa quem fructum per an
dream inchoatum describitur cum dicit
Invenit hic primum symonem fratrem
suum / Et primo insinuatur quod fructum
fecit apud fratrem suum / ut commendet
per quasdam circumstancias / Sic enim dicit
in ierarchicis / Evidens
signum perfecte quasdam aliquid est
in quibus / eum qui sibi magis est
quietum / magis querere satagit / Et
ideo andreas perfecte quibus / non detinuit
apud se ipsum inventum thesau
rum / sed festinavit et currit cito
ad fratrem / tradidit ei bona que susce
pit / unde ut legitur / vera pietas statim
inventum thesaurum indicat. Sic an
dreas invenit christum quo invento
statim curavit eum predicare / fratri
et proximo / Et hoc est quod dicit invenit
hic scilicet andreas primum i. primo ad predica
fratrem suum symonem scilicet quem querebat
ut post erat germanus sanguine
sic esset et germanus fide / Prover. 18.
frater qui adiuvatur a fratre quasi
civitas munita / Apoc. ultimo / Qui
audit dicat veni / Ecce hic enim haberi
vitas dilectionis / ut qui se diligunt
ex sanguine / diligant se fide / Invenit
igitur andreas primum symonem fratrem
suum / non a casu / sed diligenter quesi
tum / desiderans eum esse fratrem
in religione fidei / sic et in proprie
tatis / Contra illos qui proximos carnales
retrahunt / ab ingressu religionis /
vel aliquos a via veritatis et virtutis
Secundo ponit verba que dixit andreas /
Invenimus messiam quod est interpretatum

christum / Cum enim audissent multa talia
a symone / vel si quis eum interrogaret
de quo instructi fuissent / a christo
in exemplo est curiosis quod perfectiora
sufficiunt instruxit eos in tantum / quod
cognoscerent eum esse christum / Et ideo
dicit invenimus / per quod innuit quod eum
diu in desiderio quesierat / sicut
lapidem preciosum et thesaurum absconditum
diu querebat / Quesierat scilicet
preciosam quam pervenit et sicut qui
fossores effodit eius illam / tunc in ta
gessit timorem dominum / Messiam scilicet in le
ge et prophetis promissum / ac diu expectatum
ac desideratum / quod interpretatur christus
Augustinus. Messias hebraice grece dicitur
christus / latine unctus / Crisma enim
unctio est / Ille autem singulariter un
ctus est a deo invisibili. Spiritus sancti
a quo unctus christus in unguentum
Ideo singulariter isto nomine manifestat
eum / unde dicit in psalmo unxit te deus
deus tuus oleo leticie pre consortibus
tuis / Nam omnes sancti isto oleo unguntur
et ideo dicuntur participes gratie christi /
sed singulariter iste unctus est et
singulariter christus / Et ideo secundum Crisostomum
non dicit messiam simpliciter / sed cum ad
iectione articuli in greco / per quod
designatur singulariter christus / unde Cirilla
fuit autem unctus salvator spiritu
sancto / quamvis misera sanctissimi / ungens
ut deus spiritu sancto credentes in eum /
christus ergo rex est et sacerdos / un
ctus non quadam unctione. sed divina
quia in humanitate pro nobis assumpta
fuit unctus a deo patre / immo a to
ta trinitate / plenitudine gratie / sic
reges et sacerdotes in veteri testamento
ungebantur unctione corporali vel
Rabanus. Tercio ponit fructum
que fecit cum dicit Et adduxit eum
scilicet petrum ad ihesum i. ad salvatorem
quia non confidebat de se / quod eum
posset sufficienter instruere / Et
exemplum accepit etiam quod in statio
baptismi et confirmacionis vult ad
ducentibus / qui puteri (?) suscipientes appellan
tur / qui patrini solent appellari
In hac autem adductione petri co
mendatur obediencia / consensum enim

grece vero anadochi vocatur
id est dyonisii

s cd... 19a 2

magis tardans / et andree denoto / quia adduxit eum ad ihm non ad se / debebat enim se infirmum / et ideo eum ad xpm adduxit / ut cum ipse instruet / instrueret sibi plt que iste debet esse predicatorem conatus et studium / ut fructum predicatores non sibi vendicent sed utilitatem et honorem referant. In tercio ibi no enim predicamus nos met ipsos sed ihm xpm / et ut dicit milicie / vide obedienciam petri in sequendo non dedignatur maiorem sequi minorem tamen vero alacriter eum suscepit / sciebat enim quod de ipso facturus esset unde sequitur Intuitus autem eum ihs eum dixit Tu es symon etc ubi posita vocacione exteriori facta per andream / subditur interior vocacio facta per xpm / et quod erat consumatum in fructibus / ubi xpus ad fidem sue divinitatis elevare volens / incipit opera divinitatis facere predicens occulta / et primo quidem quantum ad occulta presencia / secundo quantum ad occulta preterita / ubi filius iohanna tercio quantum ad occulta futura / ibi Tu vocaberis cephas / quantum ad occulta presentia dicit eum intuitus in tuitus eum ihs id est statim tu vidit eum / vi sue divinitatis / considerant corde cum simpliciter / et animi sollemnitatem / Ron tamen esset tante perfectionis etc secundum bedam / et ideo dicit ei nomen suum Tu es symon / sic minem / sed ut 1 regum 16 homines vident ea que foris apparent / deus autem intuetur cor Congruit autem hic nomen mistico na symon interpretatur obediens / ut insinuet quod obediencia necessaria est querenti ad xpm / actus 5 dat spiritum sanctum obedientibus sibi / quantum autem ad occulta preterita / dicit filius iohanna quia hic nomine vocatus est pater eius vel secundum matheum filius iona unde dicit filius bariona / et utrumque congruit misterio iohanna enim interpretatur gracia ut insinuet quod homines per graciam veniunt ad fidem xpi / ephesios 2o gracia salvati estis / et hoc non ex nobis / dei enim donum est / iona vero interpretatur columba ut insinuet

quod per spiritum sanctum qui datus est nobis firmamur in amore dei Romanos 5to Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum etc / quantum autem ad occulta futura subdit Tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus latine / et in greco sonat caput seu capitaneus / et congruit misterio ut ille qui debebat esse caput aliorum et per vicarius firmitate quod ait io Tu es petrus et super hanc petram edificabo etc per hoc enim declarat ex parte xpi veram deitatem cuius proprium est / futura predicere / Ysaie 41 futura predicite et cognoscemus quia dii estis vos / hic autem dominus occulta manifestat et futura predixit / in tuitus enim petre manifestat occultum presens dicens ei Tu es symon id est vere obediens quasi dicat nomen tuum est proprietati tue consonum / occultum autem preteritum manifestavit cum dixit filius iohanna seu bar iona id est eius in quo est gratia seu columba quasi dicat hoc nomen consonat nomini tuo quia ille qui est vere obediens / est filius gratie spiritus sancti qui per columbam designatur / et per graciam et per virtutem columbe id est spiritus sancti in gratia primatum accipiens / occultum futurum manifestat dicens Tu vocaberis cephas per quod eundem relatorem secundum quod primo dicit nomen eius ante conversionem et vocacionem / sed postea impositum est ei nomen petrus / sicut illis qui baptizantur adulti vel cum aliquis creatur in summum pontificem mutatur nomen eius / iohanna vero vel iona fuit nomen patris / unum et idem tamen quosdam / aliquantum per diversitatem propter sub tractionem unius sillabe / sic in latino nicolaus et colinus / vel secundum alios pater petri fuit binomius et iohanna et iona erant duo nomina / et sic videtur ex eorum interpretatione diversa / quia iohanna interpretatur in quo est gratia / iona vero columba / cephas autem hebreum est et syrum / petrus grecum et latinum / et in utraque lingua nomen petri derivatum est a petra / vocatur enim petrus quod interpretatur firmus / ob robur virtutis et firmitatem fidei / et propter fidelem confessionem xpi cum dixit Tu es

xpus filius dei vivi / qui tanquam firmissime et solidissime petre / firmiter adhesit / unde Beda vocat petrus ob firmitatem fidei / quia illi petre adhesit / de qua ait apostolus petra autem erat xpus / qui sperantes in se ab incursibus hostium tutos reddit / et spiritualium carismatum fluenta instillat / et pullulat neque in petri vocabulo quasi hebreo vel syro aliqua interpretatio est querenda / quia illud est grece et latine petrus quod syriace cephas / et mutatur lingua / non a petra dicitur / et ideo super epistolam ad galatas princeps apostolorum unus petrus dicitur non scriptum dimisi / sed quia non hebree et latine petra vocatur / hebrei et syri cephas vocant / et ideo etc. dicit / quod hoc nomen petrus non est hebreum sed latinum / quod ex hoc probat / quia hebrei per literam non habent / unde pilatum dicunt filatum / et ideo Beda dicit / quod interpretationes quibus aliqui dicunt non petri sonare dissolventem vel agnoscentem extorte sunt / Et hic est quarto tractandum quare xpus ei imposuit nomen in principio sue conversionis et non voluit / quod a principio nativitatis sue / hic vocaretur / ad hoc respondetur / Dicendum quod quibusdam a deo nomina divinitus imposita quandam eminentiam gratie specialis designant / aliquibus autem deus confert aliquam specialem gratiam ab ipsa nativitate / et hiis nomina divinitus imponuntur / sicut patet de johanne baptista / qui antea vocatus est a deo quam natus / quia fuit sanctificatus in utero matris / aliquibus autem aliquam confert gratie specialis eminentiam tempore procedente / et hiis nomina divinitus non imponuntur a principio nativitatis / sed in ipso processu temporis / sicut patet de abraham et sara / quibus nomina mutata sunt / quando promissionem multiplicandi generis acceperunt / et eodem modo petrus nominatur divinitus quando ad fidem xpi et ad gratiam apostolatus vocatur / unde Crisostomus ideo xpus nomen mutavit / ut ostendat quia ipse est qui vetus testamentum dedit / et nomina transmutat / quia abram vocatur abraham / et sarai vocavit saram

et iacob israel / Secundum augustinum autem dicitur / quia non a principio vocatus fuit sed cephas / ne apparuisset mysterium / et ideo voluit dominus quod tunc non fieret / ut ex ipsa commutatione nominis sacramenti unitatis et ecclesie mysterium appareret / quia magister fidei ecclesia fundata erat / petrus autem a petra dicitur / petra vero erat xpus / in petro ergo nomine figurata est ecclesia / que super firmam petram id est xpum fundata erat / et quibus sermo iste qui edificat supra petram / Secunda questio utrum hic simonem fuit impositum hoc nomen petrus / Ad hoc respondetur quia in matheo videtur dicere / et eo dicendum est quia tu es petrus / Ad hoc respondetur / Augustinus dicit / quod istud nomen petrus / hic loco fuit impositum simoni / sed quod ait ei dominus in matheo / tu es petrus / non est nominis impositio sed impositi nominis recordatio / ut quasi vocaretur / Ioannes non tanquam iam imposito / Alii vero dicunt / quod hic non fuit impositum simoni / quando dominus dixit ei tu es petrus / et super hanc petram / Hic vero non imponit nomen sed prenuntiat quod sit ei postmodum imponendum / Unde Alcuinus non dicit eum imponit nomen sed prenuntiat / quod ei postea impositum fuit / quando dixit ei Ihesus Tu es simon / et hic xpus dicit / Tu vocaberis cephas / quod non est impositio sed prenuntiatio / quasi de futura nominis impositione loquendo / sed ubi imposuit tunc dixit / Tu es petrus / vel in electione xii apostolorum ubi dicitur / et imposuit simoni nomen petrus / Ei vero non non imposuit / tunc in se quibus affirmavit / sicut et hanc post resurrectionem dedit / Tertia questio est de vocatione petri et andree / quia dicitur hic / quod fuit vocati iuxta iordanem / et quod fuerunt discipuli iohannis / matheus vero dicit / quod xpus vocavit eos iuxta mare galilee / Ad hoc dicendum quod triplex fuit vocatio apostolorum / prima fuit ad cognitionem seu familiaritatem ad fidem / de qua dicitur hic / Secunda fuit in officium predicationis / de qua habetur luce v° / quod hec eius homines capiens / Tertia fuit

ad appellatum / de qua dicit ag(us)t(inus) iiii
que sunt passiva / quia p(ro)p(ri)a no(n) redi
erunt ad p(at)r(ia)m / circa (quod) aut(em) secerunt d(omi)n(u)s
ih(esu)s m(edi)o tpe a nati(vi)t(at)e sua usq(ue)
ad bap(tis)m(u)m / nichil legi(tur) in ewange
lio n(is)i q(uod) in xii anno invenit(ur) e(st) in
templo / int(er) doctores audie(n)s / et
interroga(n)s / ac disputa(n)s. (et) a parentes
inventus redijt ad nazareth / nil
amplius de ipso scriptu(ra) d(icit) / an(te) ego
acto(r) d(omi)n(u)s fuit / certe no(n) / s(ed) u(bi) cum
virgo(n)e loquebat(ur) p(ro)p(ter) virgo(n)e tacebat
d(icit) quidam doctor grecus / q(uod) deinde
ac demceps / absq(ue) omnino aliqua
famosi miraculi (et) publica italit(er)
int(er) ho(min)es qu(e)p(er)a(n)tibus fuit / qua(m) u(nu)s
ex illis / donec ad virilem etatem
p(er)venit / un(de) de ipso dixit ioh(ann)es
bap(tis)ta / medi(us) v(est)r(u)m stetit quem
vos nescitis / et totu(m) ist(u)d breviat(ur)
aplexus est lucas / sub his v(er)bis
et erat subditus illis / ideo a(utem) no(n)
fecit miraculu(m) medio t(em)pe ne puta
ret(ur) misteriu(m) incarnationis esse
fantasma / s(ed) se no(n) ex(er)cuisset / sicut
alij etate infantes / et monstraco(n)em
sue s(an)c(ti)t(at)e (et) virtutis / ad illud distulit
t(em)p(u)s / in quo alij ho(m)i(n)es s(an)c(t)a (et) virtute
vige(re) assueverunt / singulis a(utem) annis
et t(em)p(or)ibus festis / ibat in ierl(m)
cu(m) p(are)ntibus / et ibi stetit in loco vi
liori / suspirans (et) devotissime orans /
vilis (et) abiectus voluit int(er) ho(m)i(n)es
reputari / sicut verus humilis / h(abe)m(us)
ibid(em) / no(n) q(ui)a indigeret / s(ed) ut nobis
p(re)uet / un(de) si no(n) distinguit / in ext(er)iora
bilis suis / abhominabile p(re)ceptis ... s(ed)
se erigat humilis. et admirare(n)ta
futura verum se humilias abicerit ma
iestatis d(omi)n(u)s / et cu(m) p(er)venit ad
initiu(m) tricesimi anni / ivit ad bap(tis)m(u)m
ut a ioh(ann)e baptizaret(ur) / et statim
p(os)t bapt(is)m(u)m ivit in desertu(m). ubi ie
iunavit xl diebus (et) xl noctibus
/ et ibi superata temptacio(n)e dyaboli
victu(m)p(er) venit ad ioh(ann)em / quem
videns dixit / ecce agnus dei / q(uo)
iam eu(m) nominat / et aliquo t(em)pe ipse
cu(m) demoratus est / cui sepius ioh(ann)es
p(er)hibebat testimo(n)iu(m) / quod audientes
disc(ipu)li ioh(ann)is / seq(ue)bant(ur) d(omi)n(u)m / et in
secuti ab eo redibat ad p(ro)p(ri)a / et

illo t(em)pe quo d(omi)n(u)s ibi manebat / h(ec)
fiebant que dicunt(ur) in lec(tione) (et)c. /
In crastinu(m) aut(em) voluit ire in
galileam / et invenit philippu(m)
et dicit ei ih(esu)s sequere me /
Erat aut(em) philippus a bethsai
da civitate andree / et petri / in
venit philippus nathanael (et)
d(icit) ei / que(m) scripsit moyses in
lege (et) p(ro)ph(et)e / invenim(us) ih(esu)m filiu(m)
ioseph a nazareth / et dixit ei
nathanael / a nazareth p(otes)t aliquid
boni esse. d(icit) ei philippus / veni
et vide / vidit ih(esu)s nathanael
venientem ad se / (et) d(icit) de eo / ecce
v(er)e isr(ahe)lita / in quo dolus no(n) est /
d(icit) ei nathanael / un(de) me nosti /
R(espon)dit ih(esu)s / (et) dixit ei / p(ri)usqua(m)
te philipp(us) vocaret / cu(m) esses sub
ficu vidi te / R(espon)dit ei nathana
el / et ait rabi tu es filius dei /
tu es rex isr(ahe)l / R(espon)dit ih(esu)s
et dixit ei / q(ui)a dixi tibi vi
di te sub ficu credis / maius his
videbis / et dixit eis / amen
amen dico vobis / videbitis
celu(m) ap(er)tu(m) (et) angelos dei asce(n)
dentes (et) descendentes sup(er) filiu(m)
ho(min)is / Sicut ... circa
o(mn)e p(re)dicacio(n)e(m) ioh(ann)is / (et) eius disci
puli ewang(elist)a manifestat fructum /
q(ue)m p(er)venit ex p(re)dicacio(n)e x(risti) / et p(ost)
agit de q(ue)stio(n)e. in q(u)a disc(ipu)li ad x(risti)m
p(er) p(re)dicatio(n)em q(ue)si / s(ecun)do ponit(ur) fructus
disc(ipu)li ad x(risti)m q(ue)si / ibi / invenit
philippus nathanael (et)c. / circa p(ri)mu(m)
tria facit / p(ri)mo po(nitur) disc(ipu)li vocati
o(n)e / s(ecun)do subdit(ur) ip(s)ius disc(ipu)li vo
catio / ibi sequere me / t(er)cio describit
disc(ipu)li vocati q(ua)lit(as) / ibi / Erat autem
philippus (et)c. / p(ro)p(ter) p(ri)m(u)m notat(ur) cui
benignitas / et clemencia / p(ro)p(ter) s(ecundu)m virtus
(et) pote(n)cia / p(ro)p(ter) t(er)ci(u)m bonitas et ... /
capio. quia d(icit) vocacio(n)e fuit exitus
ih(es)u a iudea / et io(hannes) d(icit) ewang(elist)a
In crastinu(m) aut(em) voluit exire sc(ilicet)
ih(esu)s a iudea / in galileam / Circa h(oc)

exitus eius in galileam assignatur
triplex causa vel racio litteralis. quarum una
est ista. quia postquam baptizatus erat
a iohanne, volens honorem deferre
baptiste, exivit in galileam a iudea
recedens. ne presencia sua obfuscaret
et minueret iohannis magisterium, dum
adhuc statum haberet. docens nos, ho
nore invicem prevenire. Ro. 12.
Secunda est. quia in galilea non sunt
insignes persone. iuxta illud a ga
lilea propheta non surgit. et ideo ihesus
voluit illuc exire. et inde eligere
principes orbis terre. qui fuerunt perfectiores
maiores. ut per hoc suam virtutem oste
deret. propter hoc posuit desertum in stagna
aquarum. Tercia racio est mystica.
quia galilea interpretatur transmigracio.
voluit ergo xpus a iudea exire
in galileam. et hec fuit in crastinum.
ut insinuet quod in crastinum id est in die
gracie, scilicet eternam, exivit ad salvandas
gentes. iuxta illud nunquid hic itu
rus est in dispersionem gentium. Sic
igitur ista clausula scilicet exitus ihesu
in galileam ex parte xpi declarat
nobis triplicem actum. quo ad pas
sionem, spiritualem effectum, quo ad ras
et in nobis sumit. et indicat nec
talem professum. Exivit enim in galileam
a iudea, ut deferret iohanni, dans
nobis exemplum maioribus. Exivit ut
vocaret discipulos, in qua vocacione
manifestaret virtutem suam. quia de terra
in qua non erant homines insignes
vocat discipulos. et fecit eos principes
orbis terrarum, in quo auditur mag
isterium dei. Exivit ergo in galileam
que transmigracio vel revelacio interpre
tatur, ut homines transmigret a viciis
ad virtutes. et postquam de virtute in virtutem
et tamen fiat eis revelacio, et vi
deatur deus deorum in syon. et hec
in crastinum, id est in die gracie, scilicet eternam.
Exiens autem ihesus. invenit phi
lippum, quem si non invenisset, perditus
utique fuisset. ideo dicit evangelista et invenit
philippum. Talia enim dicuntur inveniri
que extra perdita sunt. philippus autem
nondum plene pervenerat ad fidem.
ideo subditur eius vocacio ad sequendum
cum dicitur Et dicit ei ihesus Sequere

me. Circa quod nota quod homo quasi
invenit deum, sed quasi ignotum
prius. iuxta illud Qui me invenerit
inveniet vitam. Aliquando vero deus
invenit hominem, scilicet ut eum manifestet
et magnificet. propter hoc Inveni david
servum meum. Et sic xpus invenit phi
lippum. ut eum ad fidem et graciam
vocet. et ideo statim dicit Sequere me
id est doctrinam et exemplum meum imitare.
Sequitur, eum qui imitatur similitudine
passionis. ut sit socius eius omnibus
et aliis. Sed queritur Quare
ihesus a principio non vocavit discipulos
Ad hoc dicit crisostomus quia noluit aliquos
vocare antequam aliquis ei spontanee
adhereret propter preceptum iohannis. quia ma
gis homines exemplis trahuntur quam
verbis. Exo. 26. Cortina cortinam
trahit. Secundo queritur quare philippus
ad unum verbum secutus est xpum. et
andreas secutus fuit, audiens a io
hanne de xpo. petrus autem ab an
drea. Ad quod est triplex responsio.
Una quia philippus iam instructus
erat a iohanne. quia secundum unam
opinionem, iuxta opinionem ille alius
qui cum andrea secutus est xpum
erat philippus. Alia racio est. quia
vox xpi virtutem quandam habebat
ut non solum exterius, sed etiam interius
corda moveret. Iere. 23. verba mea quasi
ignis. theophilus. Vox xpi non similis
omnium. sed similis victoria. ad eius
inflammabat amorem. Unde sicut
potuit esse, quod in corde philippi de
xpo cogitacio erat. et in libris
moysi assidua leccio. ideo quando videt
statim credidit. Tercio quia forte
iam philippus de xpo fuerat instructus
ab andrea et petro. quia eadem
villa erant. unde crisostomus videtur in
nuere per hoc quod subdit. Erat autem
philippus a bethsaida civitate an
dree et petri. in quo describitur
condicio eius vocati. quia erat a beth
saida. Et hic congruit misterio. quia
bethsaida interpretatur domus vena
torum, ut ostendat quales tunc apostoli
erant. philippus petrus et andreas
et quod de domo venatorum, quia
venatores ad capiendas animas

ad vitam vocaret / ut videlicet / a lectis
qui vocavit / officio erant futuri /
quia a tapicedis acabus ad vitam
intendit / Jere. xvi / mittam in eos ve
natores multos / Sequitur nunc secundo de
Invenit philippus nathanael / po
st vocatus dicti ad xpm quis / et po
nitur inchoatio sive inceptio secunde sp
iritualis / Secundo consummatio secunde ad xpm /
ibi vidit ihesus nathanael / Circa
primum tria facit / primo ponit ami
catio philippi / Secundo rursus nathana
elis / ibi / Et dixit nathanael / Tertio
quaeritur amonitio philippi / Dicit
ei philippus / Circa primum advertendum
quod sicut andreas frater quem prius stu
duit adducere / fratrem suum ad xpm /
ita et philippus fratrem suum nathanael /
Et ideo dicitur invenit philippus
nathanael / quod interpretatur donum dei /
quia quod aliquis ad xpm convertatur
ex dono dei est / Annunciat autem ei
dicens / quem scripsit moyses in lege
et prophetae / invenimus ihesum filium ioseph
a nazareth / per quod datur intelligi
quod nathanael sapiens peritus erat in
lege et prophetis / et quod eum philippus
aliquid inde sciret / Et ideo philippus
iam instructus de xpo / voluit
nathanael ex sibi notis scilicet ex lege
et prophetis inducere ad xpm / Et ideo
dicit / quem scripsit moyses / moyses
enim de xpo scripsit / Deuteronomio 18 /
prophetam de gente tua et de fratribus
tuis suscitabit tibi dominus deus tuus /
Et ipsum audies / Et in acto dictis moysi
animum virilem, quam blandimenta femina-
rum. Sed quia non omnes fecti sunt et im-
perfecti nubunt, impetrat contemplationis dul-
cedinem non ... contemplantibus per ...
Christi in Psalmo. Dicit ei Jesus: Quid
michi et tibi est mulier? non(dum) venit ... Ex qua
quidem responsione triplex heresis con-
futata est, scilicet Manichei qui dicebat
Christum non habuisse verum corpus sed fan-
tasticum. Et Valentini qui asserebat Christum
attulisse corpus celeste. Dicit quod quantum
ad corpus Christi nichil pertinet ad vir-
ginem. Et heresis erroris similiter convincit
ex littera quod dicit ei Jesus, quid michi et tibi
est mulier, id est nichil a te percepi.
Sed hic est mater contra auctorem
sacre scripture. Dicit enim Gal. iiii misit
deus filium suum factum ex muliere. Non
enim posset dici ex ea factus nisi ex
ea aliquid percepisset. Arguit predictos
contra eos Aug. dicens: Quomodo (est) quod deus
dixit, quid michi et tibi est mulier.
Videlicet quia loquitur evangelista et non
narrat. Sed ipse etiam evangelista dicit
de virgine quod erat mater eius. Er-
go credere evangelista eo quod narrat eum
dixisse matri, quid michi et tibi est mulier.
Credas etiam ei michi quod dicit erat mater
illius ibi. Ebyon autem qui dicit Christum
ex viri semine conceptum, et Elvidius
qui dicit quod virgo peperit vero non per-
mansit, inspiciunt hic erroris similiter

ex hoc tamen dicit mulier quod vir corruptionem
importare videtur. Sed hoc est falsum quia
mulier in parascripta quae impor-
tat solum sexum femineum. Gal. iiii°
factum ex muliere etc. quod est patet per hoc
quod Adam ad deum loquens de Eva dixit
mulier quam dedisti mihi sociam. Gen.
3°. Constat enim quod Eva adhuc virgo
fuit, cum adhuc esset in paradiso
ubi non cognoverat eam. Unde licet quod
dicitur mulier non importat corruptionem sed
dicat sexum. Aug. Maria mulier
est dicta non corrupta virginitate
sed appellatione generis sui. mulieres namque
omnes illi feminas appellat proprietate
linguae hebreae. Unde et de Eva
virgine, cum adhuc esset in paradiso,
Gen. 3. dicit mulier quam dedisti mihi sociam. Chrys.
contra malum vocat mulierem pro sexu
et proprietate cordis pro mira emolliti-
one mira emollita mollia fuerit
de nuptiis celebrandis, quae ex pau-
pertate vini in perpetuo manifestanda
verecundati fuissent. Etiam ipsa causa
Eva in exordio sue originis cum
adhuc nec eam vidisset mulier
est vocata in scriptura. Et mulier quam
una de costis eius quam edificavit
in mulierem. Sicut ergo Eva vocata est
virgo mulier, cum tamen esset virgo quam tenuit
ex hoc arguitur quod mater domini non esset
virgo. Similiter mulier Rebecca est vocata
in scriptura antequam nuberet Isaac. Gen.
24. Unde dicit Ieronimus super Levit. omne
primo quod mulier est vocabulum etatis
non corruptionis, puta quod est annos pu-
bertatis et [illegible] viro. Sic ergo
vir in scriptura quicumque appellatur
a sola maturitate. Corrige [illegible]
[illegible] et alii [illegible] errore
ex hoc quod dixit Christus nondum venit
hora mea, dicentes eum ex fato agere
et facta horarum esse subdita
et [illegible] quod dicit eum di-
xisse nondum venit hora mea [illegible]
hoc est falsum de quolibet hoc [illegible]
enim [illegible] liberam electionem habeat libera
autem electio competit ei ex hoc quod eum
et voluntatem habet. Quod quidem [illegible] in
[illegible] est, quod cum ad electionem

nulli corpori subiacet, sed magis in-
dicatur. Nam mundana nobiliora
sunt inferioribus. Et ideo dicit Ptolomeus quod vir
sapiens dominabitur astris. Sed [illegible]
nullo modo [illegible] in Christo qui est
siderum conditor. Unde dicit Aug.
[illegible] fatum est de sideribus non potest
esse sub fato dominus siderum. Non enim
[illegible] propter sidera, sed sidera propter
[illegible] sunt. Venit enim stella ad pu-
erum Christum, non autem puer ad stellam.
Unde patet quod dicit nondum venit hora
mea, intelligit de hora passionis
Christi non ex necessitate sed secundum divinam
providentiam ordinata. Con. [illegible]
est quod dicit Io. 13. Sciens quia [illegible]
propter [illegible] et Leo [illegible] ad [illegible]
sua preparata sunt. Ex divina providen-
tia constituta sunt ab initio non a casu.
Exclusis igitur erroribus excludendis in re
[illegible] est [illegible] divina [illegible]
et quod secundum Aug. in Christo duae
sunt naturae, divina scilicet et humana. Et
quamvis idem Christus sit in utraque natura,
tamen ea quae conveniunt ei secundum humanam
naturam distincta sunt ab eis quae con-
veniunt ei secundum divinam. Miracula quae
facturus erat competunt ei secundum divinam naturam
quam accepit a patre. Pati vero secundum
humanam quam accepit a matre. Ideo
matri exigenti miraculum dicit Quid
mihi et tibi est mulier, ac si diceret id quod
in me facit miraculum non accepi
a te, sed illud unde patiar [illegible]
competit, mihi pati secundum humanam naturam a te
accepi, et ideo tunc te recognoscam
cum ipsa infirmitas pendebit in
cruce, et ideo subdit. Nondum venit hora
mea, quasi dicat. Cum venerit hora passionis
[illegible] tua infirmitate recognoscam [illegible]
in cruce pendens, unde discipulo
commendat [illegible] Io. 19. Secundum vero Chrysostomum
aliter exponitur. Dicit enim quod beata virgo
zelo ferventi [illegible] voluit quod statim
antequam opportunum esset [illegible]
[illegible] fieret. Et ideo Christus matrem [illegible]
[illegible] repressit. Noluit enim
[illegible] facere miraculum [illegible]
[illegible], quia ex hoc fuisset [illegible]
et minus credibile. Et ideo dicit

Quid mihi et tibi est mulier q.d.
quid me molestas nondum venit
hora mea. i. nondum cognitum pu-
blice qui assunt sed necesse defectum vini
senciant. Sine ergo [illegible] hec per unq
sentiret quia in nuptiis convenerant
magis reputabunt Crisostomus quod
respiciet [illegible] viij. c. in negocio ipso
est. Quia ergo istud miraculum inter
miracula Christi primum erat ad confirma-
cionem discipulorum ideo debuit esse notum
ubique existentibus et omnibus ipsis convi-
vantibus. Hec autem magis sunt ex
eo quod factum est per totalem vini
defectum. Et quia ut dictum est, mater
aliquid voluit prevenire totalem de-
fectum. et quod statim cum quando esset oppor-
tunum Christus faceret miraculum et
~~faceret miraculum~~ ideo Christus dixit,
Quid mihi et tibi est mulier q.d.
non tempus aptum ad faciendum miraculum
sicut. non est mihi et tibi commune sed
mihi soli convenit. ideo subdit nondum
venit hora mea. i. hora congrua
faciendi miraculum a me solo co-
gnita. Cum ergo Christus maximam
reverenciam matri detulerit, mirum
videtur quod sic extranee sibi respondit,
Dura quippe videtur, sed dicta Christi
Respondeo secundum Augustinum est instructo-
ria. quia in omnibus et que decet
matrem recognoscere [vel quem] non deum que
Et secundum Bernardum verbum istud est mora-
lis instructionis qui dicit loco
sic dicit, Quid tibi et illi domine
nonne filio quod et matri, Ad
ad illam pertinet que eius in pertinet. Cum
dictus fructus ventris sui in ma-
culati, nonne ipsa est que salvo pudore
concepit, et sine corrupcione te peperit.
nonne ipsa est in cuius utero novem
mensibus moratus es, et cuius
virgineis uberibus lactatus es.
cum qua xij annorum factus de ihrlm
descendisti et eras subditus illi,
dicas, quid michi et tibi, Multum
domine [illegible] Sed manifeste iam
video quod non velut indignans a
confundere volens virginis et matris
teneram verecundiam dixeris, Quid mihi
et tibi, cum venerimus ad te iuxta

preceptum eius ministris nuptias festinabat
suggessit, utrumque ergo fieri ~~[illegible]~~ sic re-
spondit, prius utrumque per terram nos ut
quando ad deum iam nos spoliaret
carnalium cura parentum, et ut [illegible]
ille nos impediret ex non spirituale,
Quando cum de mundo primi debi-
tores nos constat esse parentibus, ac per
quam nosmetipsos relinquimus, multo
magis ab eorum sollicitudine liberari
[illegible], unde legimus in collationibus patrum
fratrem quendam in heremo querentem
sancto Apollonio, cum ad eum carnalis frater
auxilii gratia advenisset, ut innueret
eum extrahendo bovem de palude, respon-
disse, cur non adiret alterum fratrem
minorem, qui propior esset, tunc ille utique
iam obiisset, Cui ille admiratus quia
venerat, respondet, quia ille obiit, Ecce
inita quorum se pluries obiisse respondit,
sic in cella a xxti annis, et ita de
celle sepultro se votare non posse-
nt de illis, quod ad statum prioris vite
pertinet, ulla sibi posse ferre solacia,
unde dominus discipulo volenti sepelire pa-
trem mortuum dixit, Sine ut mortui
sepeliant mortuos suos, tu autem se-
quere me. Christus ergo nos docuit,
dicens ne solicita sunt propter propinquis
tamen si recipi plus quam religio po-
stulet, quod ipsi matri, et ita matri
respondit, Quid mihi et tibi mulier, Sic et
in alio loco, cum suggereret ei quidam,
quod mater eius et fratres foris stabant
querentes ei loqui, respondit, Que est
mater mea et fratres mei, sed ubi
non sunt qui tamen carnaliter et [illegible]
propter carnalibus propinquis solicitari st-
atim adhuc, invenit ipsi cum eis.
Ex quibus omnibus patet quod istud
verbum Christi, non erat verbum parvipen-
sionis et contemptus, sed erat verbum
distinctionis diversitatis nature in Christo
secundum Augustinum, Vel verbum prudencie et
discrecionis secundum Crisostomum, quod quanto
ad oportunitatem temporis cunctandum est opor-
tunitate temporis expectabat, vel verbum
moralis instructionis secundum Bernardum,
ut quisque ad deum conuerteret ex-
ninc [illegible] cura parentum minus eos sollicitaret,
Sine Crisostomus magis verbum correspondencia
sequens, quia mater aliquid non audit
peticionem suam repulsam, sed conter

dilatam unde de domino et fiducia non di-
ffidens, sed de sua benignitate
presumens, iuit ad ministros quos sciue-
bat in nuptiis illis et fiducialiter
dixit eis Quodcumque dixerit vobis
facite, expectans hora quiescenti
a filio suo cognita impletorem peti-
tionis sue, quod dilectus abnegare inde-
cens tamen faceret. Intellexit enim illius
verbis bonum se non exasperatum et con-
fidencialiter imperavit ministris ut im-
plerent precepta filii iubentis. Et
hoc est quod dicit textus Dixit autem mater eius
ministris Quodcumque dixerit vobis fa-
cite. in quo magna fiducia declaratur.
Non enim diffidebat filium facturum
quod ipsa poposcerat. Cuius asperi-
tatis preminebat in verbis eius videbat non
esse et si asperitate sonabat in voce tamen
pietas erat in animo. Videbat eum esse
tante misericordie et pietatis quod compatitur
indigentibus et facit quod petebatur
licet asperum loqui et negare videtur.
Per hoc est docemur et monemur de deo
non desperare si nobis de facto ad
orationem et misericordie videatur divinus
iudex, sed tamen tota virtute fiducialiter
agere in eo sperare et magis eum expostulare.
Unde de zuzanna dum erat afflicta
dicitur quod erat cor eius fiduciam habens
in domino quia fuit divinitus confortata
et liberata Dan. 13. Dixit autem ministris
Quodcumque dixerit vobis facite. Ba-
na est doctrina beate virginis, ut ipse
obedientiam in duobus in omnibus Christo sub-
mittat. Hec vox materna consona
verbis patris celestis de nube dicentis
Hic est filius meus dilectus ipsum
audite Mat. 17. Nec in minimo nam
in hoc competit tocius iusticie perfecto.
Perfecta namque iusticia est Christo in om-
nibus obedire. Exo. 24. omnia quecumque
nobis dominus mandavit hec faciemus
et erimus obedientes. Est autem verbum
quod omnia quecumque dixerit vobis facite
non convenit dici nisi de solo deo
proprie. Homo enim quamvis possit errare quia
ergo impleret dicere, ipse non est pu-
rus homo, sed deus et homo. Et ergo non
potest errare. Et ideo ergo precepit et fa-
ciendum est. Sed in hiis que sunt contra
deum hominibus obedire non tenemur
quia ut dicitur Actus 5 oportet obedire

vñ aug in sr pga

deo plus quam hominibus. Deo autem
qui nec errat nec errare potest, nec fal-
lit nec falli potest, in omnibus obedien-
dum semper. Unde augustinus super psalmum 84 dicit
ne desinas ab oratione. Deus quod
promissurus est, et si differt non aufert.
Non levitate utitur qui promisit,
non facile de sua movetur quod
promisit fixum est. Fallere non potest.
licet vim faciat. Et ideo super Abacuc
dicitur nec sic more sue clemencie po-
tius atque inspirat, et tamen non
mox exaudit clamantem. Ut enim
probet et magis provocet ad orationem
quamvis aliquando fideliter orans non obtinet
quod rogat, clemencia dei in melius
provenit. Unde augustinus in libro sententiarum prosperi
Fideliter supplicantes deo pro ne-
cessitatibus huius vite et misericorditer
auditur et misericorditer non auditur.
Quid enim infirmo sit utile magis
novit medicus quam egrotus. Nota
ex illa luce, cum non tenet, dicitur
quod mens quanto minus tanto magis movet
levatur ad superna, quanto magis
inflectitur ad infima. Unde gregorius
in omelia. Ipsi frene cure a celesti
desiderio obdurescunt animi, et dum
ipse per ipsum durus efficitur per actio-
nes ad ea emolliri non valet.
Quia potuit ad caritatem dei terrena
propter eius mentem omnem pacem quamquam
mundi fugite, quia quanto in eo
amplius proficiat, tanto ut video
ab amore dei amplius discessit.
Hic eciam vir quamvis peracto
dilectionem perdidit, quia occupatus
hic in hoc seculo, quanto magis ex-
teriora excolunt, tanto plus interiora
inculta derelinquit, et dum ad multa
foris inhiat, quasi a semetipsis
alienati discedunt. Et post non
ait, Seculares inquietis quanto
se foris per desideria dilatant
ad receptionem illius semper intimum
bonum cor suum angustat. Et quia
status ineolis multis sollicitu-
dinibus urgetur, et occupacionibus
impeditur, quanto magis est occu-
patior tanto tardior est ad
superna. Unde ideo contemplativum
tractatus illud apostoli 1 Cor 7

cum uxore est, sollicitus est que sunt mundi
quomodo placeat uxori. et divisus est.
Sic autem intricantur inter se coniuges
mariti et distanciantur. ergo dum
maritus uxori placere desiderat
et ut uxori placeat, sollicitus est
de hiis que sunt mundi. que in modo
utique iusticia sunt. et divisus est
in multas scilicet plures sollicitudines
inficiare et distractus. Ex ergo pre-
quod status coniugalis sepe privat
consolacione spirituali, dum utitur in mode-
rate delectacione carnali. quemadmodum sicut
viator invitus amena prata
conspiciens et in ipsis hylarescens
vix ad patrie dulcorem contendendum
consurgit. Ymmo in istius delectacionem
retentus a patrie perventu re-
tardatur. Sic dulcedo in hac
exilii vanitate, dum illicit de-
lectat a contemplacione patrie dulce-
dinis retardat. unde Bernardus in quo-
dam sermone, vilis et ad modicum
utilis est mundi consolacio, et quod
magis est metuendum, vere ac salu-
bris consolacionis est impedimentum.
Et ideo ait: Cum ad alias consola-
ciones inclinat, et non penitus
renuit consolari, in tribulacionibus et in
...oriis ipse sibi prestito celestis
subtrahit gracia consolacionis. quam
si digna devocionis pleno affectu
desiderio vehementi petere querere
pulsare satageret, procul dubio pe-
tens acciperet, querens inveniret
et pulsanti aperiretur. Patet ergo ex
dictis quod quamvis status coniugalis
est laudabilis et bonus, propter ea
tamen que quandoque in eo inveniuntur
ut ei immixti ponuntur in delectando
deo. manens in coniugio impeditur.
unde Gregorius in XII moralium ait: Bo-
num est coniugium, sed mala sunt que
ita illud ex usu sui a... prevenire
sunt. Dum ergo tenetur quod non vult
ex iuxta posita committit plerumque
et id quod non vult. Sic sepe retin-
emur et iter peregrinacionis, et hic orte
iuxta via vepribus prevestita
tenemur in via quamvis nuda non
offendimur, sed a latere vestes
pungimur. hec ille. Hic est quod con-

iungia que ex continencia multa plerumque non
susceperunt, illis que carnaliter utentibus
filios procreant sunt prestitura. unde augu-
stinus primo de sermone domini in monte:
Beatiora coniugia iudicanda sunt, que
sive filiis procreandis sive etiam ista terrena
prole contempta, continenciam inter se pari
consensu conservare potuerunt. quia
nec contra illud preceptum fit, quo dominus
dimitti uxorem vetat. non enim di-
mittit qui cum ea non carnaliter sed spiritualiter
vivit. Et illud servatur quod per apostolum
dicitur: Reliquum est, ut qui habent uxo-
res sint tamquam non habentes. Et in epistola
ad Urbanum commendans virginalem ab-
stinenciam dicit: uberior fecundior que
felicitas non ventre grandescere,
sed mente grandescere; non lactare
pectore, sed corde candescere; non vi-
sceribus terram sed celum oracionibus partu-
rire. Utantur ergo coniuges coniugio sed
tamquam non utantur. Consequenter ponitur
...cio Christi hic an primi ... vide
Erant autem ibi lapidee ex-
posita impetracione miraculi ex parte
matris. Hic ponitur consummacio mi-
raculi per Christum. circa quod primo
describuntur vasa in quibus miraculum
patratum est. Secundo designatur materia
miraculi ibi Dicit eis Ihesus implete
ydrias aqua. Tercio demonstracio et
complecio miraculi confirmatur in-
ibi et dixit eis Ihesus Haurite nunc.
Vasa autem in quibus miraculum pa-
tratum est ponuntur sex. et hoc quod
dicit: Erant autem ibi lapidee ydrie sex
posite secundum purificacionem Iudeorum.
Ubi sciendum quod sicut dicit Magister in historia
dei observabat multas ablutiones
corporales, et baptismata calicum
et vasorum. unde quia erat in Pale-
stina in qua est defectus aquarum,
habebat vasa in quibus servabatur
aqua purissima, quam sepe et vasa ce-
bro lavaret. Et ideo dicit Evangelista
quod erat ibi lapidee ydrie sex, id est
vasa ad conservandam aquam, ab ydor
quod est aqua dicta, posite secundum
purificacionem iudeorum, id est ad usum puri-
ficacionis iudeorum. Capientes singule
metretas, id est mensuras binas vel ternas
metretas, enim grece mensura latine dicitur.
Et ut dicit ... ista vasa restituit

ad tollendam miraculi suspicionem,
tum propter eorum puritatem ut non possit
aliquis suspicari quod aqua sapo-
rem vini suscepisset ex fecibus vini
prius in eis repositi. Ita illa vasa
erant secundum purificacionem. Et ideo oportebat
ea esse munda. Tum etiam propter vasorum
quantitatem ut evidenter pateret quod
aqua tot vasorum in vinum mutari
non potuisset nisi virtute divina.
Mistice vero secundum Augustinum omelia nona
per sex ydrias designantur sex etates
veteris testamenti in quibus erat tota
eorum [illegible] scriptura dei parata
et proposita in christo vincendi (?) et credendi,
ut dicitur in glosa. Prima etas comprehen-
ditur ab Adam usque ad Noe. Secunda a
Noe usque ad Abraham. Tercia ab
Abraham usque ad David. Quarta
a David usque ad transmigracionem Babi-
lonis. Quinta a transmigracione usque
ad Iohannem Baptistam. Sexta
a Iohanne Baptista usque ad finem
seculi. Propterea et sexta die factus est homo
ad ymaginem et similitudinem
suam, quia sexta etate innovatur
per gratiam reformacio nostre nove (?)
secundum ymaginem eius qui creavit nos.
Erant ibi sex ydrie quas iussit
impleri aqua. Sex ergo ydrie
sex sunt etates quibus non defuit
prophetia de christo. Implete sunt ydrie
sex quia sex continent etates prophecias (?)
sed ut aqua in vinum converteretur
in illa prophecia tota christus intelligatur.
Illa ergo sex tria quasi per articulos
distincta atque distributa fuissent
quasi inania vasa nisi christo im-
plerentur. Vel forte in sex ydriis
intelliguntur sex virtutes animam puri-
ficantes. Prima fides que purificat
intellectum ab ignorancia. Secunda spes
que purificat affectum a negligencia.
Tercia iusticia que purificat a concupiscentia (?)
carnis. Quarta pietas que purifi-
cat ab appetitu nimio (?). Quinta timor
que purificat a superbia vite. Ultima
est amor qui facit eorum ablui
[illegible] que [illegible] sunt ut se ex-
tendat in auctoritatem (?) ita ut non
sibi sapiat aqua mundi sed vinum
celeste. Vel sic dicitur quod in numero se-

nario intelligitur perfeccio perfeccionis,
in ydria mundicia conversacionis. Est
enim senarius numerus perfectus quia perfec-
cionis ad sua totalitate constituitur,
et ideo est numerus perfeccionis. Sic multi
et sunt illos qui tantum faciunt quantum
facere sufficiunt, nec infra se con-
sistunt. Septenarius non est numerus
habundans qui supra se ascendet,
et ideo numerus modestie humilitatis in
quo commendatur humilitas et superbia
dampnatur. Tercius senarius est numerus
[illegible] integritatis quia
sit quia in sex diebus fecit deus
omnia. Sic ergo in senario intelligitur
perfeccio perfeccionis, et in ydria mun-
dicia conversacionis, ita in purificacione
iudeorum intelligitur puritas intencionis.
Et vero quod dicitur capientes singule
metretas secundum Augustinum refert primo
ad personalem trinitatem. Et dicuntur binas
vel ternas, quia quasi in passione (?) prophe-
tias persone distinctionem ponit.
Sed illud attende (?) ultimo capientes con-
tinuo patris et filii et spiritus sancti, quamquam vero
duas tantum, scilicet patrem et filium, in quibus
intelligitur persona spiritus sancti qui est
amborum connexio, secundum illud: Iohannis (?) 14:
Si quis diligit me sermonem meum
servabit, et pater meus diliget eum
et ad eum veniemus etc. Vel binas
propter duas condiciones hominum scilicet iudeorum
et gentilium, ex quibus constituta est
ecclesia. Ternas vero propter filios Noe
ex quibus propagatum est genus humanum
post diluvium. Vel per metretas in-
telligitur capacitas anime. Dicuntur
autem binas propter geminam caritatis actum (?),
ternas vero propter trinitatis misterium.
Et sicut in senario intelligitur genus
perfeccionis, ita in metreta binas
vel ternas diversus gradus perfeccionis ad
intelligitur secundum quod spiritus dat ad
mensuram. Et sicut ad literam (?) quando
erant sex ydrie in ad purificacionem
iudeorum, ita dominus (?) reliquit Christus
nobis reliquit sex purgatoria
culparum [illegible], que sunt contricio
confessio, vera confessio, devota oracio,
elemosinarum largicio, ieiunium
et devota verbi dei audicio [illegible]
habendum de predictis ydriis et metretis.

et ita sex ydrie posite sunt hiis
qui post baptismum in peccata labuntur.
Prima ydria est penitencia purgacio in
contricione est, de qua legimus quacum-
que hora peccator ingemu-
erit omnes iniquitates eius non recor-
dabimur. Secunda vero in confessione est
que peccata in confessione lavantur. Tercia
elemosinarum largicio. Unde enim dicitur
in ewangelio: date elemosinam et omnia
munda sunt vobis. Quarta remissio
iniuriarum, sicut in orantes dicimus:
dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debi-
toribus nostris. Quinta est afflictio
corporis, unde exoramus ut muniti
per abstinenciam deo, carnaque glam
Sexta est obediencia preceptorum
sicut audierit alii quod ultima
angelice incarnacionis et nos possi-
debimus eius per humorem que comita-
tur ... quod non erat hic sed hic
de quibus dicitur: cibus meus
non capit in vobis, sed in auditu
auris obediebat ei. Hec sunt sex
ydrie posite in purificacionem iuda-
rum, que vacue sunt et plene vento
superbie, sed gracia obsuat aqua re-
plentur per timorem dei custodiatur
quam timor domini fons vite aqua
inquam timor domini est, et per minimus
sapida tamen optime refrigerantis a-
nima noxios desiderios equaliter
aqua est, quia caucula (?) minima ignita
possit extinguere, sed divina virtute
aqua mutatur in vinum, quando per-
fecta caritas foras mittit timorem.
Dicit autem lapidee ydrie non propter
duritiam sed stabilitatem. Capientes
singule metretas binas vel ternas.
Due metrete: timor gehenne in te-
rendo (?), timor glorie amittende.
Sed quod hec de quinque sensibus sunt
et blandiri sibi potest anima dicens:
per aliquod in voluptatibus
vixeris, ages penitenciam,
ut nec istam perdas, nec illa intra-
bis. Bonum est, abhorrere (?) tantum
qui utitur spiritalibus nocivus est
eo vilior quo vilius de pulvere est.
Timet enim qui noverit spiritale
sibi, ne forte quem sanctum (?) deus (?) /co/

ipse est panis angelorum, panis vivus,
panis quotidianus. Hic est de quo
nobis promissum est, quia centuplum
accipiemus et vitam eternam possidebimus. Hic enim mer-
cenariis et aliis quotidianis dat
in opere et merces sua in fine,
sic dominus vitam eternam in fine reddet
et interim centuplum repromittit et
exhibet, ideo gratum ne
perdat hanc graciam, quam in convitu (?)
est ea. Hec est metreta tercia, quam
ubi sitiunt significater posuit, eo quod
non omnibus sit, quia ut omnibus centuplum
repromittitur. Continuo (?) ergo metretas
quas ydrie capiebant binas aut
ternas. Ita et salvator triplicem
nobis aquam apponit, et propter illos
dicitur: qui hac metretas tres
hic potuit. Ploravit ipse super Lazarum
et super ierusalem civitatem. Hec est aqua
prima. Sudavit imminente passionis
hora, et hec est secunda, non ab oculis
tantum sed a toto corpore manans rubea
quidem et sanguinea. Tercia vero aqua
cum sanguine manat ex eius latere.
Et tu ergo prima habes, si de peccatis com-
punctus contrite statum lacrimis rigas.
Secundam habebis, si in sudore vultus tui
pane tuo vesceris, et labore penitencie
corpus tuum castiges. Est autem tolerans (?)
sanguinei propter laborem, propter sancte
ipsum compacie quod extinguit ignem.
Tam vero si perfecte poteris justus ad
graciam devocionis potaberis aqua
gracie salutaris, et spiritus qui super
mel dulcis est, in te fiet fons aque
in vitam eternam salientis. Et merito
hanc esse aquam, que de latere dormi-
entis illud prodiit, et in omni mole-
stia sunt. Cum enim quod ea mundo
mortua sit, quam in hac gracia delectari
voluit. Prima igitur a peccatis delicte
abluit, scilicet secunda ut futura caveat
extinguit quamplures. Tercia vero si ad conven-
cionem meruerit, perfectum potat.
Unde hec vinum dicit et idem dicit
super cantica, sermone quinto: Abundancia dul-
cedo piavit exuberat in pectore
domini ... Longanimitas in expe-
tando et in donando facilitas. Hic
hic est qui custodiet hanc ne pereat, si

peccat, custodit ne miserum vincat,
descendat expectat ut peccator recedat
at precedit peccantem et peccata peccanti
addentem ferre dignatur ut peniteat.
Hic olim mundi delectabilia querit
in amara et risus in lacrimas
gaudium in merorem ut quantum de
lectabatur quis in oblectamentis mundi
ac carnis tantum nunc habeat tormentum
et luctus. Hic revertente benigne
suscipit, susceptum fovet, fotum et
nutritum qualem esse facit, dans pro
meritis gratiam et spem salutem
eternam consequendi. Tamen ergo non peccatoris
tam prius ut diligat dominum, quam et
timeat dominum ne cadat et si si ce
ciderit ipsum desperare de salute non
faciat, quia ydrias sex habebat,
Et ut ibi dicat eis Jhesus Imp
lete ydrias aqua. Hic agitur
de nativa miraculi mutatione aqua co
nversa est in vinum. Aliquid enim de
aqua prius posita, inde assumpse
rant ad purificationem vasorum, et
ideo iussit eas impleri quod fiat
amotum. Haurientes igitur ministri hau
serunt aquam de puteo qui adhuc
esse dicitur extra villulam, et im
pleverunt ydrias usque ad summum.
Cumque iam implete fuissent, aqua
conversa est in vinum. Divina virtute, non
quod hic aliqua verba adhuc dixerit,
sicut in consecratione panis et vini
in corpus suum et sanguinem, sed oc
culta virtute divinitatis, qua operatur hec
omnia ergo omnino vero sola divina voluntate
in optimum vinum aqua conversa est.
Tamen in alia miracula et verbo et tactu
corporeo et alii effectum perfecit. Et
secundum Augustinum super Johannem omelia viii
non est mirandum quod aqua conversa est in
vinum, hiis qui noverunt quod deus
fecit. Ipse enim fecit vinum die illo
in ydriis, qui omni anno facit hoc
in vitibus. Deus enim reservavit sibi
quedam inusitata, que aliquando faciet,
ut per ea facta homines tamquam dormientes
ad se colendum mirabilibus
excitaret. Quatriduanum resurrexit,
mirati sunt homines, tot homines nascuntur
non mirantur homines. Si quis prudentius
prudentiam (?), maioris miraculi est

esse quod non erat, quam restituere
quod erat. Idem tamen deus per deum
nostrum ihesum christum per verbum suum fecit hec
omnia et regit qui creavit. Priora
miracula fecit per verbum suum deum apud
se, posteriora miracula per ipsum verbum
suum incarnatum et propter nos hominem
factum etc. Cum ergo tanta videamus
facta per deum Ihesum, quid miramur
aquam in vinum conversam per hominem Ihesum?
Neque enim sic factus est homo ut perderet
quod deus erat, accessit homo, non
amisit deus. Ipse ergo fecit hec
qui illa omnia, sed tollendum tua maria (?)
non itaque miremur quia deus fecit
sed amemus quia propter nos fecit
et propter nostram reparationem fecit. Et
maxime in sanctificatione epyphanie de
mirabilis nobis est in [illegible] mi
raculo de creatore nostro. Cum
enim misericordia dedit [illegible] aquis
insuper quoque nobis fecit quod
voluit ex aquis. Maioris nempe
maiestatis est creare quod non erat
quam creata mutare. Et quod mirabilius
sit ad preceptum domini ihesu aqua [illegible]
sunt in vinum, [illegible] salubrem
fomento [illegible] et ipsa genuit
vinum [illegible]. Et quod mirabilius
per dominum hominem ihesum homines aqua co
nversi in vinum, qui ut homines
[illegible] transformavit in celum
Quod mirum, sicut eius iussu aqua
meliorem perfecit in sapore [illegible]
operatione, cum amara esset in mara
[illegible] populus ligno medicante
dulcorata est, [illegible] ut
[illegible] in heremo non deesset
conversa populis e petra. Et ibi
quando per moysen aqua processit
e saxo, ubi adhuc spiritualis esset
erat potuli. Hic vero per christum
est vinum, ubi iam vera [illegible]
est salus. Sed quod creare non ex
nichilo sed ex materia. [illegible]
miraculum istud factum est, quia
ad hec triplex assignatur ratio.
Prima est [illegible], et talis: quia
licet ex nichilo facere aliquid
[illegible] sit, quam aliquid facere ex
subiecta materia, et mirabilius, sed non
est ita evidens et credibile.

et io volens, magis esse credibile
quod fiebat, ex aqua fecit vinum.
Hominum capacitati condescendens.
Alia racio est ad confutandum dampna-
ta dogmata. Cum enim ut manichei
dicunt esse alium mundi conditorem
quam deum, et omnia visibilia ab illo
sive dyabolo condita esse, et ideo dominus
plura miracula facit ex subiectis creaturis
et visibilibus ut ostendat ipsas substancias
bonas esse et a deo conditas.
Tercia racio est mistica, quia deus
noluit ex nichilo ex nichilo vi-
num facere sed ex aqua maluit, ut
ostenderet se non venisse doctrinam tol-
lere et veterem reprobare, sed ad-
implere. Ut dicit ipse: non veni
solvere legem, sed adimplere. Aqua
significabat vetus lex, et permittebat
quod Christus ex quibus et apposuit
alia ultro, Tunc aperuit illis sensum
etc. factum est etc. ad maiorem evidenciam
miraculi, poterat enim aerem in vinum
commutare et ex nichilo facere, ma-
luit tamen ex aqua facere. Ut ex testi-
monio ministrorum clarius esset mi-
raculum. Et ideo voluit per ministros
ydrias impleri aqua, ut cognos-
cerent quod fiebat, testes essent. Unde
subinfertur: ministri autem sciebant
Ideo deinde subdit Iohannes: dicit eis
scilicet ministris: Haurite nunc et
ferte architriclino, ubi ponitur mi-
raculi exaltacio, approbacio et publicacio
[illegible] statim enim ut ydrie im-
plete sunt, aqua in vinum conversa est,
et ideo statim miraculum publicat dicens:
Haurite nunc et ferte etc. ubi po-
nitur mandatum Christi exaltatorem
eligentis, ideo sequitur architriclini
exaltantis, ibi ut autem gustavit
architriclinus etc. Primo ergo Christus
precepit hoc vinum exaltari dicens in
ministris: Haurite nunc, scilicet vinum de
ydriis, et ferte architriclino, id est
primo qui secundum Augustinum architriclinus
dicitur princeps triclinii, id est trium
ordinum mensarum, sic latine di-
ctum, Et dicitur ab archos quod est prin-
ceps, et triclinium quod est domus
vel camera, ubi sunt tres ordines
mensarum, triclinium dicitur locus ubi
sunt tres ordines mensarum, et quod triclinium
a greco ordine lectorum. Alii exponunt
grece lectum, sic hic quia antiqui in
lectis accumbentes comedebant, sicut
tunc mos erat valde maxime et maxime
Iudeis. Vel aliter secundum Crisostomum architriclinus
erat ordinator et dispensator convi-
vii, qui princeps convivii vel primus inter
convivantes. Et probabile est quod fuit ali-
quis sacerdos illius temporis, qui in prepositis
intererat ad iudicandum et ordinandum
qualiter edant, persolvere secundum legem
et statuta seniorum. Et secundum Crisostomum
iussit illud dare architriclino, qui
peritius erat et poterat discernere
bonitatem vini. Ideo voluit dominus
ut ipse iudicaret de eo, quod factum
erat, et non convive, ne aliquis
posset miraculo detrahere, dicens eos
ebrios esse, et eorum sensus per crapulam
corruptos, ita quod non possent discerne-
re an esset vinum vel aqua. Sed secundum Augustinum
architriclinus erat abstinens vel sobrius,
ut dictum est, et ideo ut ei sua accep-
tabilior fieret, voluit in eo quod
factum fuerat, Hic moraliter per prudentes
sive ministri qui hauserunt aquam
sunt predicatores, isti XII haurientes
aquam in gaudio de fontibus
salvatoris. Architriclinus autem est
legisperitus puta Nicodemus, Ga-
maliel, Paulus etc. cum ergo talibus vinum
Iohannis committitur, quod latebat in
littera legis, quasi vinum de aqua
factum architriclino propinat, qui hoc
degustans approbat fidem Christi. Unde sequitur:
Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum
factam etc. ubi ponitur exaltantis iudicium.
Et primo ingerit veritatem facti, secundo
confert mirabiliter dicens: Omnis homo primum vinum bonum
ponit etc. Dicit ergo: Ut autem gustavit ar-
chitriclinus aquam vinum factam, id est mu-
tatam in vinum, et non sciebat unde
esset, scilicet illud vinum. Ministri autem scie-
bant qui hauserant aquam, vocat spon-
sum, quasi ad arguendum ipsum. Et dicit
ei: Omnis homo in racionabiliter et prudenter
agens primum, id est in principio, bonum vinum
ponit, id est apponit convivantibus quia tunc
sensus est vivax, et potest discerne-

vini bonitate et acceptatione. Et cum
inebriati fuerint, tunc apponit illud,
quod est deterius, i. aquosius et de-
bilius ad mitigationem ebrietatis,
quia tunc non sentiunt distinctionem inter
bonum et deterius. Tu autem contra consuetu-
dinem faciens, servasti vinum bonum us-
que adhuc, i. usque ad finem convivii,
ita quod non sapor eius distinctionem non per-
q. d. cum arguendo moderate scripsit
et imprudenter contra ritum iste tamen
ut predictum est ignorabat loquebatur.
Ministri vero qui vinum dederunt illi
et aliis miraculum divulgaverunt, quia
ipsi viderant quod fuit factum. Ubi sciendum
Crisostomus, quod quandoque est in miraculis
Christi, quod omnia sunt perfectissima. Nam
socrum Petri perfectam sanitatem resti-
tuit, ita ut statim surgens ministraret,
ut dicitur ~~Marci primo~~ et Mathei viii.
Paraliticum etiam perfecte sanitati restituit,
adeo quod statim surgeret et sublato
lecto abiret in domum, ut dicitur infra
quinto et Marci secundo. Hoc etiam apparet
isto miraculo, quia non qualecumque
vinum de aqua fecit, sed optimum
quod potuit esse, et hoc dicit architri-
clinus: Servasti vinum bonum usque
adhuc. Et generale est in omnibus
miraculis Christi, quod fit ad aliquid
melius tendunt, quam posset fieri per
naturam, quia multo preciosiora et po-
tiora sunt eius. Competit etiam hoc
mystice. Nam mystice dicitur aliquis
primo bonum vinum ponere, qui aliorum
intendens decipere, errorem quem in-
tendit non primo proponit, sed que
alliciant auditores, ut postquam
inebriati fuerint, i. allecti, ad
consensum sue intentionis, perfidiam
manifestat. Et de isto vino dicitur Prover-
biorum xxiii: Ne intuearis vinum cum flave-
scit, cum splenduerit in vitro color
eius: ingreditur blande, sed in no-
vissimo mordebit ut coluber. Dicitur — mordebit
etiam alias primo bonum vinum ponere,
qui a principio sue conversionis satis est spiritualiter
incipiens vivere, tandem in vita
carnali degustat. Galatarum iii: Sic
stulti facti estis, ut cum spiritu cepe-
ritis, nunc carne consummamini. Et vero non po-
nit bonum vinum primo, qui in principio

amara et dura proponit, ut dicitur Mathei vii:
Arta est via que ducit ad vitam.
Sed quanto plus homo proficit in ea
fide et doctrina, tanto plus dulco-
ratur et maiorem suavitatem sentit.
Unde iiii: Ducam te per semitas equi-
tatis, quas cum ingressus fueris non
arctabuntur gressus tui, et currens
non habebis offendiculum. In isto
mundo patiuntur amaritudinem et tri-
bulationes omnes, qui pie vivere volunt
in Christo. Infra xvi: Plorabitis et
flebitis vos, mundus autem gaudebit,
sed in futuro delectationem et gaudia
percipient. Unde et sequitur: Tristitia vestra
vertetur in gaudium. Romanorum viii: Non
sunt condigne passiones huius temporis
ad futuram gloriam, que revelabitur
in vobis. Ex hoc etiam quod hic dicitur
cum inebriati fuerint, tunc illud quod
deterius, elicitur quod ebrius non habet
plenum iudicium rationis. Unde Augustinus
in quodam sermone: Ebrietas est bla-
ndus demon, dulce venenum, suave
peccatum, quam qui habet, seipsum non habet,
quam qui facit, peccatum non facit,
sed ipse totus est peccatum. Idem ad sacras
virgines sermone: Ebrius velut
deiecto supina accubuit, et [illegible]
[illegible] spectaculum se quibus prebe-
t. Est enim omnium flagitiorum mater, cul-
parum materia, radix criminum, origo
vitiorum, turbatio capitis, subversio
sensus, tempestas lingue, procella
corporis, naufragium castitatis,
amissio temporis, insania voluntaria,
languor ignominiosus, turpitudo
morum, dedecus vite, honestatis
infamia, et anime corruptela. [illegible]
[illegible] sic Ambrosius libro de [illegible]
[illegible]: Ebriosum vinum absorbet, [illegible]
absorbetur a vino, abhominatur
a deo, despicitur ab angelis, de-
ridetur ab hominibus, destituitur virtu-
tibus, confunditur a demonibus, et conculca-
tur. Ebriosus confundit naturam, a-
mittit gratiam, perdit gloriam, in-
currit dampnationem eternam. Et ut ait quidam
doctor: Ebrietas [illegible]
[illegible] absorbet, abicit et [illegible]

[illegible]

generat robur et virtute naturalem / eter-
nati in infirmitate generat morte na-
lem adducit, temporalibus spoliat et
quod deterius est, divina maledictione
induit. Et ut dicit Crisostomus super Matheum
non est ita de omnibus amicis sicut
ebrietas et lascivia. Item secundum Petrum
de Tarantasia in quodam sermone in doc-
trine, in sacerdote sacrilegium est quia
alterat animam secundum necessitatem vino, sacerdos
spiritum caritatis extinguit. Et sic de
nuptiis carnalis copulationis secundum
sensum hystoricum. Sunt et alie nuptie
divine incarnationis secundum sensum allego-
ricum. Tertie spirituales quantum ad mores
secundum sensum tropologicum. Quarte ce-
lestiales secundum sensum anagogicum. Sic-
ut sunt nuptie hominis et hominis
in carnali copulatione, ita sunt
nuptie hominis dei et hominis, i. incarna-
cione, et in spiritu creati et incre-
ati societate, et hec in gratia et glo-
rie nuptie dei et hominis facte
sunt in Cana Galilea. Nam divine nature
copulavit in unitate persone.
Sic sunt dei et hominis in uno
spiritu, in gratia caritatis, quarte
tertie sunt dei et hominis in gloria
quando fidelis anima ingreditur thala-
mum sponsi in secreto celeste-
lis. In primis nuptiis scilicet divine
incarnationis sponsus est filius
dei Verbum eternum, sponsa vero natura
humana vero dei copulata et unita.
Altera vero sunt caritas vel adhu-
manitate liquet ex eo quod tertias
quas nuptias mors dissolvit.
Sponsa autem immortuo adhuc pre spo-
se, i. humanitati iuncta erat. Et
utrobique filius dei. De hiis nu-
ptiis dicitur Mathei xxii. Simile est re-
gnum celorum homini regi qui fecit
nuptias filio suo. Iste autem facte
sunt in Cana, quia utero virginali
qui fuit thalamus sponsi, unde
processit tamquam sponsus de thala-
mo suo. Et hoc madere secunde
ti dicitur Ysaie ix. Cum premisse
est. Parvulus natus est nobis, sub-
dit. Eo virtute hec festum sunt. Zelus
domini exercituum fecit hec. Quia
spiritus sanctus qui est fervor caritatis
supervenit in virgine. Quod enim in ea

natum est de spiritu sancto est. Mathei primo.
Zelus autem ille dicitur Galilee, i. transm-
igrationis, quia transmigravit verbum de
celo veniens ad virginem. Iterum hiis nu-
ptiis Cana intererat, quia vocata est et ipse
Iesus a angeli civibus, futuris quos elegit
ante mundi constitucionem. Ephesios primo.
Publicatio autem fuit hec sacramenti,
quia cuncta sibi per fidem iuncta est. Osee
2o. Desponsabo te michi in fide.
Copulatio autem erit cum sponsa, i. cum ea
introducetur in thalamum sponsi, i.
in celestem gloriam. Apoc. 19. Beati
qui ad cenam vocati sunt. Vel vocant
a mysterio. Quia ille nuptie secunda facte
sunt post tres dies, et tempus lege
nature, 2a tempus legis scripte, 3a
vero dies est tempus gratie, in quo dominus
in carne natus nuptias celebrat.
Osee vi. Vivificavit nos post duos
dies et die tercia suscitabit nos.
Et omnibus etc. congruit. Mysterio vero in Zelo
transmigrationis hee nuptie celebrantur
ut feminet eos maxime Christi com-
municationem dignos existere qui zelo
pie devotionis fervetes transmigrant
de statu culpe ad gratiam. Ecclesiastici 24.
Transite ad me omnes qui concupisci-
tis me etc. Et de morte ad vitam
i. de statu mortalitatis et miserie
ad statum immortalitatis et glorie. Apoc.
21. Ecce nova facio omnia. Harum
nuptiarum participes sunt omnes qui credunt
in eum. Iohannis primo. Dedit eis potestatem
filios dei fieri hiis qui credunt
in nomine eius. In hiis etiam nuptiis
aqua veteris testamenti, que est in-
sipida, convertitur in vinum spiritualis in-
telligentie et gratie eciam. Et hec
aqua fuit in sex ydriis, in sex,
i. etatibus mundi, in qualibet illarum
ydriarum fuerunt aliqui scripture sed ad
huc insipide. Hanc aquam non mutavit
Christus ex ydriis effundi, quia scrip-
turam veterum non reprobavit, sed per
ministros, i. prelatos impleri fecit,
et ipse eciam legem implevit.
Item singule ydrie capiebant binas
vel ternas, quia in singulis etatibus
fuit fides trinitatis et duarum natu-
rarum unio in una persona, i. Christi. Ista
aqua non plus gustata est in vinum,
i. lex vetus ad spiritualem sensum.

euuangelii / qua ydrie implentur / quia
oportebat prius impleri ea que de xpo
erant scripta / Luce 24 / Ad sextam
etatem propius fuit / vinum bonum
et gaudium euangelii quod ex tunc
dedit bibere / Luce primo / Euan-
gelizo vobis gaudium magnum /
Et hoc est vinum optimum ad opta-
dum, dignum dilecto / Apocalipsis vii / Tercie
nupcie fiunt tempore tercio in spiritualibus
iunctionibus dei et anime / Ad has nu-
pcias dominus invitat animam / Cantico-
rum 2 / Surge propera amica mea
et veni / De hiis nupciis dicit Ber-
nardus in sermone de epiphania. Ad
nos ad spirituales nupcias vocati
sumus / in quibus utique sponsus
est Xpus / noster sponsus / Tu ibi
o anima tam ineffabilis gracie
ut eam merearis esse sponsam, cui quam de-
siderant angeli prospicere, cuius pulcri-
tudinem sol et luna mirantur /
Vide quibus caritatis amplexandus
sit, qui te tantum estimavit ut te in
sponsam assumeret. Obliviscere itaque
patrem et matrem suam et synagogam
reliquit / ut ei adhereret et unus
spiritus tu eo efficiaris. Et in ps.
Filia audi et vide et considera
qualiter sit erga te dignatio dei
mei. Et obliviscere populum tuum et domum
patris tui. desere carnales affe-
ctiones et dicte, abstine a prioribus
viciis. noxias consuetudines oblivi-
scere. Hec nupcie celebrantur in Cha-
na Galilee / id est in zelo divini amoris /
quo mens transmigrat ad celestia /
de viciis ad virtutes et a culpa ad gratiam
migrat. Ad has nupcias venit
dominus / sed non nisi invitatus / Apoca-
lipsis 3 / Ecce sto ad ostium et pulso si
quis aperuerit mihi intrabo ad illum
et cenabo cum eo. In hiis nup-
ciis vinum deficit / id est compunctio
in pluribus nunc temporalibus efficitur ho-
mo aridus accidiosus / et indevotus /
sic anima ista conteritur, in psalmo: anima mea
sicut terra sine aqua tibi. Sed ihesus
salvator, qui plenitudinem suam salvet /
apertis cordibus aqua quibus in vinum,
qui quibus impuro et fiunt puri / qui
aufert culpam et confert graciam. Sed
ad preces beate virginis que semper
compatitur miseris / implet ydrie

et aqua lacrimarum quibus in vinum con-
solacionis et devocionis mutatur. Sex
ydrie sunt quinque sensus corporis
in uno complexu sensu anime. Sed
ydrie dicuntur lapidee quia sensus noti
ante graciam obdurati sunt per culpam.
Istas ydrias aqua implemus quando
fletu et ore confitemur. Omnes sensus
nostros a culpa transacta per hanc lavamus.
Tali aqua purificantur iudei, id est veri
confessores xpi. qui non tantum cum confi-
tentur voce oris, sed etiam ope ma-
nuum in veritate cordis. Capiunt autem
ydrie metretas binas vel ternas quia deflemus
que commisimus delectacione et consensu
Ternas vero quia fletibus purgamus
non solum delectacionem sed et assensum
et operacionem mali. Aqua demum
vinum quibus, quia fletum culpe conse-
quitur gracie sequitur. Vel et quia in
mente hominis opus dei quod labo-
rando prius non sapit, per spiritualem in-
telligenciam illuminata dulcescit. Omnis
autem homo primum bonum vinum ponit, quia
homines delectabilia querunt et amant
in presenti. Deinde quod deterius est
quia amara inveniet et recipiet
in futuro. Sic et dyabolus primo suggerit
aquam sub specie boni. et in quibus
complacencia inebriati fuerint, tunc quod
deterius est in ebrietates et ebrie-
tates in peccatis propinquat. Sed
xpus non primo bonum vinum ponit
sed in posterum servat. quia futura
bona, que nobis tribuit in presenti
ipse ad comparacionem eorum, que nobis
daturus est in eternitate. Unde me-
dicus nunquam dat bonum et purum
vinum infirmo vel illi qui evasit
de infirmitate quadam debilitatus
est, donec perfectam habeat sanitatem
sed dat sibi vinum aqua mixtum
Sic homo existens in hac vita, quamvis
evaserit infirmitatem peccati, tamen debilis
est et potest recidivare. Dat dominus
vinum aqua mixtum, id est aquam tri-
bulacionis, sed in fine quando habebit
perfectam sanitatem, tunc dabit vinum
purum et vere consolacionis. Vel sex y-
drie sunt sex consolaciones quibus anima
fine completur / Ad primum
ad perfeccionem lacrimarum. Prima ydria

est memoria divine offensionis. qua implet lacrime contritionis. de quibus ps. Exitus aquarum dedu xerunt oculi mei. Secunda est dolor proprie transgressionis. hac implet lacrime caritatis. Jeremie 9 Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum. Tercia est adversitatis presentis. hac implet lacri me tribulationis. Trenorum 1 plorans ploravit in nocte et lacrime eius. Quarta est hec gehenne. hanc implet lacrime compunctionis. nam secundum Gregorium pro ipso inferni com punctionem provocat. Unde ps. in dixisti lacrimis meis stratum meum rigabo. subdit reddens causam principalem. turbatus est a furore oculus meus. Quinta est tempestas temptacionum carnalium. qua implet aqua afflic tionis. qua spiritus affligitur et ple citur usque ad lacrimas. juxta illud Mt 2o Rachel plorans filios suos noluit consolari quia non sunt. Quando dum vires inferiores non subiciunt spiritui. filii vere Rachel plorare non desinunt. Sexta ydria est spei defectionis consolacio. hac implet aqua spei. divine consolacionis. ps. Cibabis nos pane lacrimarum et potum dabis nobis in lacrimis in mensura. et potabis nos vino compunctionis. Sed omnes aque superne illarum ydriarum per has sex vir gines convertuntur in vinum consolacionis. de quo dicit sponsa Et vinum letificet cor hominis. Quarte nuptie sunt anagogice et celestes in quibus gaudium vivum erit plenum. unde Apoc 19 Gaudeamus et exultemus et demus gloriam deo. quia venerunt nuptie agni et uxor eius preparavit se. Ad has nuptias non intrant nisi beati. ibidem Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Tales sunt virgines prudentes que intraverunt cum sponso ad nuptias. et clausa est ianua Mt 25. In istis nuptiis ydrie posite sunt, et clause omnes potencie anime que secundo uno complete omnes. tunc sunt plena unius perfectionis omnes potencias anime. et que prius erant

presentis erroris, meroris, et doloris tamquam ydrie plene aqua. tunc replentur vino exultacionis et beate fruitionis. Tunc enim deus absterget omnem lacrimam ab oculis sanctorum. Apoc 21. et aqua convertetur in vinum. quia et ipse lacrime convertentur in gaudium. Et quanto quis gaudet se fuisse tristem. Jo 16 Tristicia vestra vertetur in gaudium. Ad bibendum hoc vinum invitat nos dominus per Ysaiam. Venite omnes sitientes bibite absque ulla commutacione vinum et lac. Et hoc vinum gustaverat sponsa Canticorum 5 dicens Bibi vinum cum lacte meo. Quia per vinum accipitur dulcedo divinitatis, per lac pulchritudo humanitatis.

Hoc fecit inicium signorum Jhesus in Chana Galilee. et manifestavit gloriam suam. et crediderunt in eum discipuli eius. Posita mi raculi commutacione per Christum, subdit ibi divine glorie manifestacionem per eiusdem miraculi contestacionem per eos factam seu commendacionem. Commendat autem ex tribus hoc miraculum. primo in mira culorum iniciacione. quia fuit inicium signorum. 2o ex divine glorie sue ma nifestacione. ibi Et manifestavit etc. Tercio ex discipulorum fidei confirmacione. ibi Et crediderunt etc. Quantum ad primum dicit Et fecit inicium signorum Jhesus etc. Sed si quis obiceret de stella ma gorum. de voce patris. et columba. dicendum quod hoc est inicium signorum ipsius factorum. licet ante hec fuerint signa per patrem facta. circa eum. non tamen ab eo. Non enim debuit Christum a iuventute facere miracula. Unde Crisostomus decenter non incepit Christus signa facere ex prima etate. Existimassent enim fan tasticam esse incarnacionem. et ante tempus opportunum tempus cum cruci tradidis sent livore liquefacti. Ex quo loco evidenter apparet librum de infancia salvatoris. in quo multa miracula ponuntur. et librum nazareorum apo crifum esse. Dicit enim Crisostomus quod nullo modo probabile videtur eum miracula fecisse in prima etate. Quia enim in brevi tempore propter miracula multa vere claruit, ut eius notitia facta fieret omnibus.

ac si diceret dixisset si Christus fecisset tanta miracula parvulus esset quod non lateret et ante tempus sic passus fuisset / sed ipse non debuit ante tempus facere

multo magis claruisset si puer existens a prima etate miracula fecisset / nam et ea que faceret opinabiliora essent ab infante facta / et tempus amplius esset / vel posset dici quod in hoc dicitur hic initium signorum fecit Ihesus intelligitur de signis in Cana a tempore predicationis inquantum [illegible] factis. Sed dicendum ad 6 quod Christus non debuit miracula facere secundum quod Christus debuit ipsa [illegible] / Sed ipse dixit Matthei 16 Generatio mala et adultera signum querit et signum non dabitur ei nisi signum Ione prophete / ergo non debuit miracula facere. Item secundo Christus in adventu secundo venit est in virtute cum potentia et maiestate / ut dicitur Matthei 24 / Ita in primo adventu venit in infirmitate / secundum illud Ysaie 53 Virum dolorum et scientem infirmitatem / Sed operatio miraculorum magis pertinet ad virtutem quam ad infirmitatem / ergo non fuit conveniens ut in primo adventu miracula faceret / Tertio Christus venit ad hoc ut per fidem homines salvaret / secundum illud Hebreorum 12 Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Ihesum / Sed miracula diminuunt meritum fidei / unde dominus dicit Iohannis 4 Nisi signa videritis et prodigia non creditis / ergo videtur quod Christus non debuit facere signa vel miracula / Sed in oppositum est quod ex persona adversariorum dicitur Iohannis 11 Quid facimus quia hic homo multa signa facit / Respondeo dicendum quod divinitus conceditur miracula facere propter duo / primo quidem et principaliter ad confirmandam veritatem quam aliquis docet / quia cum ea que sunt fidei humanam rationem excedunt / non possunt per humanas rationes probari / sed oportet quod probentur per argumentum divine virtutis / ut dum aliquis facit opera que solus deus facere potest / credatur ea que dicit esse a deo / sicut cum aliquis defert litteras anulo regis signatas / creditur ex voluntate regis processisse quod in illis continetur / Secundo ad ostendendum presentiam dei in homine per gratiam spiritus sancti / ut scilicet cum homo facit opera dei credatur deus habitare in eo per gratiam / unde

dicitur Galatas 3 Qui tribuit vobis spiritum et operatur virtutes in vobis / Utraque autem circa Christum erat hominibus manifestandum / scilicet quod deus esset in eo per gratiam / non adoptionis sed unionis / et quod eius doctrina supernaturalis esset a deo / et ideo convenientissimum fuit ut miracula faceret / unde ipse dicit Iohannis decimo Si michi non vultis credere operibus credite / Et infra 5 Opera que dedit michi pater ut faciam ipsa perhibent testimonium de me. Ad primum ergo dicendum quod hoc quod dicitur Signum non dabitur ei nisi signum Ione prophete / sic intelligendum est secundum Chrysostomum quod non acceperunt tale signum quale petebant scilicet de celo / non quod nullum signum eis dederit / vel quia signa non faciebat propter eos / quos sciebat lapideos esse / sed ut alios emendaret / et ideo non eis sed aliis illa signa dabantur. Ad secundum dicendum quod licet Christus venit in infirmitate carnis / quod manifestatur per passiones / venit tamen in virtute dei / quod erat manifestandum per miracula. Ad tertium dicendum quod miracula in tantum diminuunt meritum fidei / in quantum per hoc ostenditur duritia eorum qui nolunt credere ea que scripturis divinis probantur nisi per miracula / et tamen melius est eis ut vel per miracula convertantur ad fidem quam quod omnino in infidelitate permaneant / ut dicitur 1 Corinthiorum 14 quod signa data sunt infidelibus ut scilicet convertantur ad fidem. Miracula vero sola virtute divina fiunt / quia solus deus potest ordinem nature mutare / quod pertinet ad miraculum / unde Leo papa dicit in epistola ad Flavianum quod cum in Christo sint due nature / una earum scilicet divina est que fulget in miraculis / alia scilicet humana que succumbit iniuriis / et tamen una earum agit cum communione alterius / in quantum scilicet humana natura est instrumentum divine actionis / et actio humana virtutem accipit a natura divina. Sic ergo Christus fecit miracula virtute divina / secundum quod ipse dicit Iohannis 14 Pater in me manens ipse facit opera / unde et subdit

Et non quod a primo miraculum secundum miraculum factum est in nuptiis quod costa viri facta est mulier / Item aqua vinum unde notandum quod dominus nascens de virgine approbat statum virginalem / Item testimonium Anne vidue approbat statum vidualem / nunc autem presens veniens ad nuptias approbat statum coniugalem et omnes status scilicet virginalem vidualem et coniugalem videtur approbasse

in libro de diuine glorie manifestacione
dicitur. Et manifestauit gloriam
suam. scilicet per hoc signum .i. gloriosam laten
tem in carne deitatem. et deita
tis potenciam / per quam hoc fecit / et qua
gloriosus est. viderunt per effectum virtutis
diuine / quod ipse esset dominus virtutum et
rex glorie. et ipse esset proprius creator
qui creata potuit ex nichilo creare
qui eciam sicut dominus quando voluit potuit
creata mutare. Et magister in ser
mone de epiphania / quod mutare aquam
in vinum est magnum signum et sufficiens
ad credendum dei maiestatem
Quis enim non miretur in aliud quod
erat creatum esse translatam. neque enim
potest mutare naturam nisi qui dominus
est nature / et ille. Et secundum crisostomum
hoc ostendit / quod ipse est qui in vineis
aquam mutat / et per pluuiam terra
ducem in vinum vertit / quod contingit
in planta per multum tempus / hoc autem
repente fecit in nupciis operatus est
Sed dicitur virtus diuina est omnipotens
videtur quod Christus non fuit omnipotens in mi
raculis faciendis / dicit enim Marci
6 / quod non poterat in patria sua vir
tutem facere / videtur quod
non fecit miracula virtute diuina
Item dei non est orare / sed Christus aliquando
orabat in miraculis faciendis
ut in suscitacione lazari / infra xi
Et in multiplicacione panum Marci xiiii
Preterea quod fuit virtute diuina non potuit
alicuius creature virtute fieri / Sed ea
que Christus faciebat / poterant etiam
esse virtute alicuius creature / vnde et
pharisei dicebant / quod in belze
zebub principe demoniorum eiciebat de
monia / ergo videtur quod Christus non
fecit miracula virtute diuina. Et
sic in faciendo istud miraculum non
manifestauit gloriam suam. Respondeo dicendum
ad primum / hoc quod dicitur non poterat ibi scilicet
in patria vllam virtutem facere.
non est referendum ad potenciam absolutam
sed ad ea quorum potest fieri congruenter
Non enim congruum erat / ut inter incre
dulos operaretur miracula / vnde
precedit Et mirabatur propter
incredulitatem eorum / secundum quod modo

non
dicitur Gen 18 Num celare potero
abraham que gesturus sum / Et 19
non potero facere quicquam donec ingre
diaris illuc / Ad secundum dicendum quod
sicut dicit Augustinus super illud Marci xiiii
acceptis quinque panibus et duobus
piscibus aspiciens in celum benedixit
et fregit / orabat magis credi de Christo
quod a patre est / et quia ei equalis
est / Et ut vtrumque ostendat / nunc
quidem in potestate / nunc autem orans
miracula fecit / et in minoribus quidem
respicit in celum / puta in multipli
cacione panum. In maioribus autem que
sunt solius dei cum potestate agit / pu
ta quando peccata dimisit / mortuos su
scitauit / Quod autem dicitur infra xi quod in
suscitacione lazari oculos sursum leuauit
non fecit hoc propter necessitatem suffragii
sed propter exemplum / vnde dicit ibidem propter
populum qui circumstat dixi / ut credant
quia tu me misisti. Ad tercium dicendum
quod Christus alio modo expellebat demones
quam virtute demonum / expellebantur ma
iore virtute superiorum demonum ita demones
expellerentur / quod tamen remanet dominium
eorum quantum ad animam / non enim contra
regnum suum dyabolus agit / Sed Christus
demones non solum expellebat a corporibus
sed multo magis ab anima / Et ideo
dominus blasphemiam iudeorum dicencium
eum in virtute demonum eicere demonia
reprobat / primo quia per hoc quod sathanas
contra seipsum non diuiditur / Secundo exemplo
aliorum qui demonia eiciebant per spiritum
dei / Tercio quia demonium non
posset expellere nisi ipsum vicisset
virtute diuina / Quarto quia nulla
conuenientia in operibus nec in effectu erat
Christi et sathane / cum sathanas dis
pergere cuperet / quos Christus colligebat
Cum ergo miracula facta sunt a Christo
propter confirmacionem doctrine et ostendendum
diuinam virtutem in ipso. Et ideo considerando
ad primum non debuit aliqua miracula
facere antequam inciperet docere / Non autem
debuit incipere ante perfectam etatem
qualis est 30 annorum / quia et ezechiel
anno 30 cepit prophetare / Quarto
autem ad 3m sic debuit per miracula

divinitate ostenderet, ut crederent virtutis
quantitatis ipsius. Et ideo decenter
non incepit signa facere ex parva
etate, propter hoc dicat. Et ideo secundum
Crisostomum ex verbo Baptiste dicitur, ut
manifestaretur in Israel, propterea veni
ego in aqua baptizans. Mendacia
est illa signa que dicuntur in pueritia
a Christo facta, mendacia et ficta esse.
Si enim a prima etate miracula fecisset
Christus, nequaquam Iohannes cum ignorasset,
neque reliqua multitudo
indiguisset magistro ad manifestandum
eum. Quamvis ergo Christus faceret in
causa secundum virtutem divinam fuit in
eo a principio sue conceptionis. Ex
tunc enim fuit deus et homo. Tamen
tamen divina virtus operabatur in pro-
cessu secundum quod erat necessarium ad salutem humanam
propter quam carnem assumpserat. Et ideo
per miracula fecit virtute divina,
ut fidei prejudicium non faceret de
veritate carnis eius. Secundum: Christus post
baptismum et temptationem cepit di-
scipulos congregare, ut legitur Augustino
eodem et supra primo. Sed discipuli pro
tempore congregati sunt ad ipsum propter
miracula, sicut dicitur Luce quinto,
quod vocavit Petrum ob stuporem
propter miraculum, quod fecerat in captura
piscium. Ergo videtur quod ante miracula
que hic fecit in nuptiis fecerit
alia miracula. Dicendum quod hic ipso-
ad tamen discipulorum pertinet, quod Christum
secuti sunt cum adhuc nulla eum
miracula facere vidissent, sicut dicit
Gregorius in quadam omelia. Et ut
Crisostomus dicit, maxime tunc signa ne-
cessarium erat facere, quando iam discipuli
congregati erant et devoti et atten-
dentes hiis que fiebant. Unde subditur
in textu: Et crediderunt in eum disci-
puli eius, ubi concluditur discipulorum confirmatio.
Sed contra hoc arguit Augustinus, quia tunc
crediderunt in eum, ergo non erant
discipuli, cum ad nuptias vocati sunt.
Dicendum ergo dicuntur quod crediderunt in eum
discipuli eius. Dicendum secundum Augustinum, quod aliquid
dicitur esse aliquid, non secundum quod nunc
est, sed secundum quod futurum est, sicut dicimus
quod Paulus apostolus natus est in Tharso
Cilicie, non quod ibi sit natus apostolus,

sed ibi qui natus est futurus erat apo-
stolus. Ita audimus discipulos Christi invi-
tatos ad nuptias, non iam discipulos,
sed qui futuri erant discipuli intelligere
debemus. Vel dicendum quod ante credide-
runt ei sicut bono viro, iusta et
recta predicanti, sed non crediderunt
in eum tanquam in deum. Vel non
quia tunc primum crediderunt, sed quia
tunc diligentius et perfectius credide-
runt. Vel potest dici quod aliqui de no-
vo in eum crediderunt, nam secundum Augustinum
scriptura non solum illos duodecim
discipulos eius vocat, sed omnes qui
in eum credentes magistro eius
ad regnum celorum erudiebantur. Unde
dicuntur discipuli propter notitiam et sequelam
et imitationem. Vel ipsos et Christi do-
ctrinam ad ipsum aut Iohannis plures
in eum occulte credebant, qui post-
modum aperte secuti sunt eum. Et illi qui
prius crediderant, ut Andreas et
alii, perfectius in fide solidati sunt.
Prius enim crediderant in eum propter
verba Iohannis dicentis: Ecce agnus dei.
Et quia vidit ipsum spiritum sicut co-
lumbam descendentem et manentem
super eum. Nunc autem crediderunt et
videntes opera eius. Ex quibus verbis
patet quod durissime sunt arguendi
qui fidem susceperunt katholicam,
sed non uno miraculo munitam
sed diversis probatam et super naturam multo
plures factis, et talibus que non
potest operari quamvis per potestatem creatam
angelicam vel humanam nisi dei
firmiter non tenent, sed aut
dubitant aut ei contradicunt. Illi
enim discipuli uno viso miraculo credi-
derunt. Isti vero credere fidei nu-
tibus modis firmate et adeo
totaliter approbate displicant vel con-
tempnunt. Sed reneant in futuro
iudicio cum omnibus perfidis et in
eo fuerit in aspectu sapientie dei
congregati, quando per sua exemplaria
pretendere valeat, non habuit
aut confidenter pro nobis aliud
abierit. Domine potius dicere
fidem teneamus a te miracula

supra naturam factus / palam et invisibiliter approbatam. Ei primo dicitur philosophia, parce tuae et maiestatis divinae inveniat / a te venit decepcio / Non est enim apud te mutacio vt primo fit est / et post non / si falli teneat non pt dei sapia / Ac ideo petimus tu ex fide haec intus te cognoscimus qui ad contemplandam speciem tuae celsitudinis admittamur /
Sed queritur an xpo non faciente miracula visibilia homines tenentur credere / Et videtur quod non / Quamvis enim non faciat hic ad quod tenetur peccat / Sed si homines non crederent xpo non facienti miracula non peccarent / dicit enim ipse Iohannis xv° Si opera non fecissem in eis quae nullus alius fecit peccatum non haberent / et loquitur de peccato infidelitatis secundum Augustinum / ergo si christus non fecisset miracula visibilia non tenentur homines ei credere /
Praeterea nullus potest mutare legem nisi lator legis / vel eo superior / Sed xpus predicavit quaedam quae videbantur pertinere ad veteris legis abolicionem / sicut quod cibi non coinquinant hominem / et quod licet in sabbato operari et huiusmodi / ergo si non probasset se esse legislatorem / non fuisset ei credendum / sed hoc non potuisset fieri nisi per miracula / Et ideo legislatorem primum scilicet moysen multa miracula perfecerat / ergo xpo non esset credendum / nisi miracula fecisset /
Sed contra magis obligatur homines ad credendum prime veritati / quam ad credendum visibilibus signis / si licet xpus miracula non fecisset / ipse tamen verus deus existens / prima veritas erat / ergo etsi miracula non fecisset / adhuc erat ei credendum /
Praeterea gratia unionis est maior quam gratia gratum faciens / sed ad opcionem si miracula non suffecerunt probat gratiam gratum facientem / quia ut dicitur Iohannis xv° Hic qui in xpo in medio dicitur / hoc in hoc modo multas virtutes fecimus / Iudicabit non novi vos / ergo multo minus miracula

sufficiunt ad probandum gratiam unionis /
Ergo si miraculis homines non tenentur xpo credere / neque etiam miraculis factis tenebantur credere ipsum esse deum / quod potest esse falsum /
Respondeo dicendum secundum doctorem de quolibet ro. q. v. articulo po. nunc tenemur ad hoc quod super vires nostras est / nisi perfectius modo quo sit nobis possibile / Credere autem est supra potestatem hominis naturalem / unde provenit ex dono dei / secundum illud apostoli Ephesios ii° Gratia salvati estis per fidem / et hoc non ex vobis / dei enim donum est / Et ad Philippenses po dicitur / vobis datum est non solum ut in ipsum credatis / sed ut pro ipso paciamini / Homo igitur tenetur credere secundum quod adiuvatur ad credendum / Adiuvatur autem ab adeo ad credendum tripliciter /
Primo quidem per interiorem vocacionem / Iohannis vi° Omnis qui audit a patre et didicit venit ad me / Et ad Romanos viii° / Quos predestinavit hos et vocavit / Secundo per doctrinam et predicacionem exteriorem / secundum illud apostoli ad Romanos x° fides ex auditu est / auditus autem per verbum xpi / Tercio per exteriora miracula / unde dicitur i Corinthiorum primo quod signa data sunt infidelibus ut scilicet per ea provocentur ad fidem / Si autem xpus visibilia miracula non fecisset / adhuc remanebant alii modi attrahendi ad fidem / quibus homines tenentur credere / Tenebantur enim homines credere auctoritati legis et prophetarum / Tenebantur etiam interiori vocacioni non resistere / sicut ysaias dicit / Dominus deus aperuit michi aurem / ego autem non contradico / retrorsum non abii / ysaie l° Sic et Iohannis de quibus dicitur / vos autem spiritui sancto resistitis / actuum vii° Ad primum ergo dicendum / quod inter ea opera / que xpus in hominibus fecit / etiam connumeratur interior vocacio / qua quosdam attraxit sicut dicit gregorius in quadam omelia / quod xpus per misericordiam magnam multitudinem traxit intus / qui etiam pro clemencia suscepit foris petrum / connumeratur etiam doctrina tamen est dicitur Si non venissem

sextum

et locutus est non fuissem petrum
non crederent / ad 2m dicendum / quod xpistus
poterat se ostendere legislatorem /
non solum faciendo visibilia mira
cula / sed etiam per auctoritatem scripture
et per interiorem instinctum / ad 3m
dicendum / quod interior instinctus quo xpistus
poterat se manifestare per miraculis
ostendere ex[illegible] pertinet ad [illegible] virtutem prime
veritatis / qua interius homines illuminat et
docet / ad quartum dicendum / quod mira
cula per se loquendo sunt virtute divina
ad confirmationem fidei / unde dicitur marci
ultimo de apostolis quod predicaverunt ubique
domino cooperante et sermonem confirmante
sequentibus signis / non autem propter sunt
miracula ad demonstrandam gratiam
eius per quem miracula fiunt / et ideo
potest contingere / quod ab gratiam gratum faci
entem non habens / miracula faciat /
sed hoc contingere non potest / quod aliquis
falsam doctrinam annuncians / vera miracula
faciat / que nisi virtute divina fieri
non possunt / sic enim deus esset testis
falsitatis / quod est impossibile / Cum igitur xpistus
se filium dei diceret et equalem deo /
hanc eius doctrinam comprobabat mi
racula que faciebat / et ideo ostende
batur xpistus per miracula que faciebat
esse deus / petrus autem licet eadem
vel maiora miracula fecit / non
probatur esse deus / sed per ea etiam
probabatur quod xpistus esset deus /
quia petrus non predicabat seipsum /
sed xpistum per [illegible] esse deum / Ex quo patet
quod miracula que xpistus fecit / erant
sufficientia ad manifestationem ipsius di
vinitatem / et secundum hoc tria / primo
quantum secundum ipsam speciem operum que
transcendebant omnem potestatem create vir
tutis / et ideo non poterant fieri / nisi
virtute divina / et propter hoc / cecus illu
minatus dicebat / Iohannis 9 a seculo
non est auditum / quod quis aperuisset
oculos ceci nati / nisi hic esset
a deo / non poterat facere quicquam
2 Secundo propter modum miracula faciendi
quia scilicet ipse quasi propria potestate facie
bat miracula / non autem orando sicut
alii / unde dicitur luce vi quod virtus de

illo exibat et sanabat omnes / propter quod
dicit Cirillus / quod non accipiebat
alienam virtutem / sed cum esset naturaliter
deus / propriam virtutem super infirmos
ostendebat / Et propter hoc innumerabilia cum
miracula faciebat / unde legitur mathei
[illegible] efficiebat ipsius [illegible] et omnes
male habentes curavit super quod dicit
Crisostomus / intende quantam multitudinem
curatam transeunt evangeliste non singulariter
unumquemque curatum enarrantes sed uno
verbo pelagus ineffabile miraculorum
inducentes / Et ex hoc ostendebatur
quod haberet virtutem coequalem deo patri
secundum illud infra v° / quecumque pater
facit hec et filius similiter facit / et
sicut pater suscitat mortuos et vivi
ficat / sic et filius quos vult vivi
ficat / Tertio ex ipsa doctrina qua 3
se deum dicebat / que nisi vera esset /
non confirmaretur divinis miraculis divina
virtute factis / Et ideo dicitur marci
primo / Que est hec doctrina hec nova
quia in potestate spiritibus immundis im
perat et obediunt ei / de hoc dicetur
infra plura prius longius etc.
Post hec descendit capharna
um ipse et mater eius et fratres
eius et discipuli eius / et ibi
manserunt non multis diebus /
[illegible] ibi / Et hec erat pars
Superius evangelista posuit signum quod
fecit xpistus primum ad virtutem
immutativam nature / hic autem agit
de [illegible] resurrectionis / ad eandem
virtutem pertinente / quod posuit x[illegible]
ad turbarum conversionem / Circa hoc igitur
miraculum duo facit evangelista pri
mo ponit miraculi occasionem
occasionem / secundo ipsius miraculi pro
nunciationem ibi Dixerunt ergo iudei /
Circa primum duo facit / primo descri
bit locum / secundo narrat factum quod
fuit occasio miraculi pronunciandi /
ibi Et invenit in templo etc / Locus
autem in quo hoc fuit est ierusalem /
et ideo evangelista gradatim ostendit /
quo ordine ierusalem venit / Et primo
ergo ostendit quod capharnaum
descendit / Secundo quod ierusalem ascendit

Post h' s. pq mirac'li p'tracom diuulgaciones et manifestacionem descendit i. chapharnaum ut ibi
relinqueret matrem non ꝑ impeditiua itineris sed ut docet paulus sarcinam et affectum parentele
postponere ad dei misterium ascendentes et diuinis obsequiis mancipatos Vn Crisost. dominus Jero:
solimam ascensurus erat capharnaum adijt ut non vbique matrem et fratres secum trahat

ibi et ipse erat pasta indecorum /
Circa primum tria facit primo assi
gnat locum quo descendit Secundo
describit societatem qua erant ibi ipse
et mater eius et ... Tercio innuit moram
qua protraxit ibi et mansit ibi
non multis diebus / locus quidem
quo descendit est capharnaum /
et io dicit post hoc s. pq miraculum de
vino descendit in capharnaum /
videtur autem quantum ad hystoriam
pertinet / quare dicto Augustini littera
dicatur ... ergo s. quod dominus descendit
capharnaum pq incarcerationem iohannis
Et autem quod hic refert euangelista
totum factum est ante incarceracionem iohannis /
vnde dicitur infra 3o nondum enim missus
fuerat iohannes in carcerem Ideo dicitur quod
ad eius cognicionis intelligenciam dicendum
quod sicut habetur ex hystoria ecclesiastica /
Reliqui euangeliste scilicet matheus
marcus et lucas narraciones euan
gelicas incipiunt ab eo tempore quo
iohannes fuit reclusus in carcere vnde
post hoc statim pq baptismum christi et
ieiunium et temptacionem eius / incipit
textus sua narracio de incarceracione
iohannis / Et cum audisset iohannem
quod traditus est iohannes etc. /
Et plus ... primo / pq qua autem
traditus est iohannes venit ihesus
in galileam etc. Iohannes vero euangelista
qui supervixit alios / cum trium euan
gelistarum noticia ad ipsum peruenis
set / dictorum fidem et veritatem pro
bauit / qui tamen vidit aliqua de
esse scilicet maxime illa que primo predica
cionis anno / ante iohannis incarceracionem
dominus gesserat / et io ad preces fide
lium / euangelium suum alciuis inchoauit /
ita quod proceneserat posuis / ante tra
dicionem iohannis dominum gesta conscripsit /
s. a primo anno quo baptisatus est /
ut in eius euangelii serie apparet / Secundum
hoc ergo euangeliste non dissonant / sed
quod dominus bis capharnaum descendit /
semel ante incarceracionem iohannis / de
quo agitur hic / et semel pq in
carceracionem eius / de quo agit ... /
et habetur iiij^o / et ... v primo /
Facto ergo miraculo in mense ianuarii
facto / moram traxit dominus in galilea

usque dum appropinquaret mensis aprilis /
in quo tunc erat pasca iudeorum /
et tunc descendit / secundum locum predictum
de chana / in capharnaum metropolim
galilee / ipse et mater eius / descen
derunt pl. et fratres eius i. cognati
secundum carnem scilicet consanguinei matris /
vel ioseph / qui pater putabatur / et
discipuli eius / qui per eum crediderant /
Capharnaum autem interpretatur villa
pulcerrima / et significat mundum istum / qui de
corem habet ex ordine / et dispensacione
sapiencie / secundum illud psalmi pulcritudo agri
mecum est / descendit autem dominus in
capharnaum i. in mundum istum cum matre
et fratribus et discipulis / na intelligitur
dominus patrem habere secundum matrem / sed in terris
matrem secundum patrem / vnde signanter ma
trem solum nominauit / In celis etiam
fratres non habet / sed ipse est vnigenitus
qui est in sinu patris / propter primo /
Intelligitur autem discipulos quos docuerat
misteria diuinitatis / que ante hominibus non
fuerant nota / quia ut dicitur ad hebreos primo /
nouissime diebus istis locutus est nobis
in filio suo / vel capharnaum interpretatur
ager consolacionis / quia dominus con
solatur i. gaudet / per quod significatur bis
homo / qui fructum bonum facit Gen.
27 ecce odor filii mei sicut odor agri
plenus / Et talis homo dicitur ager con
solacionis / quia dominus consolatur i. gaudet
de profectu eius / ysaie 62 / Gaudebit
super te dominus / et quia de eo bono
angeli gaudent / habetur xv^o Gau
dium est angelis super vno peccatore
Societas autem ei fuit / primo matris /
vnde dicit / Et mater eius / tota enim ad
imperium veniat / et fuit in raro
... / reducebat eam dominus in na
zareth / que erat villa in galilea / in
qua capharnaum metropolis erat /
Secundo fuit fratrum societas / vnde dicit /
Et fratres eius / vbi tamen fuit duo
errores / s. Eluidii dicentis quod beata vir
go post christum alios filios habuit / et hos
dicit fratres domini / quod est hereticum /
quia fides vera tenet / quod mater
christi / sicut fuit ante partum / ita et in
partu / et pq partum virgo permansit /

Item error quorundam dicencium Joseph ex alia coniuge filios genuisse, et hos vocari fratres domini. Quod ecclesia non tenet, et eciam Jeronimus reprehendebat; nam dominus in cruce pendens virginem matrem virgini discipulo custodiendam commisit. Ideo ergo Joseph fuit specialis custos virginis, et eciam salvatoris in puericia, credibile est eum virginem fuisse. Et ideo sane intelligendum est quod fratres domini dicuntur consanguinei virginis matris in quocumque gradu, vel eciam Joseph, qui putabatur pater. Et hoc quidem secundum consuetudinem scripture que omnes consanguineos fratres appellat. Unde et Gen. xiii dicit Abraham ad Loth: Ne queso sit iurgium inter me et te, fratres enim sumus; cum tamen Loth esset nepos Abrahe. Et est notabile quod separatim dominus nominat fratres et discipulos, quia non omnes consanguinei erant eius discipuli. Unde et infra vii dicitur: Neque credebant in eum fratres eius. Fuerunt et tercio solum discipuli eius. Unde subdit: et discipuli eius. Sed ex hoc insurgit questio, qui fuerunt eius discipuli? Videtur enim secundum Matheum quod illi qui primi fuerunt ad Christum fuerunt Petrus et Andreas, Jacobus et Johannes. Sed hii vocati sunt a Christo post Johannis incarceracionem, ut Math. iiii°, non ergo videtur quod descenderint cum ipso in Capharnaum ut hic dicitur, cum hoc fuit ante Johannis incarceracionem. Sed ad hoc est duplex responsio. Una secundum Aug. in libro de consensu ewangelistarum, quod Matheus non servat ordinem hystorie, sed id quod pretermiserat recapitulans ea narrat post Johannis incarceracionem que ante facta sunt. Unde sic illa tempore consequenter. Mt. Dixit ambulans iuxta mare Galilee vidit duos fratres etc. non addens post hec sed in diebus illis. Alia responsio est secundum Crisostomum quod discipuli dicuntur in ewangelio non solum illi xii quos elegit dominus et apostolos vocavit ut habetur Mat. x, sed eciam omnes qui in eum credentes eum magistro ad ignotum doctorem credebant. Potuit ergo esse quod omnes illi xii nondum

eum secuti fuissent illo tempore, tamen aliqui alii qui sibi adheserunt eius discipuli vocantur. Vel secundum Aug. et Crisostomum cum dicitur et discipuli eius intelligitur fraternitas spiritualis, quia secundum preceptum salvatoris, Quicumque fecerit voluntatem patris mei ille meus mater et frater et soror est. Et subdit Aug. quod felix fuit Maria quia fecit voluntatem patris. Cuidam enim mulieri dicenti Christo Beatus venter qui te portavit etc. dixit Ludes magnificavit in virgine, quia fecit voluntatem patris, non quia caro genuit aut eam; Immo beati qui audiunt verbum dei, quasi dicat mater mea quam appellasti felicem inde felix est quia audivit et custodivit, non quia in illa verbum caro factum est et habitavit in ea, sed quia custodivit ipsum verbum dei per quod factum est quod in illa verbum caro factum est. Prima responsio videtur melior.

Moram autem non contraxit ibi, unde dicit Et manserunt ibi non multis diebus. Cuius racio potest esse, quia cives Capharnaum non exhibuerunt se devotos ad suscipiendam doctrinam Christi, quia erant valde corrupti superbia et invidia. Unde et Mat. xi dicitur quod eos obiurgabat, quia nec ad virtutes eius factis nec ad doctrinam eius penitenciam egerunt. Et tu Capharnaum numquid usque ad celos exaltaberis etc. Cum igitur in suis operibus tales fuissent, et tamen quamvis mali essent, descendit illuc ut deduceret matrem ad eius consolacionem et honorem ibidem aliquamdiu morabatur. Cuius vero racio hec statur quod aliqui in talibus sermonibus Christi non debuit immorari, sed pauca de multis ad eorum illuminacionem sufficerent propter intellectus eorum imbecillitatem. Unde apud tales paucis documentis immoratur Christus ut Orig. dicit, et infra xvi Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.

Et prope erat pascha Iudeorum et ascendit Jhesus Ierosolimam. Et invenit in templo vendentes oves et boves et columbas et nummularios sedentes. Et cum

fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque et boues et nummulariorum effudit es, et mensas subuertit, et hiis qui columbas vendebant dixit: auferte ista hinc, et nolite facere domum patris mei domum negociationis. Recordati sunt vero discipuli eius quia scriptum est: zelus domus tue comedit me. usque ibi. Respondent ergo iudei et dixerunt ei. et cetera. Sed primus erwantat potuit exarem. xpi descendit, hic potest eadem exarem ascensui. Et primo innuit occasionem ascensus, secundo manifestat locum quo ascendit, ibi: Et ascendit ihesus ierusalem. Occasio autem ascensus fuit pascha iudeorum quod imminebat, et ideo dicit: Et prope erat pascha iudeorum. Pro quo sciendum, quod lex exodi 23 precipiebat ter in anno omne masculinum presentari deo, scilicet in sollempnitate paschali, penthecostes et thabernaculorum, unum de festo penthecostes, et thabernaculorum suspendebatur, cum illis qui erant a remotis, non tamen de sollempnitate paschali. Cum ergo dominus venit, ut daret dilectionis exemplum, voluit legem quadam statum habuit observare, non enim venit legem soluere sed adimplere, mathei 5. Cum ergo pascha iudeorum immineret, xpus ascendit ierusalem volens legem adimplere. Et secundum magni et alcuinum, et xpus appropinquante pascha ierusalem ascendit, exemplum dedit quanta cura et studio diuinis subditi debeamus imperijs. Si enim ille qui erat dei filius in infirmitate nostre carnis apparens, decreta legis tam sedula implebat, sollempnitates legitimas in actis hominibus frequentando, quid nobis qui simus homines agendum sit, quanto studio et hec et alie festiuitates, et bonis operibus sint preueniende et digna reuerencia venerentur celebrande. Beda: fecit dominus in ut homines hilariter quantumus ad famulum hominibus et angelos imparat dominum, siquidem ipse legem quam dedit, ut nobis qui puri homines sumus, suadeat per sua quecumque deus iubet subdere. Notandum autem quod in ewangelio iohannis in tribus locis fit mencio de pascha. Sic hic, et infra 6°, ubi fecit miraculum de panibus, ubi dicitur: Erat autem proximum pascha dies festus iudeorum. Et infra xi°, ubi dicitur: ante diem festum pasche sciens ihesus quod venit hora, et cetera. Nota quod post miraculum de vino xpus peritauit duobus annis, et completum est a die baptismi usque ad pascha, nam hic quod fecit hic fuit prope pascha, ut dicitur in littera. Et preterea anno revoluto prope aliud pascha fecit miraculum de panibus, et tunc iohannes baptista fuit decollatus, secundum ita pascha, quia ut dicitur ibi 6, statim post decollationem iohannis, xpus secessit in desertum et ibi fecit miraculum de panibus, quod quidem miraculum factum fuit prope pascha, ut habetur infra 6°. Sed tamen festum decollationis iohannis celebratur eo die quo caput eius est inventum. Preterea in alio paschate passus est xpus. Secundum opinionem ergo illorum qui dicunt quod miraculum factum in nupcijs, et cetera, alia hic dicit, eodem anno, scilicet quo baptizatus est xpus, a baptismo xpi usque ad eius passionem fluxerunt duo anni et dimidius. Et eo secundum eos eciam dicit prope erat pascha, ut ostendat quod ante paucos dies fuerat baptizatus. Sed ecclesia tenet contrarium. Credimus enim quod eodem die quo dominus baptizatus est revoluto anno factum fuit miraculum de vino, et preterea revoluto anno prope pascha iohannes fuit decollatus, ita quod ab ipso paschate circa quod fuit iohannes decollatus fuit unus annus usque ad pascha in quo passus est xpus. Unde dicit aliud pascha a baptismo xpi usque ad miraculum de vino intermedium ce-

de quo nec evangelista fecit mencionem/
et sic sicut communia tenet, xpistus tribus
annis et dimidio predicavit. unde
Augustinus dicit, quod beatus iohannes ulti-
mus evangelista, suum evangelium scripsit
et ideo plenius et profundius
ea que a tribus evangelistis obmissa
fuerant describere curavit. Alii enim
ea tantum scripserunt, que a domino tantum uno
anno ante passionem eius gesta
sunt. incipientes a tempore quo Iohannes
Baptista missus est in carcerem/
Ergo diligentissime secundum evangelii
narracionem considerata, reperimus bis
dominum salvatorem ad paschalem
sollempnitatem celebrandam ierusalem
venisse. primo anno predicacionis
sue semel. quod iohannes hic scribit.
et ipso anno quo passurus erat.
anno/ ante quinque diebus ante pascha
sedens asino ierusalem intravit. utraque
tamen vice scribarum avariciam sacerdotumque
impietatem detestatus. qua in tem
plo exercebat/ eos in omnibus in
ibi negociacionibus eiecit/ Quamvis
re vera non sit ipsam esse lectionem
que apud matheum, et lucam legitur/
quamvis bis hoc miraculum in pascha ge
stum est primo in anno predicacionis/
qui est tercius ante passionem. et secundo
imminente iam hora passionis
hic esse. Sicut addit evangelista pascha
iudeorum/ non quod aliarum gentium vel
nacionum. dominicum, pascha celebraret/
Sed hic potest esse duplici de causa/
una quod intelligamus quod contingit aliquem
celebrare aliquod festum sancte et pure
dum deo celebraret. Cum vero nec
pure nec sancte celebrat. non deo/
sed sibi sollempnizant. ysaie primo
kalendas vestras et sollempnitates
vestras. odivit anima mea/ quasi dicat. Quoniam
vobis et non mihi celebratis non mihi
placent. Zacharias vii°/ Cum ieiunaretis
et plangeretis per annos septem in ie
iuniis meis etc. quasi dicat. non sed vobis
Quoniam ergo iam iudei depravati erant/
et eorum pascha indebite celebra
bant/ ut ubi extraneis. ideo
evangelista non dicit hic erat pascha
domini/ sed iudeorum. Vel hic dicit ad

dicam pre pascha, quia pascha iudeorum
erat figurale. utpote in ymolacione
agni figuraliter celebratum. sed pa
scha nostrum verum est. in quo recolimus pro
vera agni immaculati. Tercio vero
pascha nostrum ymolatus est xpistus
Ascensus autem xpisti fuit in ierusalem
et id evangelista dicit Et ascendit ihesus
ierusalem/ scilicet primo anno predicacionis sue
ut dictum est. quod et fecit alia
vice/ imminente tempore sue passionis/
quod narrat matheus. Ita sicque
ter dominus plura facta separatus est/
ubi de duplici illuminacione cecorum/
una Iohannis ix. et alia Iohannis xx. scilicet
eiecit bis eiecit vendentes et eme
ntes de templo. Ascendit vero ierusalem
interpretatur visio pacis, et sic eterna
beatitudine. in qua ascendit et suos
introduxit! Nec vacat a misterio/
quod in capharnaum descendit. et
postmodum ierusalem ascendit. nisi enim
primum descendisset non competisset
ei ascendere. quia ut dicit ephesios
xpistus qui descendit ipse est qui
et ascendit. Non autem facit mencionem
de diebus in ascensu in ierusalem. quia
dolorem ascensus est ex ascensu x
infra 30. Nemo ascendit in celum
nisi qui descendit de celo etc.
Et invenit Et ~~in templo~~ vend
in templo vendentes boves etc.
narrat evangelista/ factum iudeorum xpistum
moventes ad signum destruccionis proponendum
Circa quod tria facit/ primo mani
festat iudeorum vicium seu maliciam
transgressionem, seu transgredientium
terrorem. secundo animum xpisti commotum/
ibi Et cum fecisset, tercio subdit
discipulorum recordacionem ibi Recordati sunt
vero discipuli. Circa primum quod dicit
impediatur hic, que dei sunt. et ca
tempore mutatur sunt cetera vero
facta corrumpit primum est peccatum
avaricie unde dicit ysaie 56 pa
stores eorum nescierunt intelligenciam/
omnes in via sua declinaverunt, unus
quisque ad avariciam suam/ a primo usque
ad novissimum. Quod quidem ab antiquis
temporibus dominus liberius fecit quia sacerdo

veteris testamenti, qui instituti erant
ut vacaret omnis avaricie stude-
bant. preceptum enim erat in lege
quod certis sollempnitatibus ymolarent
aliqua animalia. Ad quod quidem
implendum preceptum de ipse venientes
ad templum secum alia ducebant.
Illi vero qui veniebant a remotis
non valebant alia de domibus
suis adducere. Unde ergo oblaciones
aliquorum cedebat in utilitatem sacer-
dotum, ne deessent alia venientibus
a remotis ad ymolandum et offeren-
dum, providerunt ipsi sacerdotes ut
alia in templo venderentur. Et con-
sueverat ea in templo vel in atrio
templi exponi ad vendendum.
Et hoc est quod dicit Et invenit [illegible]
dus in templo vendentes oves
et boves et columbas. Ubi primo
facit mencionem de duobus animalibus
terrestribus, que secundum legem domini
poterant in sacrificium offerri, scilicet
de ove et bove. Tercium vero ani-
mal terrestre quod offerebatur sub capra
continebatur in ove. Dicit etiam et tercium
animal in columba. Nam duo de
volatilibus offerebantur, scilicet
turtur et columba, que erat oblacio
pauperum. Et quia contingebat aliquos
aliquos ad templum venire qui
non aliud precium ducebat, nec
pecuniam unde emerent habebant,
Ideo sacerdotes alia malicie artem
adinvenerunt, ut scilicet in templo con-
stituerent nummularios et campsores
qui prestarent non habentibus pecuniam
mutuaret. Et licet usuram iudei non
acciperent, quia hoc erat in lege pro-
hibitum, loco tamen eius quedam colli-
bia vel parva munuscula et victualia
recipiebant, et hoc ipsa cedebat in uti-
litatem sacerdotum. Et hoc est quod sub-
dit Et nummularios sedentes scilicet in
templo, paratos ad pecunias mutu-
andum. Hic ergo vicium ex sacerdotum
avaricia procedebat, ut offerre vo-
lentibus in ea oblaciones non deessent.
Ideo dicit Jeremie vi A minori usque
ad maiorem omnes student avaricie

Collibia dicuntur minuscula munuscula prom vel fru-
ctus ut poma nuces et dicuntur a collibus quia
solent non alius placet quia post carmina fercula
fructus diligi

et a propheta usque ad sacerdotem omnes
faciunt dolum. Sed hic quantum ad misticum
tripliciter intelligi potest. Primo namque
per vendentes et ementes sunt illi
qui res ecclesiasticas et sacramenta vel
eis annexa vendunt vel emunt. Nam
bona ecclesiastica et spiritualia vel eis an-
nexa sunt per boves et oves
et columbas. Ipsa quidem concreata sunt
et confirmata ex doctrinis apostolorum
et doctorum, qui sunt per boves, proverbiorum
xiiii°. Ubi plurime sunt segetes
ibi manifesta est fortitudo bo-
vis. Et ex sanguine martirum, qui sunt per
oves, in persona quorum dicit propheta
Estimati sumus sicut oves occisionis.
Et ex donis spiritus sancti, qui sunt per co-
lumbas, quia ut dicitur supra primo ca-
pitulo, spiritus sanctus in specie columbe apparuit.
Unde ergo per doctrinam apostolorum,
sanguine martirum et dona spiritus sancti
vendit quicumque sacra bona ecclesiastica,
spiritualia vel eis annexa vendere
presumit, quod quicumque facit symoniace peccat.
Nam peccato simonie contingit ali-
quos prelatos seu prepositos ecclesiarum,
et si non manifeste per simoniam,
tamen occulte per negligentiam boves, oves
vel columbas vendere, scilicet qui in tan-
tum inhiant temporalibus lucris et in eis
occupantur quod negligunt spiritualem
salutem subditorum. Nam prelatus ven-
dit oves et boves et columbas
id est tria genera subditorum eius,
scilicet predicatores et operatores qui
sunt per boves, Ysaie 32 Beati qui
seminatis super omnes aquas, im-
mittentes pedem bovis et asini,
quia prelati debent ordinare boves
id est doctores et sapientes cum asinis
id est cum rudibus et simplicibus. Ven-
dit etiam activos et misticos vacan-
tes, qui designantur per oves, infra
x. Oves mee vocem meam audiunt
et sequuntur me ultro. Item quod oves sunt
quod fecerunt. Vendit etiam contemplativos
qui sunt per columbas,
psalmus: Quis michi dabit pennas sicut columbe
et volabo et requiescam, dicit hic.

30 quere templum vide infra

et Remigius dicunt / qui per boves qui terram arant intelliguntur predicatores verbi dei / qui aratro crucis vomere dimissa corda scindunt. sicut de Job primo boves arabant et asine pascebantur iuxta eos / quod gregorius exponit de predicatoribus et simplicibus populo qui pascuntur audiendo verbum domini / quia non in solo pane vivit homo / sed in omni verbo quod procedit de ore dei / Et certe ista venalia sunt / quia cum boves sanam doctrinam non sustinuerint / ad fabulas autem convertuntur / et querunt illos qui dicunt non que sunt vera / sed que sunt placentia / Sed vero inveniunt hec vendita non ex malicia et infidelitate sua / Et sic secundum Beda / Boves sunt predicatores / quibus arantur et seminantur terra domini / semen verbi dei / i corinthiorum ix non alligabis os bovis triturantis in area / Boves ergo vendunt qui non amore domino / sed questus intuitu verbum predicando audientibus impendunt / vel secundum augustinum qui scripturis fallunt populos / a quibus querunt honores / Sed quid sunt oves in quibus in mundo reperiuntur / nam earum lana muniti vestiuntur / earum lacte pauperes sitientes potantur / earum carnibus esurientes cibantur / ex earum visceribus corde fiunt pro cytharizantibus / unde tristes consolantur / earum pelles utiles sunt pro vestiendis nudis pedibus / et pro zonis quibus precingimur / unde et sanctus Johannes habebat zonam pellicearn circa lumbos suos / et secreta pro agere in pergamenis / secundum Beda et Remigium exprimuntur opera mundicie vel innocencie sanctitatis sive pietatis / que sunt vestito / poto cibo tectu do vestro toddo sive tubo / que per missionem habent vite future / nam operibus pietatis in hac vita edificantur eterna tabernacula / Sed venduntur / cum mercedem corporis laudis humane capiunt / unde cum dominus ait per ypocritis / amen dico vobis receperunt mercedem suam / Aves ergo vendunt qui gratiam laudis humane / pietatis opera sub humane laudis precio ponunt / Aut vero columbe sunt nisi gracia spiritus sancti / qui in specie columbe super Christum baptizatum descendit / vendunt secundum Beda / vendunt columbas qui accepta spiritus sancti gratia / non gratis ut preceptum est sed ad precium dant / qui in possessionem manum qua spiritus sanctus accipitur / si non ad questum pecunie / tamen ad vulgi favorem tribuunt / qui sacros ordines non ad vite meritum / sed ad graciam hominum largiuntur / vel secundum augustinum columbas vendunt / qui dicunt nos damus spiritum sanctum / Sedent in cathedris vendentes qui dicunt / apud nos est / a cathedra / apud nos sancta / apud nos fides catholica et salubris doctrina / precio hereticis maledictis mendacio pleni / et a Christi corpore / velut lepra pessimi / numularii / vero secundum Beda / illos exprimunt / qui non palliate celestibus / sed aperte terrenis deserviunt / in ecclesia dei / sua querentes non que Ihesu Christi / Primo ad corinthios iii / quia templum dei / quod intelligitur spiritualis anima / i corinthiorum iii templum dei sanctum est quod estis vos / Cum ergo vendit oves / et boves et columbas in templo / cum bestiales motus in anima erumpunt / per quibus eo vendit se diabolo / nam per boves qui deserviunt agricultuere sunt aliena dependencia / per oves quod est altera stolida sunt hominum simulacra / per columbam instabilitas quam dominus de cordibus hominum expellit / et contrarietati ponit dominus remedium / sed dicit et cum fecisset flagellum et cetera / vero dominus apposuit remedium / et operis et verbi / ut doceat eos qui curam habent et subditos facto et verbo debere corrigere / Et ergo circa hec duo facit / circa hec primo ponit remedium quod adhibuit facto / secundo remedium quod adhibuit verbo / ibi / et hiis qui vendebant columbas dixit et cetera / Circa primum tria facit / et boves primo eicit boves / secundo oves et boves / secundo effudit / pecuniam / eiciat quam boves flagello / Et hoc est quod dicitur

Tercio nesse subvertit et totum es effundit / quia tristis eius mundi et contemplacioni eius qui diligunt avellent eius / et de quibus inmensum tormentum nec suppeditari / sunt sic eveniet / pro suavi odore fetor pro zona funiculus / pro crispati crine calvicium / et quantum glorificavit se et in deliciis fuit / tantum dabitur eius de tormento / et eversio eorum finalis / sic assistit eiudem dicit et maledictus igne eterno secundum Beda / omne mysterium metuendum est / et fratres dilectissimi / et quam gaudendum est quod simus in baptismo templum dei facti / dicente apostolo templum dei sanctum quod estis vos / sic mirum metuendum quod ait si quis autem templum dei violaverit disperdet illum deus /

et Cum fecisset quasi flagellum de
funiculis omnes eiecit de templo
Affert flagellum de funiculis ad cor-
rectionem et non accepit gladium vel
fustem quia illa magis sunt ad
vindictam quam ad disciplinam De
ser qui illud faciebat eiecit de templo
de atrio templi fugerunt vel
propter terrorem vel propter persuasionem quia
forte non posset illos sed licuit
pecora vero pro nocendo expulit
vnde sequitur oues quoque et boues
Sed dicit ... Cum iudei essent multi
et fortiores xpistus autem vnicus et i-
nermis quod non insurrexerunt in eum
et occiderunt eum qui ita eos eiciebat
et res eorum ad hoc dicunt quidam
quod licet essent mali fuerunt tamen impro-
uise et ideo ut non defenderent cau-
sam et maliciam suam non occiderunt
se turbatos ne eum leserunt Alij
tamen dicunt et melius quod hoc non
potuit fieri nisi virtute diuina Na
Jeronimus dicit diuina potestas illud poterat
si volebat accensa hostium iracun-
diam suffocare et sedare mentium
turbines quia ut dicitur in psalmo
dominus dissipat cogitationes hominum etc
Et quedam glosa Jeronimi dicit quod igneum
aliquid atque sidereum in oculis
xpi radiabat et maiestas lucebat in facie
maiestas deitatis Et quod refulgen-
tia quando volebat erat delectabilis
quando nolebat erat terribilis hac
visus est ad deuotionem quando apostolos
primo vero attraxit hac visus est
ad terrorem quando venientes ad suam
comprehensionem primo vero prostrauit Et
magister in scolastica hystoria dicit
quod quidam fulgor radiosus egre-
diebatur ex oculis xpi quo territi
sacerdotes et leuite non poterant
ei resistere Augustinus etiam dicit quod prius
hystoria in nos maiorem potestatem pro-
tendit hiis que a xpisto miraculose
facta sunt immo constat hac hy-
storia maiorem denuntiare potentiam illo
in miraculo quo aqua in vinum conuersa
est quod illic in creatura subiacet na-
tura vero tot milium hominum domantur
ingenia Fecit autem flagellum de fu-
niculis quia ut dicit Augustinus

de peccatis nostris sumit materiam vnde
nos puniat Ipsa enim peccata peccatori
sicut quod peccata peccatis adduntur quedam
funicula dicuntur prouerbiorum 5o funibus peccatorum
suorum vnusquisque constringitur Et ysa-
ie 5o ve qui trahitis iniquitatem in
vanitatis in funiculis Ordinata ergo
fuit hic actus iustitie quia deus qua-
litati et quantitati criminis penam quam
meruit Ipsi enim peccatum peccato addiderunt
quasi funem ad funem colligarunt et prouerbiorum
5o iniquitates sue capiunt impium
etc Et quia peccatorum funibus erant
constricti ideo flagello de funiculo facto
verberantur a domino et de templo ei-
ciuntur Ad innuendum quod de templo
glorie erat eos eiecturus maxime autem
afflictum est auarorum quando non sola
eis auffertur materia lucri sed etiam
illud ex quo multa lucra poterant
dissipat et dispergit ideo dominus post
ablata lucri materia eciam es effudit
et subuertit mensas in quo totum lucri
spes consistebat Et est hic nota di-
gnum quod per ista que videbantur aliquo
licita quasi ad dei cultum ordinata
de templo eiecit qualiter magis si
aliqua illicita inuenisset Ideo autem
eos eicit quia sacerdotes in hoc
non intendebant honorem dei sed vti-
litatem propriam vnde dicitur Ezechielis 44
posuistis custodes obseruationum
mearum in sanctuario meo vobismet
ipsis Addit autem dominus tantum zelum
ad causam sui legis ut exhibere ipso
constitueret pontifices et sacerdotes
qui erant ei de lege calumpniam
illaturi Preterea etiam quod eiecit hos
de templo dedit intelligere quod appro-
pinquabat tempus quo sacrificia legis
cessare debebant et verum dei cultum
ad gentes transferri ait enim ... auffe-
retur a vobis regnum dei et dabitur
genti etc Ostendit etiam ut ostenderet
eorum dampnationem qui spiritualia
vendunt Actum primo Secunda ma-
nus textum impedimentum Contra eum
subdit Et hiis qui vendebant
columbas dixit etc ponit enim medium
ad hibendum verbo vbi nota quod in-

inonia / primo quod fugauit eos
de ecclesia / sed quia adhuc dum vi
uunt per liberum arbitrium possunt se con
uertere et adiuti a deo ad statum
gratie redire non sunt desperandi / Si
vero non conuertantur / tunc quod non fu
gauit / sed ligauit ab illis quibus
dicitur Math. 22 ligatis mani
bus et pedibus proicite eum / et hoc dicens
hic attendens primo quod amouet
secundo racionem amotionis indicat dicens
nolite facere domum patris mei et
mouet quod venditores columba
rum eos increpando / quia per eos signantur
illi qui vendunt dona spiritus sancti
secundum premonicionem Racionem hic indicat
cum dicit nolite facere domum patris
mei domum negociationis / Mt 21 ait
nolite facere domum meam speluncam
latronum / quod dominus non fecit ut sic
bonus medicus primo a leuioribus
inciperet / postea dura proponeret / Et
enim quod hic dicitur primo factum fuit /
unde in ipso primo non latrones sed
negociatores eos vocat / Et quia
ex corde dimissa adhuc a tali nego
ciatione non cessabant / hoc dominus alia
vice eos expellens / de quo agitur
Math. 21 durius eos increpat vo
cans latrocinium quod prius vocauerat
negociationem / Dicit autem domum patris
mei ad excludendum errorem mani
cheorum qui dicebant quod deus veteris
testamenti non fuit pater xpi sed deus
noui testamenti / Sed si sic verum fu
isset, cum templum esset domus dei
veteris testamenti non utique xpistus
dixisset templum domum patris sui
Sed quare non sunt turbati iudei
et ego qualiter Adam natus est a terra / Sic ergo in principio subiacebat elementum terra, totum vero opus plasmantis erat / ita et nunc subicitur elementum aqua, totum vero est spiritus gratie / Ex hoc debemus commendare baptismi necessitatem / quia nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei / Circa quod dupliciter oritur questio / Prima, si nullus intrat regnum dei nisi renascatur ex aqua / Antiqui autem patres non sunt renati ex aqua / quia non ~~[illegible]~~ baptizabantur, ergo non intrant in regnum dei / Alia questio, quia cum sit triplex baptismus, scilicet fluminis / flaminis / et sanguinis / et multi fuerint baptizati baptismo flaminis vel sanguinis, quos dicimus intrasse regnum dei statim / cum tamen non sunt renati aqua / videtur non esse verum quod hic dicitur: nisi quis renatus fuerit ex aqua etc. / Respondeo dicendum ad primam quod regeneracio ex aqua et spiritu sancto fit dupliciter, scilicet in veritate et in figura. Antiqui ergo patres licet non fuerint regenerati regeneracione vera / sunt tamen renati regeneracione figurali / quia semper habuerunt aliquod signum sensibile in quo vera regeneracio prefigurabatur. Et sic hoc renati ~~[illegible]~~ intraverunt regnum dei soluto precio / Ad secundum dicendum quod illi qui renascuntur baptismo sanguinis licet non habeant regeneracionem aque in actu / habent tamen in voto. Alias enim nec baptismus sanguinis aliquid valeret nec posset esse baptismus spiritus. Unde ergo quod homo intret regnum dei / oportet quod assit baptismus aque in re / sicut est in omnibus baptizatis, vel in voto sicut est in martiribus et catecuminis, vel in significacione sicut est in antiquis patribus. Unde glossa: Non necessitas impedit, voluntas sufficit / Cum enim vis et non potes / factum deus computat / Et sic Alexander de Ales in quarta parte summe: Hec duo baptismata, scilicet flaminis et sanguinis, sufficiunt ad salutem non contempto baptismate fluminis / sed cogente voluntate suppleret baptisma fluminis, si facultas se offerret / non autem sufficiunt isto baptismate contempto / Unde dicit Augustinus: potest quis salvari non precepto sacro baptismi / sed non potest salvari contempto / baptisma enim est necessarium ad salutem, quia deus illud instituit

sub precepto / sed quoniam que precepta sunt necessaria sunt ad salutem / ideo licet baptismus est ad salutem necessarius / tamen quoniam deus neminem obligat ad impossibile ex suo precepto, ut dicit Jeronimus / ideo licet sacramentum sit necessitatis / non quia sine eo non possit quis salvari, sed quia ad illud tenetur quando adest facultas, et deest impossibilitas et non contempnitur nec negligitur. ¶ Notandum etiam quod ex littera quod hic dicit salvator: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu [illegible] pelagianorum errores dixerunt quod pueri baptizantur quidem / non ut mundentur a peccatis / que nondum habent secundum eos, sed ut possint intrare regnum dei / sed hoc est falsum, quia secundum quod Augustinus dicit libro de unico baptismo parvulorum ¶ Iniquus est quod ymago dei sine causa subtrahatur a regno dei / nisi propter aliquod impedimentum quod esse non potest nisi peccatum / et ergo quod in pueris qui subtrahuntur a regno sit aliquod peccatum scilicet originale / ¶ Notandum insuper quod sacramentum Christus potius instituit in aqua quam in alio liquore vel elemento / propter proprietates aque / que huic sacramento magis congruunt ¶ Aqua enim habet vim mundificativam ¶ Unde secundum Hugonem ¶ In solo elemento aque sacramentum baptismi congruit institutionem / quia hec sola plenam habet et perfectam mundationem. ¶ Alii liquores omnes aqua purificantur / et per quid alio quolibet liquore tactu fuit / aqua abluitur ut emundetur / Cum igitur habeat vim mundificativam / congruit ut per contactum carnis Christi in aqua omnis immunda a suffusione peccati sint / conferretur racio mundificandi a sordibus culpe ¶ Item per naturam frigidi habet vim refrigerativam caloris ¶ Unde convenit ut per contactum carnis Christi in qua non erat concupiscentia peccati / adveniente spirituali virtute verbi refrigeraret carnem a concupiscentia peccati / ¶ Item racione dyaphaneitatis sive lucide [illegible] per ipsam suscipit lucem / et illud sibi quodammodo incorporat. ¶ Unde convenit ut per ipsam virtute divina deo agente infunderetur lux gratie ad animam / non quod sit gratia in baptismo sicut in subiecto / sed racione virtutis cuius ut ex virtute divina conferatur per gratiam vita spiritualis baptizato, sed digne suscipiat ¶ ~~Iste~~ proprietates ~~conveniunt baptismo qui habet~~

¶ Item racione proprietatis quod habet quia in corpore celesti habet vim vivificativam ¶ Unde convenit ut illa mediante anima vivificaretur vita spirituali ¶ Iste autem proprietates conveniunt baptismo qui habet virtutem mundandi sordes spirituales et reprimendi incentivum fomitis ¶ Et per ipsum infunditur lux gratie ad animam / et vivificatur ipsa anima vita spirituali per gratiam ut dictum est supra. ¶ Contra hoc quod dicit Quod natum est ex carne caro est probatur per rationem quia omnis renascitur ex aqua et spiritu sancto. / Et est ideo licet nunquam potest pervenire ad regnum dei / nisi spiritualis efficiatur, sed non potest aliquis effici spiritualis nisi per spiritum sanctum / ergo nunquam potest intrare regnum dei nisi sit renatus ex spiritu sancto. ¶ Et ergo Quod natum est ex carne caro est / id est ~~ex parte~~ carnalis nativitas secundum carnem tantum facit nasci in vita carnales. ¶ Contra ~~[illegible]~~ [illegible] ¶ Quod natum est ex spiritu id est ex virtute spiritus sancti spiritus est / id est spiritualis. ¶ Circa quod nota quod [illegible] ex quibus designat tam materialem ut cum dico ¶ Cultellus est ex ferro. ¶ Quam efficientem ut cum dico Domus est ex domificatore / ¶ Secundum hoc quod dicitur ¶ Quod est natum est ex carne id est debet intelligi sive effective et materialiter / ¶ Effective quidem / quia virtus que est in carne est effectiva generacionis / ¶ Materialiter vero quia aliquid carnale in aliquibus est materia generati / ¶ Sed ex spiritu non dicitur aliquid nasci materialiter / cum spiritus sit immutabilis ¶ Materia non sit subiectum transmutacionis, sed tamen dicitur effective. ¶ Secundum hoc ergo possumus accipere triplicem generacionem una que est ex carne materialiter et effective que est communis omnibus quantum ad statum carnalem habentibus / infra 16 [illegible] ¶ Alia est secundum spiritum effective / secundum quam regeneramur in filios dei per gratiam spiritus sancti et efficimur spirituales / ¶ Tercia est media scilicet que est ex carne materialiter solum / et ex spiritu sancto effective. ¶ Et hec est singularis Christi / quia materialiter est ex carne matris nata, et effective est ex spiritu sancto ¶ Mathei primo / ¶ Quod in ea natum est de spiritu sancto est / et ideo natus est sanctus ¶ Luce primo ¶ Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi / ¶ Ex quo patet quod regeneratio est spiritualis generacio quam carnalis /

generatio
regeneratio

Unde Aug(ustinus) in libro de meritis et remissione peccatorum et baptismo parvulorum dicit: illa facit filios carnis, hec filios spiritus; illa filios mortis, hec filios resurrectionis; illa filios seculi, hec filios dei; illa filios ire, hec misericordie; ac per hoc illa filios peccato originali obligatos, ista omnis peccati vinculo liberatos. Propter quod patet illos multum reprehensibiles esse qui propter spiritualem cognationem contractam contempnunt ipsius debitum et eos parvipendunt, propter quod est filiacionum et hereditatum dimpnabilis (?). Unde Aug(ustinus) dicit: propter hereditatem prius temporalem nascitur aliquis ex visceribus matris carnalis, sic propter hereditatem dei prius sempiternam nascitur aliquis ex visceribus ecclesie. Et secundum Cris(ostomum), id quod est matrix fetui carnali, hoc est aqua fideli; sic enim fetus in matre plasmatur et figuratur, ita fidelis in aqua plasmatur et configuratur. Ex quo patet quod congruenter hic etiam legitur in festo trinitatis, quia in eo dicitur de baptismo qui in nomine trinitatis confertur. Et etiam hic etiam quelibet persona trinitatis exprimitur. Nam persona filii cum qua loquitur; persona patris exprimitur cum dicit: Rabbi (?), quia a deo venisti magister. Persona spiritus sancti cum dicit: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. Exprimuntur etiam proprie condiciones (?). Et potentia patris cum dicit: nemo potest hec signa facere que tu facis nisi fuerit deus cum illo; nam signa facere est divine potencie. Persona vero filii exprimitur cum sapiencia cum dicitur: Rabbi, quia a deo venisti magister; ad magistrum enim spectat sapiencia docere. Persona autem spiritus sancti exprimitur cum sua bonitate cum ipsa subditur: spiritus ubi vult spirat. Non enim nostris meritis, sed ex sua gratuita bonitate se nobis infundit. Quamvis autem pater et filius et spiritus sanctus habeant eandem potenciam, sapienciam et bonitatem, tamen quia apud nos nomen patris propter antiquitatem importat impotenciam, ne simplices crederent hoc de patre celesti, attribuitur ei potencia. Item apud nos nomen filii propter iuventutem importat insipienciam; ideo ne de filio dei hoc crederetur, attribuitur ei sapiencia. Item spiritus apud nos importat quandam feritatem iuxta illud

[illegible]

Ysaie ii: Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius est. Ideo ne de spiritu sancto hoc crederetur, attribuitur ei bonitas. Et secundum Allexandrum, ubi super hoc multiplex racio assignatur quare forma baptismi instituta fuit in nomine trinitatis: una ex parte auctoris reparacionis humane. Quamvis enim per Christum facta sit humana reparacio tanquam per mediatorem, nichilominus facta est a trinitate tanquam ab auctore; unde enim et proprie debetur operacio auctori, non ita mediatori. Unde quia trinitati debetur forma reparacionis, prout causa et auctori, non Christo ut mediatori, congrue fuit assignata forma baptismi in nomine trinitatis, qua exprimitur a quo est virtus sacramenti, quam si esset assignata in nomine mediatoris. Dicit enim ipsa Christi nomine: Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, ubi glosa dicit: Aspice causam salutis nostre, scilicet dilectionem dei patris, ex quo omnis restitucio per filium in spiritu sancto. Ecce quod glosa confirmat quod hominis reparacio facta est per trinitatem. Ibi enim mundum vocat naturam hominis reparabilem. Alia racio sumitur ex parte credencium (?). Hec enim forma que est in nomine trinitatis expresse magis consonat unitati fidei. Si enim fieret baptismus in invocacione Christi, posset credi vel reparacionem esse a Christo, non a trinitate. Precipua autem causa introductionis legis evangelii fuit ut fides trinitatis manifestaretur. Ut enim dicitur: non veni legem solvere sed adimplere. Christus venit legem adimplere, quod secundum Aug(ustinum) hic (?) dampnum veteris et novi testamenti in Christo fuit manifestacio trinitatis. Unde non dixit se solvere legem aut prophetas sed adimplere; quasi non aliud constat quam perfectius addere. Aliud est autem addere perfectius, nisi cultum dei sub nomine trinitatis ordinare. Ex quo patet quod valde congruum fuit unitati fidei quod sacramenta et maxime initiativa exercentur sub forma exprimente trinitatem, ut sic in fide trinitatis fideles roborarentur. Tercia racio est ex parte baptizati, scilicet reparacio ad imaginem creatoris, que peccato deformata erat. Primus autem effectus baptismi est reparacio imaginis deformate. Quamvis enim plures effectus baptismi

sit regeneratio ~~filiorum~~ filiorum dei, et eciam
potest dici. Ad Titum 3o. Salvos nos
fecit per lavacrum regenerationis et renova-
tionis / que videtur esse opus proprium Christi /
intelligitur quia effectum producit reparatio
imaginis dei deformate / Licet autem
deformatio filiationem producit. Requiritur
ergo primo effectus baptismi a parte
secundo forma in qua exprimitur ipsa
trinitas, unde fides et confessio sancte
trinitatis, si eam devote teneamus,
valet nobis contra adversariorum impulsio-
nem, sicut Iohannes Damascenus refert. Cum apud
Constantinopolim gravis pestilencia esset /
puer quidam virgo de medio populi
raptus in celum / canticum sancte trinitatis
sancte deus, sancte fortis, sancte immortalis,
salvator miserere nobis / ab angelis
est edoctus / quod cum rediens coram
populo decantasset / mox omnis pestilen-
cia fugata est. Tercio ubi non miretur
etc. Supra dictum est, posuit racionem ad a-
missionem spiritualem generationem / hic ponit
tercium / ostendens / quod talis generatio est occul-
ta / datur autem intelligi quod Nicodemus
audito quod natum est ex spiritu / spiritus
est / turbationem quandam dubietatis
incurrit et ideo dominus dixit ei Non mire-
ris quia dixi tibi oportet vos nasci de-
nuo. Ubi sciendum quod duplex est admi-
ratio / una est devotionis, secundum quam
aliquis considerans magnalia dei re-
cognoscit ea / sed incomprehensibilia
esse, unde relinquitur ad admirationem laudis
secundum illud psalmi / mirabilis in altis dominus.
Et alibi mirabilia testimonia tua
domine / ad hanc sunt homines inducendi
non prohibendi. Alia est infidelitatis
dum aliquis ea que dicuntur non credens
admiratur, unde dicitur Galat. [illegible] quod mi-
rabantur quidam super doctrina Christi
et scriptum quod scandalizabantur in eo / Et
ab hac admiratione dominus Nicodemum
removet inducens exemplum cum dicit Spiritus
ubi vult spirat etc. Quod quidem [illegible]
duplex quantum ad literam potest
exponi. Primo secundum Crisostomum accipitur
spiritus pro vento, sicut in psalmo spiritus procellarum
que faciunt verbum eius / Et secundum hunc intellectum
sensus est talis. Sicut ventum nemo detinet
sed quo vult fertur / nullo impediente
spiritus sanctus / qua denuo nascimur / Ille ex

[illegible]

nature detineri non potest / Et secundum hoc
quatuor dicit de vento / Primo venti potesta-
tem cum dicat Spiritus ubi vult spirat
id est ventus quo vult flat / Et si dicitur
quod ventus non habet voluntatem. Dicendum
quod voluntas sumitur pro appetitu naturali
qui nichil aliud est quam naturalis inclinatio,
unde motus venti est naturalis eciam in
climate, de qua dicitur Job 28. Cum fac-
eret ventis pondus / Secundo ponit venti
indicium cum dicit Et vocem eius audis /
Et sumitur vox pro sono, que fit ventus
ex percussione ad aliquod corpus de
quo dicitur in psalmo vox tonitrui tui in
rota / Tercio ponit venti originem
que est occulta, unde dicit Et nescis unde
veniat id est ubi oriatur. Psalmus Qui producit
ventos de thesauris suis / Quarto ponit
venti finem qui similiter occultus est /
unde dicit Aut quo vadat sed nescis id est ubi
persistat / Et hanc quidem similitudinem
inducit ad propositum cum dicit Sic est
omnis qui natus est ex spiritu quasi diceret
Sicut ventus qui est corporeus, habet occultam
originem / nec sciri potest cuius processus
quo migraverit sic tu non potes perci-
pere processum regenerationis spiritualis / Sed con-
tra hanc exposicionem obicit Augustinus dicens / quod dominus
non intellexit de vento cum dixit
Spiritus ubi vult spirat etc. nam de quolibet
vento scimus unde veniat / aut quo va-
dat, nam auster venit a meridie et
vadit ad aquilonem. Boreas venit
econtrario ab aquilone et vadit ad meri-
diem. Quomodo ergo de spiritu corporeo dicit
dominus nescis unde veniat etc. Sed ad hoc
respondere potest / quod principium venti potest intendi
duobus modis in generali et hoc modo scitur unde
veniat id est a qua parte mundi / sicut scitur
quod auster venit a meridie et quo
vadat / quia ad aquilonem. Alio modo in speciali
et hoc modo nescitur unde veniat id est a qua
plaga determinate / Et tamen Crisostomus ad hanc
exposicionem sunt omnes fere alii doctores /
Alio exponitur de spiritu sancto secundum Augustinum
et Bedam. Et secundum hoc quatuor ponit
de spiritu sancto / Primo eius potestatem cum dicit
Spiritus ubi vult spirat / quia non inspirat
homines ex naturali necessitate, sed ex mera
libertate, et pro libero potestatis arbitrio inspirat,
ubi quando et quantum vult / corda hominum
illustrando / vocem [illegible] hic eius operat

vivus atque idem spiritus dividens singulis
prout vult. Ex quo confutatur error ma-
cedonii ponentis spiritum sanctum ministrum pa-
tris et filii. Non enim spiraret ubi ipse
vellet sed ubi ei mandaretur. Secundo pot-
est spiritus sancti iudicium aut dicit Et vocem
eius audis per hoc homo per voce eius au-
dientis. Sed contra hoc arguit Lira dicens
quod hoc non potest intelligi de spiritu sancto.
Dominus enim loquebatur in Nicodemo qui
adhuc erat infidelis, cui non competit
audire vocem spiritus sancti. Sed dicendum quod duplex
est vox spiritus sancti. Una qua loquitur intus in
corde hominis, et hanc audiunt solum
fideles et sancti, de qua dicitur in psalmo Au-
diam quid loquatur in me dominus deus etc.
Alia est vox qua spiritus sanctus loquitur
in scripturis vel per predicatores, secundum quod
dicitur Matth. x°. Non enim vos estis
qui loquimini sed spiritus etc. Hanc audiunt
etiam infideles et peccatores. Unde de hac
voce dicit Augustinus Sonat psalmus, sonat evan-
gelium, sonat sermo divinus, vox spiritus
est, per ipsum auditur vox psallentium,
psallentium, predicantium, exorantium. Unde
Gregorius in omelia pentecostes loquens
de spiritu dicit: Spiritus implevit puerum ci-
tharedum et psalmistam fecit; tetigit rusticum
armentarium et prophetam fecit etc. Et quid
oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus
postulat pro nobis etc. Tertio ponit sancti
spiritus originem que est occulta cum dicit
Sed nescis unde veniat, licet eius vocem
audias. Et hoc ideo quia venit a patre
et filio secundum illud Iohannis xv°. Cum venerit
paraclitus quem ego mittam vobis a patre
spiritum veritatis etc. Pater autem et filius
lucem habitat inaccessibilem quam nemo
hominum vidit umquam i Thimothei ultimo. Quarto
ponit spiritus sancti finem qui similiter occul-
tus est. Unde dicit aut quo vadat scilicet
nescis quia perducat ad occultum finem
scilicet ad beatitudinem eternam. Unde et dicitur pignus
hereditatis Ephes. p°. et i Cor. 2°. Nec
oculus vidit nec auris audivit nec
in cor hominis ascendit que preparavit deus
diligentibus se. Vel nescis unde veniat
id est quo hominem introeat cum ira est (?) vel
aut quo vadat id est ad quam perfectionem
illum perducat. Job 9. Si venerit ad
me non videbo eum et si abierit non
intelligam eum. Vel secundum Bedam super capitulo

Bon. xvno (?). Venit et vadit prout vult
et nemo scire potest unde veniat aut
quo vadat. At quod in baptismo sancta
spiritus salutis nescire licet. Et tamen unde
veniat vel quo vadat, id est paulo post
ignoratur. Cum enim sancti spiritus hec circa
nos dispensatorie vicissitudines vigi-
lantissime non observatur, fit ut nec ab-
sente desperaremus nec presente gloria-
remur. Quod enim requiritur si nescitur
abesse, timere qualiter digne propria
maiestate suscipietur, si nescitur
adesse. Ignorans igitur ignoras eius ad-
ventum, precavere sedulo. Et que non ob-
servat reditum est incerta visitacio-
nis illius. Facienda ergo est ergo ut vir
hoc quod dicit Beda, nescis unde veniat
quia unde potest sentiri per sermonem et temporem (?), nescis
unde venit aut unde recedit. Si nescis
unde veniat utrum scilicet ad retribuendum
in presenti bona que gessisti hominibus vel ad au-
genda munera. Nescis etiam quo vadat
utrum ~~longe~~ longe non rediturus vel
prope cito rediturus. Id est Bernardus dicit
et nunc cum accessit, nunc cum abierit.
De hoc vide Gregorium ix moralium c. primo
super illo Job 9. Si venerit ad me non
videbo eum etc. Dicit autem de spiritu [illegible] appella-
tum spiritum quantum ad carnalia appellat
homo. Spiritus enim spirituales homines appellat.
Et hoc est quod dicit Sic est omnis qui
natus est ex spiritu, scilicet spiritualis non per ori-
ginem sed per conformitatem, quia per naturam
ex corde et cetera ut ille [illegible] spiritus
nec [illegible] quia sicut supra dixerat
Quod natum est ex spiritu spiritus est. Et
in vita spirituali sunt proprietates spiritus sancti
sicut in carbone succenso sunt proprietates
ignis. Sunt autem in eo qui natus
est ex spiritu predicte quatuor proprietates
spiritus. Primo habet libertatem
i Cor. 3°. Ubi spiritus domini ibi libertas,
quia spiritus domini ducit ad id quod
rectum est. Psalmus Spiritus tuus bonus de-
ducet me in terram rectam. Et liberat
a servitute legis et peccati Rom. viii.
Lex spiritus vite liberat me. Secundo cuius
indicium per vocem vocis [illegible], quia
dum audis cognoscis eius spiritualitatem,
quia ut Matth. xii°. Ex habundantia
cordis os loquitur. Tertio non habet

Augustinus super Iohannem ... [illegible] ... super illud Iob ... et vias [illegible] investigabiles ... quia de ipso in celo ... spiritus sapientie ... [illegible] ... investigat ... in corde ... [illegible] ... quibus per omnia [illegible] infundit quibus ... ad ... quibus [illegible]

quamque occultam et finem, quia neque potest spiritualem iudicare. i Corinthiorum 2o spiritualis omnia diiudicat, et ipse a nemine iudicatur. Et pro nescis unde veniat, scilicet principium spiritualis nativitatis eius, que est gratia baptismalis, aut quo vadat, id est quo dignus efficitur, scilicet vita eterna, que adhuc occulta est. Vel aliter: Gregorius libro 27 moralium super illud: Vocem eius audis. Est enim per vim compunctionis intime in amorem invisibilis conditoris assurgere, et nescit unde veniat, quia per ora predicantium quibus ad nos sermonibus infundatur nescis, et nescit quo vadat, quia cum una predicatione multi audiunt, intelligi procul dubio non potest quem deserens abiciat, et cuius ingrediens in corde requiescat. Una quippe res foris agitur, sed non per hec unius intuentis corda penetrat, quia qui invisibiliter visibilia modificat per hunc ... cordium ... incomprehensibiliter plantat. Unde est quod suscitato Lazaro multi crediderunt, sed tamen non ... plurimi ad persecutionis zelum excitat ipsa resuscitationis miraculum. Unum ergo idemque miraculum, quod aliis lumen fidei prebuit, alios per invidie tenebras a lumine mentis excecavit. Sic est quod utrique latro et causa et pro suis mortibus plenam mortem redemptoris videt, sed causa ... alter ... lacessere non timuit; ... alter honoravit, atque in una re par ... cognitio non fuit, quia hec utraque arbiter invisibiliter nos ... dispensando discrevit, sed occulte ... modi, quia comprehendi ... cognitione nequeunt ... diverse ... respicit ... Respondit Nicodemus et dixit ei: Quomodo possunt hec fieri? Respondit Iesus et dixit ei: Tu es magister in Israel, et hec ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur, et testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis, quomodo si dixero vobis celestia credetis?

Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo, filius hominis qui est in celo. Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam eternam. Usque ibi: Sic enim deus dilexit mundum. Hic ponitur tertia et ultima spiritualis regenerationis. Et primo ponitur interrogatio Nicodemi. Secundo sequitur responsio domini ibi: Respondit Iesus et dixit ei: Tu es etc. Apparet autem ex primo, quod Nicodemus adhuc rudis erat, et ... mystica ... per gratiam et per rationem proposita non potuit intelligere. Et ideo quesivit dicens: Quomodo possunt hec fieri? Quia enim consuetudo est quasi altera natura, ut dicit Petrus in libro de memoria et reminiscentia. Et ideo quia iste Nicodemus erat assuetus legi mosayce, que promittit carnalia, non poterat capere spiritualia, ut intellectum levaret ad ea, ex quo patet quod assueti vitiis, etiam si sunt horrenda aut magna, difficulter resurgunt. Unde secundum Augustinum ... consuetudine, dura est pugna. Et ut idem ait in Enchiridio: peccata quamvis magna et horrenda, cum in consuetudinem venerint, aut parva aut nulla esse creduntur, usque adeo ut non solum occultanda, sed predicanda videantur. Et Beda libro 20 de templo Salomonis narrat de Allexandro, quod quia puerulus a consiliis pravi pedagogi imbutus erat vitiis, ipsius carere non potuit, ut in ... adolescens cum iuxta viam pravam gradiens, cum senuit non recedet ab ea. Propter quod Nicodemus quesivit ultra predicta: Quomodo possunt hec fieri? Sed aut aliquis inquirit quamvis ex diffidentia, sicut Zacharias Luce primo: Unde sciam hoc? Ego enim senex sum et uxor mea processit in diebus suis, ysaac ... Quam dat ... peccatorum ... quasi non possunt eius etc. Aliquis vero ex studio addiscendi, sicut beata virgo, cum dixit angelo: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. Et talis inquirit quia ergo Nicodemus querit ex studio addiscendi, ideo meruit instrui. Et hoc est quod sequitur: Respondit Iesus et dixit ei.

Tu es magister. Ubi primo dominus arguit eius
tarditatem, secundo respondet ad eius questionem
ibi: Et nemo ascendit in celum etc.
Tarditatem autem eius arguit ex tribus.
Primo ex conditione persone eius cui loquitur,
cum dicit: Tu es magister in Israel et hec igno-
ras, quasi dicat: quia doctor es in
lege, debuisti talia cognoscere, quia
dixi vobis. Etiam debuisti acquiescere,
quia ablutiones in purificationem quasi
legales debuisti per ablutionem exteriorem
divinam intelligere ablutionem. Non putemus
tamen, secundum Augustinum, [illegible] dominum huic magistro
indecore insultare voluisse; noverat
dominus quid agebat. Voluit enim illum
nasci de spiritu. Nemo autem ex spiritu na-
scitur nisi humilis fuerit, quia spiritualitas
facit nos nasci de spiritu. Ille autem
magisterio inflatus erat, et alicuius mo-
menti sibi videbatur, quia doctor erat
iudeorum. Deponit ergo deus eius su-
perbiam, ut posset nasci de spiritu. Insul-
tat tanquam indocto, non quia superior
vult videri deus. Ad magnum deus
ad hominem, veritas ad mendacium, maior
Christus quam Nicodemus. Dicat [illegible]
[illegible] dicatur maior Christus quam angeli [illegible]
[illegible] erat, incomparabiliter enim maior
creator omni creatura. Exagitat
superbiam hominis dicens: Tu es magister in Israel
et hec ignoras, tanquam diceret: Ecce
nichil nostri principes superbi, nascere
ex spiritu. Si enim natus fueris ex spiritu, vias
dei tenebis et humilitatem Christi sequeris.
Sic enim altus est super omnes angelos,
quia cum in forma dei esset, non ra-
pinam arbitratus est esse equalis deo,
sed semetipsum exinanivit, formam servi
accipiens, in similitudinem hominum factus,
et habitu inventus ut homo. Humiliavit
semetipsum factus obediens usque ad mor-
tem. Et ne genus mortis displiceat,
mortem autem crucis. Pendebat et insul-
tabant ei: De cruce descende potuit,
sed differebat ut de sepulcro resur-
geret. Pertulit superbos suos dominus,
medicus egrotos. Si hec ille, quid
illi quos oportet nasci ex spiritu? Tollatur
homini cervix erecta et dura, ut sit
levis ad portandum iugum Christi, de quo
dicit ipse Matheus XI: Iugum meum suave est
et onus meum leve. Hec ille. Non ergo
reprehendit eum dominus quasi superior vel
velit videri, sed quia assidebat adhuc
de magisterio suo. Secundo ex [illegible]

voluit cum humiliando facere. Et tamen cum
spiritus sancti, Ysaie ultimo: Ad quem respiciam
nisi ad humilem et pauperem spiritu et tre-
mentem sermones meos? Et dicit Tu es
magister, quia si quis simplex non potest
aliqua profunda capere, tolerabile
est. Sed hoc in magistro valde est
reprehensibile. Et ideo dicit ei: Tu es ma-
gister litterarum, quod sonat [illegible] in Israel
et hec, scilicet spiritualia, ignoras. Hebreorum
etiam tunc debetis esse magistri propter tempus,
rursum indigetis ut doceamini que sint
elementa exordii sermonum dei. Sed dicens
dominus iuste arguit Nicodemum, quia dixisset
ei de veteri lege et non intellexisset,
sed dixit ei de nova lege. Dominus
quia in veteri lege continebat baptismus
figuraliter, sicut dicit apostolus I Corinthiorum decimo:
Omnes in Moyse baptizati sunt in nube
et in mari, quia in utroque sunt baptismi
figuratius. Doctores autem legis debe-
bant per figuras eius, licet ad hoc
non tenetur vulgus. Helyseus enim
ferrum de aqua eduxit, et Naaman
rubrum [illegible] et Naaman Syrus in
Iordane purgatus est. Hec omnia na-
tivitatem spiritualem figurabant et prefigurabant.
Prophete etiam hec dixerunt, Ezechielis 36:
Effundam super vos aquam mundam et
mundabimini ab omnibus inquinamentis
vestris. Et Zacharie 13: In illa die erit
fons patens domui David et habitanti-
bus Ierusalem in ablutionem peccatoris et men-
struate. Tertio arguit eius tarditatem
ex conditione dicentis. Si enim non acqui-
escat dictis seu testimonio alicuius homi-
nis simplicis et rudis tolerari potest, sed repre-
hensibile dictis seu testimonio hominis magni
et magne auctoritatis reprehensibile est. Christus
enim dicebat ea que erant et sciebat, et
ideo ei debebat acquiescere et maxime
quia eius doctrina confirmata fuerat. Ad hoc
data est. Et ideo dicit: Amen amen dico tibi quia
quod scimus loquimur et quod vidimus testamur
et testimonium nostrum non accipitis. Requiritur
enim ad ydoneitatem testis ut sit presens.
Debeat testimonium de visu vel auditu, Iohannis
primo: Quod vidimus et audivimus
de verbo vite, hec annunciamus vobis. Et ideo
dominus utrumque dicit: Quod scimus loquimur et quod
vidimus testamur. Scit autem dominus omnia
sicut qui hoc [illegible] ultio. Hoc fit omnia
nostra. Et Matheo [illegible] domine qui [illegible]
patrem [illegible] et videt omnia [illegible]
divinitatis [illegible] Ego quod vidi

apud patrem etc. / Christus enim secundum divinitatem
habet eandem scientiam cum patre. / In humana
vero natura cognoscit omnia que cogno-
scit deus nostra visione. / Ea enim
que audita legit, omnia in deitate
/ ideo dicit quod scimus loquimur et quod vidimus
testamur. / Secundum Crisostomum apud nos visus
aliis sensibus certior est. / Et ideo si vo-
lumus aliquem facere credere, ita dicimus
quod oculis nostris vidimus. / Christus ergo dicens
quod vidimus, non intendit inducere
visum corporalem, / quasi hic videatur
visu corporis, / sed per visum dat nobis
intelligere puram cognitionem certissimam
/ hic enim quod novit et quod annunciavit non
nisi cognitionem divinitatis. / Sed quereret
aliquis quare Christus dixit in plurali quod
scimus et vidimus, cum ipse solus loque-
retur. / Ad hoc dicendum quod hic dictum est ad
ostendendam patris et filii et spiritus sancti unitatem. Unde Hila-
rius: unum tamen dei filius erat / qui loque-
batur hic / ostendens qualiter pater est in
filio, et filius in patre, et spiritus sanctus ab
utroque indivisibiliter procedat. / Infra
xiiii^o: pater in me manens ipse facit
opera. / Vel quod scimus ego et alii spiritu-
ales effecti, / et qui in meo spiritu sunt
renati. / Quia ut dicitur Matthei xi: neque novit
patrem nisi filius / aut cui voluerit
filius revelare, utrumque cognoscit.
Et tamen testimonium ita probatum, ita firmum
non accipitis. / Infra eodem: et testimonium
eius nemo accipit, / quia pauci
in comparatione crediderunt Christo.
Tercio arguit eum et eorum tarditatem
de conditione materie, de qua erat sermo,
que facilius erat ad intelligendum respectu
emanationis verbi a patre et spiritus sancti
ab utroque. / Si enim aliqua difficilia
non capiantur ab aliquo, non est
mirum, / sed quod facilia quis non capit
reprehensibilis est. / Et ideo dicit: Si terrena
dixi vobis et non creditis, quomodo si dixero
vobis celestia credetis? quasi diceret
si hec que sunt terrena non capitis, quomodo
capere poteritis secreta spiritus sancti? Sapientie
ix: que autem in celis sunt quis investiga-
bit? / ... non inveniuntur exprimitur
quod dictus Nicodemo dixit aliqua terre-
na. Videtur secundum Crisostomum hic quod dicit de
quo / Si terrena dixi vobis etc. / intelligere
de exemplo venti, cum dixit spiritus ubi vult
spirat. / Ventus enim cum sit quasi corpus
et corporibus / numeratur inter res terrenas / et tamen

generatus est. Si natam terram (?) filius spiritus est
vobis similitudinem, / quanto magis si dixero
vobis celestia magis. Erunt similia
vel per dictum secundum eundem spiritualis
regeneratio, que est in baptismo, celestis
quidem est quantum ad principium, quod sanctificat
et regenerat, / sed terrena quantum ad
subiectum quod regeneratur. Sed hoc terrenus
vel dicitur secundum Augustinum, / quod hic intelligitur
de eo quod supra dixerat: Solvite tem-
plum hoc etc. / Quod ideo terrenum est, / quia hoc
dixerat de templo corporis sui resu-
scitando, / quod in terra acceperat. Corpus
enim suum de terra acceperat, / et ideo terram
de terreno corpore susceptam probabat sus-
citare, / non ei creditum est. Terram resu-
scitatio, / ideo dixit: Si terrena dixi vo-
bis et non creditis, quomodo si etc. Hic est: si
non creditis quia templum possum susci-
tare destructum a vobis, / quomodo credetis
quod per spiritum possit homines regenerari? Vel sic:
Si non creditis generationem spiritualem temporalem
quomodo credetis eternam filii dei generationem? /
Vel sic: non creditis que dico de potestate
corporis mei, / quomodo credetis de potestate di-
vinitatis mee et de potestate spiritus sancti?
Et secundum Crisostomum non dixit non intelligitis
sed creditis, nam cum ad aliqua per in-
tellectum suscipere nollet, amente vel stul-
ticie imputatur, / cum autem hic non sus-
cipit aliquis, / quod solum fide orat
suscipere, / non amentie sed infidelitatis
est accusatio. / Quomodo in celestia si di-
xero celestia credetis? / Audiunt enim
pueri ad manus, unde apostolus i Corinthiorum iii:
tamquam parvulis in Christo lac dedi
vobis potum, non escam. / Si ergo lac
non suscipiunt, / quomodo escam suscipere pos-
sunt? / Ecclesia autem vocat hic Christus
emanationem personarum in divinis, que
nimis est ardua / et difficulter in-
telligi potest. / Unde dicit Augustinus ad hoc in libro
sermonum xxv^o: Veri quidem de unitate
trinitatis ubi magna / adhibenda est
cautela, / quia nec periculosius alicubi
erratur, nec laboriosius queritur, nec fructuo-
sius invenitur. / Hic Hylarius libro primo
de trinitate. / Et non tam venia quam premium
quod credas ignorare, / quia
maximum stipendium fidei est / sperare
quod nescias. / Et ut ait Richardus
de sancto Victore primo / alii adorent sicut am-
morem, / et subdit: contingit sepe
salvari eos qui sicut morem et piete

not

eos qui sunt maiores. Magnitudo namque scientie fomes est superbie, et corpori est causa ruine. Felices sunt quibus scientia est scala ascensionis, non ruina deiectionis. Felices quibus scientia illa que inflat non est ad inflationem, sed ad inflammationem. Ex quibus omnibus patet quod regeneratio est necessaria et spiritualis et occulta, et quod nunquam eam potest intelligere nisi recedat a parte visionis, nisi recedentibus, non intelligentibus. Consequenter dicit Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit. Hic redit ad questionem. Et primo ponit causas spiritualis regenerationis. Secundo manifestat ea que dixit ibi Sic enim deus dilexit mundum. Hic. Causa autem spiritualis regenerationis est duplex, scilicet misterium incarnationis Christi et eius passio. Et ideo primo agit de incarnatione, secundo de passione ibi Et sicut Moyses hic. Est autem primo questio unde quod ista incarnatio Christi satisfaciat questioni Nicodemi. Dixerat enim dominus supra de spiritu loquens: Et nescis unde veniat et quo vadat. Per quod dabatur intelligi quod spiritualis generatio habet occultum principium et occultum finem. Occulta autem nobis sunt que in celis sunt secundum illud Sap. 9: Que in celis sunt quis investigabit. Questio ergo Nicodemi quomodo possunt hec fieri sic debet intelligi: quomodo possit occultum aliquid de occulto celorum venire aut ad occultum celorum ire. Unde dominus aliqua questioni satisfaceret quod mysterium ascensionis explicat dicens Quod si dixi vobis terrena et non creditis, et statim incipit ostendere quod sit possibile in celum ascendere, quia ex quo de celo descendit secundum illud Eph. 4: Qui descendit ipse est qui et ascendit. Hic enim et in rebus naturalibus invenitur quod unumquodque corpus tendit in locum sue proprie originis vel nature. Unde hoc modo potest fieri ut aliquis vadat per spiritum ad locum quod carnales nesciunt, ut ascendere in celum. Sed hoc fiat per virtutem eius qui descendit de celo, qui ad hoc descendit ut ascendens nobis viam aperiret. Michee 2: Ascendit iter pandens ante eos. Sed quia dicit quod descendit de celo filius hominis, quidam errando inciderunt errorem. Cum enim filius hominis

designet humanam naturam que componitur ex anima et corpore, propter hoc quod dicit quod filius hominis descendit de celo Valentinus accipere voluit quod Christus corpus de celo attulisset et transisset per virginem nichil ex ea accipiens, sicut aqua per fistulam, quod est contra apostolum Roma. primo: Qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Est etiam hoc contra evangelium, quia hoc modo Christus non esset filius virginis. Et in simbolo dicitur: ex Maria virgine et homo factus est. Item Christus non esset homo, quia corpus celeste non potest informari ab anima, cum sit forma corporis phisici organici, quod non potest competere corpori celesti. Origenes vero dixit quod descendit de celo secundum animam quam dicit ab initio fuisse creatam cum angelis et vero unitam, et per quendam modum de celo descendisse assumendo carnem de virgine. Et hoc repugnat catholice fidei que dicit animas ante corpora non extitisse, sed in corpore infundi et creari. Non ergo intelligendum est quod filius hominis secundum humanam naturam de celo descenderit, sed secundum divinam. Cum enim in Christo sit unum suppositum, ypostasis vel persona duarum naturarum, divine scilicet et humane, ex quo Christum cuius hoc suppositum nominet potest ei attribui et divina et humana. Possumus enim intelligere dicere quod filius hominis creavit stellas et quod filius dei crucifixus est. Sed filius dei crucifixus est non secundum divinam naturam sed secundum humanam, filius autem hominis creavit stellas secundum divinam naturam, ita ut in hiis que de Christo dicuntur non sit attendenda distinctio quantum ad eum de quo dicitur, quia idem est et divina et humana dicitur de deo homine, sed ut fiat distinctio quantum ad id secundum quod dicitur, quia divina dicuntur de Christo secundum divinam naturam, humana vero secundum humanam. Descendere ergo de celo dicitur de filio hominis non secundum humanam naturam sed secundum divinam, secundum quam convenit ei ante incarnationem in celo fuisse secundum illud Psalmi: Celum celi domino. Dicit autem descendisse non motu locali, quia sic non remaneret in celo. Intelligitur non localiter motu manet unde descendit. Et ideo ad excludendum motum localem subdit Qui est in celo, quod descendit de celo quod tamen est in celo.

descendit enim de celo, non quidem descen-
dens esse per se, sed appropinquans nam
que est de corpore, a qua quia non in-
cluditur vel comprehenditur, corpore eius
existente in terra, ipse secundum divinitatem existens
in celis, et visibiliter in terra apparuit
secundum novum effectum. Et ideo ad designan-
dum ipsum hic non dicitur descendisse, quia
assumpsit naturam humanam. Dixit quod
descendit filius hominis, quamquam
est factus filius hominis. Vel dicendum quod
Christus descendit secundum divinam natura(m)
utique et potest intelligi quod descenderit
etiam secundum humanam. Item ad cuius
evidentiam notandum quod iste descensus
de celo secundum Hilarium designat ori-
ginalem causam conceptionis Christi,
quod quidem fuit de celo et non de terra.
Unde Hilarius: Christus de celo descendit
concepte originis de spiritu causa est.
Non enim corpori originem Maria dedit
[illegible] dei. Ergo secundum primum Hilarium
caro vera de celo non descendit
qua formatur natura. Corpus autem Christi
de celo descendit, non quia illud
corpus Christus de celo detulit, sicut
dixerunt quidam heretici, sed quia virtus
formativa eius de celo fuit. Vel quod
est quod dicit: nemo ascendit in celum nisi
filius hominis? Nonne Petrus et Paulus
et alii sancti ascendunt secundum illud 2 Cor. 5:
domum habemus non manu factam
in celis? Dico dicendum quod nemo ascendit
in celum nisi Christus et membra eius,
hoc est omnes fideles. Propter hoc enim filius
dei de celo descendit ut nos fa-
ciendo membra sua ad ascensum ce-
lorum prepararet. Nunc quidem in spe
tantum, vel in re. Ephesios 2: cum resu-
scitavit nos, et consedere fecit in celestibus.
Causa enim principalis efficiens huius
spiritualis est misterium incarnationis
qua dei filius univit sibi naturam
humanam in uterum descendendo. Et
quia per generationem spiritualem homines efficiuntur
eius membra et ipsi uniuntur et per ipsum
ad celestia trahuntur virtute
incarnationis, quia homines non ascen-
dunt illuc nisi in quantum efficiuntur mem-
bra eius verbi incarnati, recte dixit
nemo ascendit in celum etc. Sic ergo

ista clausula declarat principium regenerationis re-
alitatem ut patet sensus: nemo ascendit
vel nemo facit ascendere in celum ubi est
perfecta regeneratio non solum a culpa sed
ab omni pena et corruptela et nativitatis
spiritualis, nisi ille qui per incarnationem
descendit de celo, et per incarnationem
est causa regenerationis. Secundo hec clausula
declarat in Christo naturarum dualitatem et
persone unitatem. Et hic sensus est
quod ille filius hominis qui descendit de
celo quantum ad corpus sicut dictum est,
non secundum materiam corporis sed secundum virtutem
formativam, quia formatum est virtute
spiritus sancti, quia conceptus est de spiritu sancto,
et etiam secundum divina, non quidem mutando
locum sed faciendo novum effectum, quod
in humanitate apparuit in terris et inter homines
conversatus est, ipse idem ascendit in
celum, suscipiendo ibi humanitatem et lo-
cando super omnes celos et divinitatem
in novo effectu ostendens ipsis aliis
et visus videntibus in corpore immortali
et glorificato, conformitate in incorruptione
divinitati et in immortalitate et dura-
tione perpetuitatis. Tertio hec clausula
declarat corporis mistici perfectissimam
unitatem, de qua multa loquitur Augustinus.
Ita dicit: si divina substantia longe distans
potuit propter nos ita suscipere natura(m)
humanam ut in ea fieret persona, quanto
credibilius alii sancti fiunt cum homine Christo
unus Christus. Sic autem secundum Augustinum sancti
cum Christo fiunt unus Christus, tunc sensus est
hic: quod ipse unus Christus qui descendit
ipse quicumque ascendit in membris
suis, ita quod ex verbis istis ostenditur per-
fectas spiritualis regenerationis que dicitur
per clavem ista. Dicit sit regeneratio spiritualis
ut fiant celestes homines ex terrenis,
quod adipisci non potest nisi mem-
bra nostra efficiantur ut ipse qui descendit
propter nos, et qui in nobis in celum ascendit.
Vel aliter secundum Theotecum in sermone
de annunciatione qui incipit: Neque ascendit
unquam homo unquam quantumcumque sit sanctus
etiam ab utero sanctificatus, ascendit in celum
id est in sublimitatem divinitatis ut esset deus
nisi ille qui de celo descendit, id est de
celsitudine deitatis ut esset homo filius
hominis qui est in celo manens deus.

Nemo ascendit in celum [illegible] hypostasis, scilicet ascendit, descendit et est in celo. Ascendit quantum ad humanam naturam, descendit non secundum divine relationis ad hunc, ut habet [illegible] divina, etc. non potest tamen utrumque ad unam naturam, sed ad unam hypostasim.

no enim descendit de celo ut non remaneret in celo / quia non sic factus est homo ut desineret esse deus / sed simul in vnum duest 7 panp / deus 7 homo ante secula genitus homo de homine in seculo natus / Deinde tu dicis Et sicut moyses et ponit misterium passionis / cum virtute baptismi efficacia habet Roma sexto quicumque baptizati estis in morte ipsius baptizati estis / Et circa hoc tria facit / primo ponit passionis figuram pro passionis modo / ibi Sic exaltari oportet / Tercio passionis fructum / ibi ut omnis qui credit in ipsum et figuram quidem assumit de veteri lege ut induceret nicodemum ad intellectum spiritualem legis / vnde Beda Ipsius magistrum legis mosayce ad spiritualem sensum eiusdem legis inducit recordans veteris hystorie / et edisserens hanc esse figuram sue passionis / et nostre saluacionis / vnde dicit Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto / ad quod habetur Numeri xxi quod dum populo iudeorum dei murmurat contra ipsum verbo et homo blasphemo / immisit serpentes / et postquam moyses et ipso clamante ad dominum / mandauit deus in remedium fieri serpentem eneum quod quidem fuit in remedium contra illos serpentes / et in figura passionis domini / vnde et ibi dicitur in signum / Et valde que hec figura adducitur a christo / quia serpens eneus designat christi veritatem in puritatem / stabilitatem et immortalitatem / primo dicit Augustinus similitudo serpentis figura quidem habuit bestie / sed tamen venenum non habuit / ita et christus non habuit peccatum quod est venenum / quia peccatum cum omnimodis fuit generat mortem / ut Jacobi primo / sed habuit similitudinem veneni id est peccati Roma viii misit deus filium suum in similitudine carnis peccati / id est in carne passibili et mortali / sed non in peccato / ideo similitudo ibi non excludit veritatem carnis qua assumpsit / sed excludit peccatum / fuit enim caro christi / vera caro humana et similis humane / quantum ad penalitates mortalitatem et passibilitatem / non autem quantum ad culpam / Secundo designat serpens christi stabilitatem / similitudo enim inmutatam

/ et hoc quia fuit eneus / vnde glosa Serpens eneus sit diuina et constancia christi contra diabolum et inde intuitu eius liberantur / ne peruertentur vel perimi sinantur / ab ignitis serpentibus id est demonibus / fuit ergo christus effectum serpentis contra morsum contrariorum igneorum / Tercio designat christi immortalitatem in sanando omnem maliciam / sicut enim aspectus illius serpentis saluauit a morte corporali / multo fortius fides christi crucifixi saluat a morte spirituali et restituit hominem vite eterne / Et ideo christus serpentis illius officium habuit / contra morsum contrariorum ignitorum / sicut serpens eneus contra morsum serpentum ignitorum / Ille sanabat aspicientes / iste credentes / vnde Numeri 21 dicit glosa Moyses ad ipsius serpentem exaltato / et respecto eneo serpente sanabantur / quia christus antiquum serpentem in patibulo triumphauit / et venena eius extinxit / ut qui vere expresse in imaginem filii dei et passionem eius inspexerint sanarentur / Eneus serpens in ligno suspenditur / quia es cetera metallis est durabilius / et christus in humanitate quam in serpente mortuus / viuit per diuinitatem quam eneus / modum autem passionis ostendit cum subdit Ita exaltari oportet filium hominis ergo intelligitur de exaltacione in cruce / vnde infra xii cum dicit oportet exaltari filium hominis subditur / hoc autem dicebat / significans qua morte esset moriturus / voluit autem moriendo exaltatus primo ut purgaret celestia / Iam enim per sanctitatem sue conuersacionis purgauerat terram / restabat per mortem purgare aera / Colossenses pacificans per sanguinem suum que in celis et que in terris / Secundo ut triumpharet de demonibus qui in aere bellum parant / Ephesios 6 contra principes potestates aeris huius spiritus / qui nunc operatur in filios diffidencie / Tercio ut corda nostra ad se traheret / infra xii / Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum / Sicut enim in tractu celi est pertinens imprimit aliqua virtute secretus per qua moueatur ad ipsum trahentem / ita et christus exaltatus a terra

dicit rabbi Samuel quod in serpente eneo cum aspiciebatur ... non erat virtus sanandi set ... transgressores ... illam ... petebat ab eo ... sed ... quia serpens ... passum ... a ... sathane

influit gratia cordibus nris pc̃s
ad ipm̃ mouens / Quarto q2 in mor
te crucis fuit exaltatus / inquantum
sibi de inimicis supplicauit / vñ no
cat2 mors sed exaltacio / ps de tor
rente in via bibet ppta exaltauit
caput / Quinto quia crux fuit cau
sa exaltacois eius / phil 2o factus
est obediens usq ad mortem crucis /
ppt qd 7 deus exaltauit illud / Exal
tacio go xpi in cruce / de pugnat
vlem ptificacoz / Quia ipsi altez de
bellacom / spualem altacioz / et x
eminetez eleuacioz / Fructus autez
passionis xpi est vita eterna /
vñ qcludit dns / vt ois q credit
in ipm / s bn opando / et e fide
p dileccom opante / no peat sz p
finalez dapnacioz / sed hēat vita
etna / s hic in gracia / 7 ipe in
futuro aut gloria pfecte / et in re
/ et ex hs q passio xpi largit
vita etna / appz dra nut figuraz
7 vitatez / vñ Aug? sinc xna fic
interest nut figurata 7 ymaginez / et
rem ipam / qua figura pstabat
vita tpalem / res ipa q cãt fia
pstat vita etna / vnde Rndet
hic figura fructui figuralis serpentis /
eminus em reppriebat serpetez
eneum / liberabant a veneno 7 pserz
uabant in vita / Ille aut reppiat
in filia hois exaltata / qui credit
in xpm crucifixu / 7 hic liberabit
a veneno 1 a pctō / infra xo cum
credit in me no morietur in etnum /
7 pseruat ad vita etna / infra xx /
hec scripta sut ut credatis et ut
credentes vita hēatis in noie
eius / Ex quo pz q passio dnica /
est ulom xom refugiu / 7 contra
morte etna remediu singulare /
vñ bndus sup cantica dicit sa
efficax ad curandu ppe wlnera /
nec ad purgandu aie mentis /
qua xpi wlnera sedula meditaco /
in hac igit meditaci est pseuerandi
in xpa / vñ ad suos ... / si meoru
mea sublimior pstia / pre ceteris
7 hic crucifixu vc igit cordi sub
quod no emollit in misa xpi pie
tas / a malis / non retrahit ad

miranda benignitas / ad amandu nd
attendit inestimabilis caritas / sicd
qua qd ppt hoc febus est 7 dulcet
gratatus / amadus est / qua varia
7 multa 7 magna largitus / Quen
dus est / qua indigna et aspa p
hominibus passus / dura vba / duriora v
bera / durissima supplicia / est ex toto
corde 7 tota aia diligendus / nos
enim morti debitos suis / ipe soluit /
nos peccanuq ipe se p pctis nostris
wlnerari 7 crucifigi pmisit / Magna
quippe fuit nra ut dns nra ampet
forma suu panis exuret / fons siti
ret / lux obscuraret / Virtus infirma
ret / vita moreret / redeptor venderet
ut hīs vendidus redimeret / Ex peda
vo nobis nra ondit / dn qsi plan
qualit a planta pedis usq ad v
nicem afflictus / et ia in viribus cor
peus p multitudie doloz in cruce /
velut testa arefactus / q oblitus
oim cruciatuu 7 amaratudinu / aut
pz ignosce illis quia nesciut quid
faciut / O res mirabilis / hic inste
pmebat inse angustie corporis /
hic manabat in hic inic / hic cant
dolores / hic insiacois / hic oleu
exultacois / hic gutte sanguinis
decurentis in terram / Quid ig? fuer
potuit xpus / vide q p te o bn
sine ingrato / passus sud / p te lig
nuto mortuus / p te pedibus affectq
/ p te clauis 7 lancea qfossus / an
no satis est / q ppt te sic wlneratus /
inuqi nesciis q p inustate tua sum
afflictus / Cur go es ta stolidus
aut durus / q addis afflictoni aff
licto / magis em me grauat wlnd
pcti tui / qua wlnera corporis mei
Quia appz tanto plus a nobis est
amadus / quato magis tantus
indigna 7 dura p nobis sustinuit
Qtus eq passio no veniat nos
in etnu supplicium / sed magis ad
regnu etnu / ad qd nos pducat
qui p nobis exaltari voluit i
cruce p secula bndictus amen /
Sic em deus dilexit mundu
ut filiu suu vnigenitu daret
ut ois qui credit in eu non

peat sed habeat vitam eternam / non enim
misit deus filium suum in mundum
ut iudicet mundum / sed ut salvetur
mundus per ipsum / Qui credit in eum
non iudicatur / qui autem non credit
iam iudicatus est quia non credit
in nomine unigeniti filii dei et c.
Hic dominus assignat tam spiritualis re
generationis / quantum ad descensum filii dei
et exaltationem filii hominis et posuit fructum
scilicet vitam eternam / Cum quidem fructus qui est
eternitas vite / incredibilis videbatur
hominibus habentibus naturam mortalem /
et ideo dominus hic manifestat / Et primo ponit
magnitudinem fructus ex magne divini
amoris / secundo excludit quandam suspicionem
ibi non enim misit deus filium suum ut et
ad evidentiam primi sciendum est autem
quod omnium bonorum ... est divinus
amor / Amare enim proprie est velle alicui
bonum / Cum igitur voluntas dei sit causa
rerum / ex hoc provenit nobis bonum quod
deus amat nos / Et quidem amor dei
est causa boni nature / Sapientie xi° / diligis
omnia que sunt et nichil odisti eorum que
fecisti / Item est causa boni gratie / Ier. 31.
In caritate perpetua dilexi te / ideo
attraxi te miserans / scilicet per gratiam
quod etiam esset dator boni glorie / procedit
ex magna caritate / et ideo hic ostendit
hic / hanc dei caritatem esse maximam
ex quatuor / primo quidem ex persona
amantis / quia deus est qui diligit
et immensus / Unde deus amat immensitas
amat eternitas / amat supereminens
caritas / amat deus cuius magnitudinis
non est finis / cuius sapientie non est numerus
/ cuius pax exsuperat omnem intellectum /
Et ideo dicit / Sic enim deus dilexit mundum
/ de primo ii° 33 dilexit populos
omnes sancti in manu eius sunt / Sic
tamen vere tam fideliter deus scilicet pater
vel deus trinitas / dilexit scilicet dilectione
gratuita / mundum id est homines adhuc
dei servitium / in quo 2° ostendit magni
tudinem dei dilectionis ex conditione amati
/ quia homo est qui diligitur / scilicet mundanus
corporeus etiam in peccatis existens / Ro.
v° / Commendat deus caritatem suam
in nobis / quia cum adhuc inimici
essemus / reconciliati sumus deo per mortem
filii eius / xpi / Quid est homo quod
memor es eius / Et ideo dicit mundum
id est homines in mundana corporea / peccatores vilis
mortalem / Tertio ex magnitudine mu
neris eius dilectionis ostendit / per donum / quod
ut dicit Gregorius in omelia pentecostes
probatio dilectionis exhibitio est operis /
Deus autem maximum donum nobis dedit
quia filium suum unigenitum / ideo dicit
ut filium suum unigenitum daret / Ro.
viii° / Qui proprio filio suo non pepercit
sed pro nobis omnibus tradidit illum
Et dicit filium suum id est filium naturalem
sibi consubstantialem / non adoptivum / sicut
sunt alii filii / de quibus in psalmo Ego
dixi dii estis et filii excelsi omnes /
Et per hoc patet falsitas arrii / quia si dei
filius esset creatura ut ipse dicebat
non posset in eo ostendi immensitas
divini amoris / per superperfectionem infinite
bonitatis / quam nulla creatura in
se suscipere potest / Dicit etiam unigenitum / ut
ostendat deum non divisum amorem
habere / ad plures filios sed totum in
uno filio / quem dedit ad complectendam
suam immensitatem sui amoris / Infra
v° / pater diligit filium et omnia de
monstrat ei que ipse facit / Augustinus super
Iohannem / Propterea deus pater tradidit
filium / pro iniquis iustum / pro peccatoribus
eum qui tollit omne peccatum / Quarto
ex fructus magnitudine / quia per eum
habemus vitam eternam / unde dicit / ut omnis
qui credit in eum non pereat sed ha
beat vitam eternam scilicet / quam acquisivit
nobis per mortem temporalem crucis /
Augustinus dicat / Non dedit servum / non an
gelum / non archangelum / non filium ad
optivum / sed filium unigenitum / et
38 eum quem dedit / non ad qualemcumque
finem / sed ut consequamur vitam eternam
quam acquisivit per crucem / Sed numquid ad
hoc dedit eum ut moreretur in cruce
/ Dedit quidem eum / ad mortem crucis
in quantum dedit ei voluntatem pati
di in ea / Et hoc dupliciter / primo quia
in quantum filius dei ab eterno habuit vo
luntatem assumendi carnem et pati
pro nobis / et hanc voluntatem habuit a
patre / Secundo quia anima xpi / a deo in
spirata est voluntas patiendi
non coactus in multis et c. infra statim

2c

Nunquam exigitur quod dicit non peccat sed habeat
vita eterna / quidam ortum erroris acce-
perunt / dicentes quod credentes non dam-
pnabuntur eterna si moriantur in peccato
mortali / et confirmant dictum suum per apostolum
1 cor. 3 dicentem. fundamentum aliud nemo
potest ponere preter id quod positum est / et
sequitur. Si cuius opus arserit detrimentum
patietur / ipse autem salvus erit / sic tamen
quasi per ignem / per fundamentum enim istud
intelligitur fides / et id super quod hic funda-
mentum ponatur opera combustionis digna
scilicet illa propter que ad ipsius / tamen fiat
salvabitur / Sed hic est erroneum et
improbatur per apostolum Gal. ulto / manifesta
sunt opera carnis que sunt fornicatio im-
mundicia impudicitia et cetera / et sequitur qui
talia agunt regnum dei non possidebunt
Ex quo patet quod non solum dampnabuntur
aliqui propter infidelitatem / sed etiam
propter alia mortalia peccata / Et ideo dicendum
quod fundamentum oportet esse salvum. hic autem
est fides formata. Unde salvator
hic non accipit fidem. tamen pro habitu
fidei informis / sed fidei formate
per caritatem / et clarum est quod hic salva-
bitur / Et ad hoc Jeronimus dicit ut omnis
qui credit in illum vera fide. per dilectionem
operante. scilicet tendendo in eum per cari-
tatem / non peccat / ad dictum apostoli allegatum
in contrarium / dicendum quod loquitur de
peccatis venialibus / secundum quod exponunt
doctores / pro quibus fideles temporaliter
punientur / igne purgatorii / tamen fiat
salvabuntur / De hoc vide Aug. libro 20
de ci. dei. c. 21 per totum / Notandum
est quod dominus super loquitur de destensum
qui competit xpo. secundum divinitatem
nominat eum filium hominis / hic vero
loquitur de eo dato in mortem / vocat
eum filium dei / et hic est ratio unionis
suppositi. in duabus naturis / sicut
supra dictum est / et ideo divina possunt predi-
cari de supposito humane nature / et huma-
na de supposito divine nature / non tamen secundum
causam naturam / sed divina secundum divina-
nam / humana vero secundum humanam. spiritualis
autem ratio quare hic eum filium filium
dei nominat / est / quia ipse proposuit
donum istud. in signum divinum amoris
per quem penitentiam provenit nobis fructus

eterne vite / alio quo nomine nominanda
erat. cui competeret / hic virtutem
factiva vite eterne / que non est in xpo
in quantum est filius hominis / sed in quantum
filius dei. prima Joh. ultimo. hic est verus
deus et vita eterna. Super primo cap.
scriptum est in ipso vita erat / et nota
quod dicit non pereat / peccare namque dicitur aliquid
quod deperditur ne perveniat ad finem
ad quem ordinatur / homo autem ordinatur
ad finem qui est vita eterna / et quamdiu
peccatores avertit se ab ipso fine / et licet / peccat
dum vivit non peccat omnino / ita quod non
possit restaurari / tamen quando moritur in
peccato / tunc perit omnino / Ps. iter impiorum
peribit. / Nota hic quod dicit habeat vita eterna
indicatur divini amoris immensitas / nam
dando vita eterna / dat seipsum / nam
vita eterna / nihil aliud est / quam frui
deo / dare autem seipsum magni amoris
est indicium / Eph. 2o deus qui dives
est in misericordia propter nimiam caritatem suam
qua dilexit nos / cum essemus mortui
peccatis convivificavit nos xpo / et fecit
nos habere vitam eternam in ipso / Repli-
cat autem causam de filio dei / quod superius
dixerat de filio hominis. scilicet quod dat vitam
eternam / ut ex hoc intelligamus quod ille re-
demptor et conditor noster / ens filius
dei / ante secula / factus est filius hominis /
in fine seculorum / ut qui per divinitatem suam
nos creaverat / ipse per fragilitatem
humanitatis / nunc nos restauraret /
Notandum quamvis in multis relucebat
divina dilectio erga homines / tamen in eorum
creatione / quia creavit eos / ad ymaginem
et similitudinem suam / tamen in omni creatura
ipsi homini subiectione / quia omnia subiecit
sub pedibus eius / tamen in angelorum
administratione / quia dedit eos ut
essent administratorii spiritus ipsis hominibus /
tamen in videlicet in dispositione / quod in quadam
vicissitudine posuit / quia divisit lucem
a tenebris / appellavitque lucem
diem / et tenebras noctem / ut homo
nocte quiesceret / et a mane usque ad
vesperam exiret ad operationes suas /
Tamen expressionem tamquam humanam / quia cum
enim deus permisit hominem cadere / non tamen
sic / ut resurgere non posset. iuxta
illud / Ps. Numquid qui dormit non

adiacet ut repurgat. Et hoc opus
de quo hic dicitur precipue attestatur
quod homines maxime diligit. Quia enim
ista creata et quam plura alia sunt
signa generalia divine dilectionis erga
nos. Sed hic est signum speciale et
singulare quod pro nobis filium suum de
dit, in quo enim omnes thesauri
sue bonitatis non continet. Quantitas
dilectionis ex hoc ostenditur quod unigenitum
suum scilicet ad quem tota spectat hereditas
paterna, qui totum affectum patris posside
det in dominio dedit scilicet gratis ad
incarnandum et nascendum. Datio enim
filii ipsius et immisso incarnatio et na
tivitas est ipsius est in qua unitas
facta sunt unum, scilicet divinitas et humanitas
unus Christus in qua vera quam in celis
et que in terris sunt, pacificata sunt
et in una persona convenerunt. Ibi io
cunditas et exultatio hominum, iuxta
illud Ecclesiastici xv° iocunditatem et exul
tationem thesaurizabit super eum. Ibi sapientia
et scientia hominum, quia in ipso sunt abscon
diti thesauri sapientie et scientie dei, Colos
senses ii°. Ibi mana absconditum, ut quicumque
edit adhuc esuriat. Ibi fons per
gratiarum, ut qui bibit adhuc sitiat.
Ibi plenitudo gratie et veritatis,
ex quo omnes acceperunt. Adeo enim deus
dilexit homines, ut pro eo daret eternum
filium suum. Dedit quidem eum ut dicit
Bernardus non de copia, in quantitate scilicet
et pretium, magnificatione eximie, in doctrina
magistrum, pro infirmitatibus medicum,
in cibum ad famem, premium in redemptionem,
vel non auro vel argento vel quacumque
alia permutatione rerum, sed ipse filius
dei factus est pretium, qui et redemit,
ut pretium et redemptor realiter
idem essent, et non differret. Et ut hic
redemptus, paterna dilectione et filii
sui dignatione quanti sint ponderis
agnosceret. Non enim hanc dignitatem
dei filium deduxit, ad hoc ut deus
pro homine filium pro servo daret. Sed amor
patris eterni appendit eum ad hoc co
sedere in ea commoditate et utilitate
ut ~~non~~ consequeret vita eterna ut dicit
Augustinus in omelia ut omnis qui credit
in eum fide caritate formata fide
activa et que spem habet annexa non

pereat eterna dampnatione, sed habeat vitam
eternam ut dicit Augustinus in omelia. Cum non ret
crede in filium, ira dei manet super eum.
Omnes enim apostolo dicente, nam filii ire sunt.
Omnes filii diffidentie et gehenne na
scimur. Et ergo nasci debemus salvari vo
lentem. Ergo in fide regenerari, ergo in gratia
adoptari, sine qua neco deo placere
potest, sine qua nemo ad consortium beatorum
potest pervenire. Et ut dicit Bernardus
in eo praesignativus adventu filii
dei, et dei filio moram faciente, tan
tabant homines, suspectas habuerunt
divinas promissiones. Et fere omnium vanita
bat fides, quia nondum erat quod credi
mittet. Et qui salutem faceret populum suum
a peccatis eorum. Dedit ergo deus filium
suum ut peccatores iustificaret ut re
dimeret et salvet, ut omnis qui credit
in eum non pereat, sed habeat vitam
eternam. Magna ista commoditas est
nam et Luce xix° dicitur: Venit filius
hominis querere et salvum facere quod
perierat. Et ut ibi: Non enim misit
deus filium suum in mundum ut iudicet.
Excludit dubia obiectionem. In veteri enim
lege promittebatur quod deus venturus
esset ad iudicandum, ysaie iii°: Dominus ad
iudicium veniet. Unde posset aliquis
dicere quod non venit filius hominis ut det
vita eterna, sed ut iudicet mundum.
Et hic excludens dominus primo ostendit
se non venisse ad iudicandum, secundo probat
ibi: Qui credit in eum et cetera. Dicit ergo
Non enim misit deus filium suum in mundum,
scilicet tempore ad primum adventum, ut iudicet
mundum, sed ut salvet mundus per ipsum.
Unde dicitur infra xii: Non enim veni
ut iudicem mundum, sed ut salvificem
mundum. Salus autem hominis est ut per
veniat ad deum, psalmista: In deo salutare
meum. Pervenire autem ad deum est consequi
vitam eternam. Unde idem est salvari quod
consequi vitam eternam. Nec ideo ut peccatores
abutentes dei misericordia propter hoc quod dicit
non veni ut iudicem mundum, licentiam
sibi indulgeant peccandi, quia et si in primo
adventu non venit ad iudicandum,
sed ad dimittendum. In secundo tamen veniet
ad iudicandum, sed non ad indulgendum,
ut Lucas dicit et psalmista: Cum accepero tempus

ego iniusticias iudicabo / Sed contra est quod
dicitur Johannis ix In iudicium ego veni
in mundum / Dicendum quod duplex est iudicium
vnum est discretionis / et ad hoc venit
filius in aduentu primo / quia eo ve-
niente discreti sunt homines quidam per
lucem gratie / quidam vero per cecitatem
Aliud est iudicium condempnationis ut sint
idem homines iudicari et condempnari
et hoc manifestum est ex se non venit et ce.
Nunc ibi Qui credit in eum et ce
probat quod dixit primo loco ad mundum saluan-
dum non quicumque iudicabitur / aut erit
fidelis aut infidelis Sed non venit
ad iudicandum fideles / quia non iudicantur
nec ad iudicandum infideles / quia iam
iudicati sunt / ergo a primo ad ultimum /
non misit deus filium suum ut iudicet
mundum / primo ergo ostendit quod fideles non
iudicantur / secundo quod nec infideles vnde
dicitur / Qui credit in eum non iudicatur
scilicet iudicio condempnationis quo nullus
credens in eum fide formata iudicatur
Johannis v° In iudicium non venit sed
transit de morte ad vitam / sed iudica-
bitur iudicio examinationis et approbationis
de quo dicit apostolus i Cor. iiij° Qui
iudicat me dominus est / Sed contra videtur
quod multi fideles dampnabuntur / ergo
iudicabuntur / Dicendum quod exsistit hoc pro
pter hoc abusiue / nam hic est sensus
hoc / Qui credit in eum id est qui credendo
in eum tendit per caritatem / et ei ad
heret sicut membrum capiti / non iudica-
tur non condempnabitur / et hoc quia non
peccat mortaliter / et io Johannis dicit / Qui
credit in eum / non qui credit ei / vel
secundum Crisostomum / Ille qui male agit non cre
dit / ad Titum primo / Confitentur se no
sse deum / factis autem negant / scilicet verbo et ope
re / Sed qui bene agit Jacobi secundo / Ostende
mihi ex operibus fidem tuam / et talis
non iudicatur id est non dampnatur propter
infidelitatem / quamuis peccator / ex hoc quod cre
dit non iudicatur id est non condempnatur / Sed
ex hoc quod factis negat quod credat se dicit /
Nunc ibi Qui autem non credit et ce
ostendit quod infideles non iudicantur / Et po
nunt hic suam opinionem / secundo narrat eam ibi
Hoc est autem iudicium / Circa primum autem tria secundum
secundum Augustinum quod dominus non dicit quod non credit
iudicatur / sed dicit quod non credit iam iudica-

tus est / Quod potest tripliciter exponi secundum
Augustinum Primo Qui non credit non iudicatur
quia iam iudicatus est / non in re aut
natura / sed in dei presciencia / id est iam precognitus
est apud deum condempnandus et hoc secundo
nouit dominus qui sunt eius / Nondum apparuit / Augustinus omelia xii
iudicium et iam factum est iudicium / nouit
dominus qui permaneant ad coronam / nouit
qui permaneant ad flammam / nouit in
area area sua triticum / nouit et paleam
nouit segetem / nouit zizaniam / Alio modo
secundum Crisostomum / Qui non credit iam iudicatus
est id est hoc ipsum quod non credit / est sibi
ad condempnationem / quia non credere est
non ad here luminum quod est in tenebris
esse / et hoc est magna condempnatio Thobie
v° / Quale gaudium erit mihi qui
in tenebris sedeo et lumen
celi non video / Tercio secundum eundem / Qui
non credit iam iudicatus est id est iam conde-
mpnatus est / hoc est iam manifestam
causam sue condempnationis habet / Et sicut est
aliquando dicitur de aliquo quod manifesta
causam mortis habet / Antequam tempus quando contin
git feratur pena mortis / quia iam mor-
tuus est / secundum illud Genesis secundo Quacumque
die comederitis ex eo morte moria-
mini / Gregorius dicit quod in iudicio con
dempnandorum duplex erit ordo quo
dam enim iudicabuntur iudicio discussionis
sententie / illi videlicet qui magnum ali
quod dampnationi repugnans scilicet bonum
fidei / sicut fideles peccatores / Sed
infideles / quorum dampnacio est manifesta
absque discussione dampnabuntur / et
de istis dicitur hic Qui non credit iam
iudicatus est Psalmus Non resurgent impii
in iudicio scilicet discussionis / Bonum autem
quod iudicatus iam est quod condempnatus
Condempnatus autem est a salute ex
cludere / ad quam vna sola via patet
invenitur scilicet per nomen vnigeniti filii dei /
Actuum iiij° Non est aliud nomen sub celo
datum in quo nos oportet saluos fieri
Et in psalmo Deus in nomine tuo saluum me
fac / Qui ergo non credit in filium dei
excludit a salute / et manifeste est in
eius causa dampnationis / vii Augustinus omelia xii ^
Hoc est autem iudicium / quia lux
venit in mundum / et dilexerunt ho
mines magis tenebras quam lucem /

^ Ergo quantum in medico est sanare venit egrotum / ipse se interimit
qui precepta medici obseruare non vult / Venit saluator in mundum
quare saluator dictus est mundi / non ut saluet mundum non ut iudicet
mundum / Saluari non vis ab ipso ex te ipso iudicaberis etc

erant enim eorum mala opera. Omnis
enim qui male agit odit lucem
et non venit ad lucem ut non ar-
guantur opera eius. Qui autem facit
veritatem venit ad lucem ut ma-
nifestentur opera eius quia in deo
facta sunt. Hic manifestat dominus pre-
missam .s. quod ista dampnacionis ma-
nifesta est in infidelibus. Et po-
ponit manifestacionis signum. Pro-
ducit signum quia ubi omnis enim qui
male agit. In signo autem proposito
tria facit. Primo ponit dei beneficium
ergo pravitatem mentis infidelium
ibi et dilexerunt. Tercio pravitatis
causam ibi erat enim. Quantum ad
primum dicit quia ideo manifeste apparet
quod qui non credit iam iudicatus est
quia hoc est iudicium. i. hoc est causa
iudicii et quod de prius quia lux venit
in mundum. Homines enim erant in tenebris
ignorancie quas quidem tenebras deus
destruxit mittens lucem in mundum
ut homines cognoscerent veritatem
iuxta verbum. Ego sum lux mundi
qui sequitur me non ambulat in tenebris.
Luc. primo visitavit nos oriens
ex alto illuminare hiis qui in tenebris
sunt. Sed lux ista venit in mundum quia
homo ad eam attendere non poterat. Nam
lucem excitat in acceptabilem quia nec
homini videre potest. Apparet ergo ex pravitate
mentis infidelium quia dilexerunt
homines magis tenebras quam lucem
i. magis voluerunt esse in tenebris
ignorancie quam in fidem per Christum. Iob
22 ipsi fuerunt rebelles lumini. Ysa.
V° ve qui ponunt lucem tenebras
etc. Tercio quidem pravitatis causa est
quia erant eorum mala opera que
et a luce dissonant et tenebras conveniunt
Ro. XIII° abiciamus opera tenebrarum
i. peccata que tenebras .i. theses. V° qui
2x erunt Qui dormiunt nocte dormiunt
Iob 22 ambulans adulteri observat
caliginem. Nam qui amat lucem facit
opera luci congrua quia sunt opera bona.
Signum ergo quod aliquis odiat lucem
est quia mala operatur. Et hic ergo
quod aliquis non credit luci quia ei repugnat, dissidendo. Sed numquid omnes
infideles fuerunt mala opera. Videtur quod non

nam multi gentiles secundum virtutes operati
sunt, puta Katho et alii quam plures.
Dicendum est sicut Crisostomus quod aliud est bene operari
s. ex virtute, aliud ex aptitudine et
disposicione naturali. Nam aliqui ex disposicione
bene operantur quia ex corporis disposicione
non inclinantur ad contrarium, et hoc modo etiam
infideles poterunt bene operari, sicut quod
aliquis caste vixit quia non impu-
gnabatur a concupiscentia et cetera. Illi autem
ex virtute bene operantur qui et si incliner
ad vicium contrarium tamen ex rectitudine racionis
et bonitate voluntatis a virtute non de-
clinant, et hoc est proprie fidelium. Vel dicendum
quod licet infideles bona operarentur
non tamen faciebant propter amorem virtutis
sed propter inanem gloriam nec tamen ipsi propter gloriam
bene omnia operabantur nec etiam cultum
deo debitum reddebant. Consequenter cum
dicit omnis qui male agit etc.
ostendit proposito signum quia et primo
quantum ad malos, secundo quantum ad bonos
ibi, qui autem facit veritatem etc. Dicit ergo
ideo non dilexerunt lucem quia erant
eorum mala opera et hoc probat quia omnis
qui male agit odit lucem. Apostolus dicit
qui male agit, odit actum lucis, in-
dicet quia quidem actus est manifestacio-
nis. Omne enim quod manifestatur in luce ma-
nifestatur, Ephe. V° qui autem odit
actum lucis, videtur odire ipsam lucem.
Nota duplex est actus lucis. Primus
est lucere, secundus est manifestare. Ille
odit lucem qui non vult manifesta-
re mala opera sua quia nec manife-
arguit sua propria nec per alium vult
argui. Nota quod non dicit egit sed
agit, quia si quis male egit tamen
penitens et videns se male fecisse
dolet, ad lucem venit. Sed qui male
agit .i. in malo perseverat non dolet
nec ad lucem venit, sed eam odit.
Non inquantum lux veritatis ostensiva est
nisi inquantum peccatum hominis
eam manifestat. Diligit enim malus
homo lucem cognoscere et veritatem
sed odit per eam manifestari. Iob
24 Si subito apparuerit aurora
arbitrabitur umbra mortis et sic
in tenebris qui in luce ambulat.
Et ideo non venit ad lucem et hoc ut
non arguantur opera eius. Neque enim homo

qui non vult malum deserere / vel reprehendi / sed lucem fugit et odit. Amos
v. odio habuerunt corripientem in porta /
Prov. xv. non amat pestilens eum qui
se corripit. Contra ibi. Qui autem
facit veritatem etc. Ostendit istud contra
ad bonos / qui facientes veritatem
id est opera bona / veritas enim non solum
consistit in cogitatione et verbis / sed etiam
in factis / venit ad lucem. Sed quereret
aliquis, quid est facere veritatem.
Dicendum quod ille facit veritatem que concordat
veritati iubenti / veritas autem omnibus
iubet bona operari / et ideo ille veritatem
facit qui facit opera bona que veritas
iubet / et talis venit ad lucem / quia
idem est concordare veritati iubenti et
luci ostendenti / et ideo dicitur hic. Qui
facit veritatem venit ad lucem. Secundo ille
facit veritatem que concordat veritati re-
darguenti et accusanti / veritas enim
accusat peccata / qui ergo in confessione
se ipsum accusat, veritatem facit / Unde
Augustinus super Johannem / Qui facit veritatem
accusat in se mala / non sibi parcit /
non sibi ignoscit / ut deus ignoscat /
Et sequitur eodem ibidem / Etiam minima
peccata non sunt neglegenda, sed accu-
sanda / quia minuta plura peccata si ne-
gligantur occidunt / Minute enim gutte
sunt que flumina implent / minuta sunt
grana arene / sed multa si arena
ponatur, premit atque opprimit. Sed numquid
aliquis ante Christum fecit sic veritatem /
et venit ad lucem / videtur quod non /
quia ille facit veritatem qui non peccat /
sed ante Christum omnes peccaverunt / ut
ad Ro. 3o. Dicendum secundum Augustinum quod ille
facit veritatem in se ipso cui displicet
malum quod fecit et relictis tenebris
et obscuritatibus se a peccatis et de peccatis pe-
nitens / venit ad lucem etc. spiritualiter
ut manifestentur opera eius / Sed dicens
Nicolaus de Lyra. publicare bona que facit /
vel hic Pharisei de hoc, a quo reprehen-
duntur / Dicendum quod licitum est velle mani-
festare opera sua coram deo / ut approbe-
tur secundum quod dicitur 2a Cor. x / non enim
qui se ipsum commendat ille probatus est /
sed quem deus commendat / Et Job xvi:
Ecce in celo testis meus / velle etiam

manifestari in sua conscientia ut gaudeat /
secundum quod dicitur 2 Cor. primo. Gloria nostra hec est /
testimonium conscientie nostre / omnibus licet ut est
reprehensibile. Sed manifestare bona que
facit alius coram hominibus propter gloriam humanam
propriam / reprehensibile est / Intelligitur tamen
perfecti viri bona que faciunt manifestata
desiderant hominibus propter honorem dei /
ut inde deus glorificetur / et propter utili-
tatem fidei / Matthei v: Sic luceat lux
vestra coram hominibus ut videant opera
vestra bona / sed veniunt ad lucem ut ma-
nifestentur eorum opera / quia in deo facta sunt /
id est secundum mandata dei / vel per gratiam dei /
Quicquid enim boni facimus / in vitando
peccata / in penitendo de commissis / in
bona operando / totum est a deo / Ysa.
Omnia opera nostra operatus es in nobis.
Post hec venit Ihesus et discipuli eius
in iudeam terram / et illic demora-
batur cum eis / et baptizabat / Erat
Iohannes baptizans in Ennon iuxta
Salim / quia multe aque erant illic /
et veniebant ad eum et baptizabantur /
nondum enim missus fuerat in carcerem
Iohannes / Facta est ergo questio ex discipulis
Iohannis cum iudeis de purificatione
et venerunt ad Iohannem et dixerunt ei
Rabi qui erat tecum trans Iordanem
cui testimonium perhibuisti / ecce hic ba-
ptizat et omnes veniunt ad eum / usque
ibi Respondit Iohannes et dixit etc.
Supra dominus tradidit doctrinam de spirituali
regeneratione per verba / hic vero doctrinam
illam implet per opus baptizando /
Et primo inducitur duplex baptisma
secundo movetur questio de eorum comparatione /
ibi facta est ergo questio etc. Circa primum
duo facit / primo introducitur baptismus
Christi / secundo baptisma Iohannis / ibi Erat au-
tem Iohannes / Quantum ad primum dicit / post hec
scilicet que doctrina de doctrina spiritualis
regenerationis premissa sunt / venit Ihesus
et discipuli eius in iudeam terram / Circa
quod est questio litteralis / nam supra-
ro dixit evangelista quod Ihesus de galilea
venerat in Ierusalem / que est in iudea
terra / ubi Nicodemum instruxit /
Quid ergo post instructionem Nicodemi
venit in iudeam cum iam esset ibi /

ad hec est duplex responsio. na secundum bedam
xpus. post ventum nicodemi iuit in ga
lileam. et ibi aliquandiu moratus
rediit in iudeam. et ideo quod dicitur post
hec venit ihesus. non est intelligendum
quod immediate post hec verba nicodemi
et instructionem eius venit in iudeam
sed iuit in galileam. et tunc reversus
est in iudeam. et ideo hic post hec non
dicit immediacionem. sed intelligitur in proc
essu temporis. Alio modo secundum crisostomum intelli
gendum est. quod post hec immediate venerat
in terram iudeam. xpus enim voluit
predicare. ubi multitudo conveniebat
ut multi converterentur propter amminiculum
magnitudinis (?) ciuitatis in ciuitate magna. Et
Glosa xpi. ergo palam locutus
sum mundo. Duo autem loca erant in iu
dea. ad que confluebat multitudo iudeorum
scilicet ierusalem. ad quam ibant in festo. et
iordanis. ad quem currebat propter
predicacionem et baptismum iohannis. Et ideo
dominus ista duo loca frequentans.
statim completis diebus festis
in ierusalem. que est in una parte
iudee. venit in aliam partem iudee.
ubi iohannes baptizabat. scilicet in iordane.
Ergo post hec. id est post instructionem ni
codemi in ierusalem. venit ad alia loca
iudee. quia non tantum debebat docere
in ciuitate metropoli. sed etiam
in aliis. Et ad hec denotandum dicitur
in iudeam terram. Quia enim de ierusalem
venit versus iordanem. ubi homines
congregabantur ad baptismum. ut ibi inciperet
baptizare. secundum quod loquitur de corpore
dicendum. prout supra dictum est. Et ideo
subditur. Et illic demorabatur cum
eis et baptizabat. Et quam dicit in
glosa eodem capitulo. ubi dicitur quod ihesus
non baptizabat. sed tantum discipuli eius.
Dicendum quod ipse primo baptizavit discipulos
suos. ut hic dicitur. postea hec sola disci
pulis xpo. circa aliorum [redacted]a cu
rato et sic non est contradictio. De hoc
tamen baptismate dicetur plenius
infra. Nota. iudea dicebatur regio
a parte iude. vel a regno. duarum
tribuum. nam a tribu iude que erat prin
cipalis et regia. terra que habitaverunt
ubi filii israel. vocata est iudea.
Moraliter. iudea. interpretatur confessio.
ad quam venit ihesus. quia xpus con
fitenti vel sua peccata. vel diuina laude
visitat. Et illic moratur per bone vite
continuacionem. quia illos non semper
visitat. Glosa xiiii° ad eum veniemus
et mansionem etc. et illic baptizat. id est
a peccatis purgat per cordis contritionem et
lacrimarum effusionem. quia misericordia quis
confitetur peccata sua. remissionem peccatorum
non consequitur. Proverbiorum 28. Qui abscondit
scelera sua non dirigetur. Unde aliquis
ubi est iudea. id est confessio peccatorum vel
diuinarum laudum. illic venit ihesus. et
discipuli eius. hoc est. doctrina et illuminacio
eius. et ibi demoratur. a delictis et
viciis purgando. per baptismum spiritus sancti.
Et secundum Augustinum et crisostomum. xpus post baptismum
discipulos aqua et spiritu sancto. postea commisit
et reliquit officium baptizandi cum
baptismate. intenturus predicationi
et doctrine. quemadmodum et paulus
apostolus. paucos per se baptizavit.
ut posset predicacioni liberius intendere
In quo dedit exemplum prelatis ecclesie. com
mittendi ea que possunt per inferiores
commode fieri. ut ipsi maioribus po
ssent liberius exercitari. Et quamuis
ihesus tunc non baptizet. manibus suis
ministerium exhibendo. sed discipuli eius
baptizabat tamen presencia maiestatis.
ipsius enim erat baptismum sacramentum
et ad discipulos pertinebat ministerium.
hic est enim qui baptizat et quo minister
baptizandi primus. ihesus baptizat. Unde
Augustinus. utrumque verum est. quia ihesus bapti
zabat et non baptizabat. Baptizabat
enim quia ipse mundabat. non baptiza
bat quia ipse non tingebat. prebebant
discipuli ministerium corporis. prebebat ille
adiutorium maiestatis. de quo dictum
est supra primo. Hic est qui baptizat.
Ex predictis patet quod hic advertendum
xpi primo commendat veritatem. quia manifeste
loqui non timet. nec gloriam propriam ap
petit. Et ideo xpus qui erat ipsa veritas.
ad loca publica veniebat. Unde crisostomus
nichil apertius. nichil fortius veritate.
que nec latere vult. neque periculum formi
dat. neque insidias tremit. neque
gloriam que multis esse deprauat. nichil
(?) obnoxia. Secundo hic aduenit

xpi / commendat amorem et caritatem /
Ideo enim xpus veniebat, ubi multi
conveniebat, ut multis proficeret. vnde Cris
dicens in sollempnitatibus urbem ascendebat /
non per ostentacionem neque honorem dili
gens / sed ut pluribus sua docta
et miraculorum utilitate proponeret / De
cimo dicit / Erat autem iohannes baptizans
Introducit eciam baptismum iohannis /
Et circa hoc quatuor facit. primo
enim ponit personam baptizantis / secundo
locum baptismi / tercio fructum / quarto tempus /
Persona baptizantis fuit iohannes / unde
dicit Erat autem iohannes baptizans etc. / Sed
hic est questio quia cum baptismus iohannis
ordinaretur ad baptismum xpi videtur
quod adveniente baptismo xpi / debuisset
iohannes a baptizando cessare / sicut adveniente
veritate cessat figura / ad hoc
est triplex responsio / una quantum ad per
sonam xpi / nam secundum Aug. iohannes ba
ptizabat. ut xpus ab eo baptizaretur =
non solum autem xpus ab eo baptizatus
est / sed multi / ne videbatur quod solus
xpus ab eo baptizaretur / ne baptismus
iohannis / ex hoc singularitate me
lior videretur baptismate xpi / Si
enim solus xpus baptizatus fuisset
a iohanne / non defuissent qui dixis
sent. ipse adeo magnum erat ba
ptisma quod habuit iohannes ut solus
xpus illo dignus fuit baptizari
/ et ideo expediens fuit ut alii ante
xpum baptizarentur a iohanne / quia
antiqua doctrina non publicata esset /
Secundum causam habet preparare ad xpm
baptismo iohannis unde secundum Bedam /
ita sicut tunc habebat baptisma iohannis
ad baptisma xpi / sicut nunc cathecismus
/ in quo baptizandi instruuntur in
fide et preparantur ad baptismum sic erat
ad baptismum verum / Sic enim iohannes
predicabat penitentiam / et baptismum xpi
preveniebat / et in cognitionem veritatis
que in mundo apparuit attrahebat /
Sic ministri ecclesie primo erudiunt ve
nientes ad fidem / postea peccata eorum condo
nant / demum in xpi baptismo peccatorum
remissionem permittunt / Tercio attra
hit in cognitionem veritatis et amorem
dictum eius fuit ut eius per quam xpus
baptizatus fuerat a iohanne / alii

baptizarentur ab eo. ne iohannis baptisma
reprobandum videretur / sic eciam non statim
veniente veritate cessaverunt legalia
/ sed secundum Aug. licuit iudeis determinato
tempore legalia servare / Alio modo secundum quod tenet
ad personam iohannis / nam si iohannes cum xpus
baptizare cepit / cessasset a baptismo /
potuisset credi / quod hoc fecisset ex
zelo / scilicet invidia vel ira / Et quia ut
ad Ro. xiiº providere bona non
solum coram deo / sed eciam coram omnibus
hominibus / ideo iohannes non statim cessavit /
sed baptizante iam xpo adhuc iohannes
baptizabat / quia secundum Bedam non de
buit prius cessare donec veritas
perfecte manifestaretur / quia sicut ante
baptismum xpi iohannes baptizabat in
nomine xpi venturi / sic post baptismum
xpi / illos quos baptizabat ad xpm
mittebat plenius instruendos / Et
demonstrabat suum testimonium de xpo / et io
hannes baptizans non sibi gloriam acqui
rebat / sed xpo auditores mittebat / auditores
et multo efficacius hoc faciebat quam
discipuli xpi / Tercio quantum ad discipulos
iohannis / quia ipsi incipiebant zelotipare
contra xpm et discipulos eius quia bap
tizabat / unde si statim iohannes baptizare
cessasset / dimisisset discipulos in maiori
zelo et invidia contra xpm et discipulos eius
/ Iam enim eciam iohanne baptizante
ipsi conquerebantur de baptismo xpi / quod
prope existentibus / et ideo non statim cessavit
/ tercio unio videte ne licencia vestra
offendiculum fiat infirmis / Locus
autem baptismi in quo baptizabat iohannes
fuit in enon iuxta salim / quia aque
multe erant illic / de quo locus secundum
Bedam Salem oppidum est seu
villa iuxta iordanem fluvium ubi olim
melchisedech rex regnavit et quam
edificavit sed incolae dicunt hoc salem
salem esse / quia salem ubi regnavit
melchisedech id est quod ierusalem / quia
ipsam edificavit melchisedech
ut Ysidorus libro xvº ethimologiarum
Et primo dicta est Salem id est pacifi
ca ex quodam regis qui regnavit
in ea / postea dicta est ierusalem
a tempore quo abraham voluit offerre

ibi filium suum ysaac / quia locum illum
appellauit. dominus videt. ut habetur
Gen 22. Et ideo ultima interpretatio
visio pacis / quia tamen prima interpreta
tioni addita est visio / Et secundum ieronimum
non refert utrum salim aut salem
nominet / quia vocalibus et literis in medio
positis, hebrei utuntur pro voluntate
lectorum, et regionum varietate, eadem
verba diversis sonis atque accentibus
proferendo. Subdit autem causam quare ioh.
baptizabat iuxta salim cum dicitur
Quia aque multe erant illic / Ubi zo
quia baptismus iohannis tantum fuit in aqua,
propterea primo / Est etiam interpretatio
eius, quod dicitur in ennon. Ennon enim
hebraice dicitur aqua. Unde hic ponitur
ad exponendum illud nomen loci scilicet en
non / Fructus autem baptismi est re
missio peccatorum et ideo subdit Et veni
ebant ad eum et baptizabantur id est munda
bantur / quia ut habetur Matth 3o et luce 3o
multitudo magna ibat ad ioh.
et baptizabantur ab eo, confitentes
peccata sua / licet enim baptismus xpi
eius introductorius fuit baptisma
iohannis, non requirat planctum et luctum
exteriorem, tamen requirit primam interiorem /
et peccati detestationem, aliter poneret
obex spiritui sancto / qui facit remissionem
peccati in baptismo xpi / Sapiencie primo /
Spiritus sanctus discipline effugiet
fictum / et ut hic docet iohannes faciebat
eos confiteri peccata cum detestatione
peccati / ut dicit albertus. Deinde
ponitur tempus cum dicit. Nondum enim
fuerat iohannes missus in carcerem /
quod ideo dicit, ut det intelligere quod ipse
incepit narrationem de factis xpi
ante alios evangelistas. Nam alii
evangeliste inceperunt narrare facta
xpi solum a tempore incarcerationis iohannis
unde dicitur Matth iiii^o Cum audisset
ihesus quod iohannes traditus esset re
cessit in galileam / Et ideo quia dicta
facta xpi ante iohannis incarcerationem
preterierant / iohannes qui ultimo scripsit
evangelium, defectum eorum supplevit.
et hoc insinuat cum dicit Nondum enim
missus fuerat iohannes in carcerem.
Hoc enim addidit / ad ostendendum quod texit

hystoriam quam alii evangeliste dimi
serant, incipientes describere facta
xpi post incarcerationem iohannis / Et ab isto
loco incipiunt tres evangeliste, intermit
tentes facta unius anni, que solus ponit
iohannes, eo quod ultimo scripsit, et videtur
ea in aliis evangeliis deesse. Nondum
autem quod dispensatione divina factum est /
ut iohannes xpo baptizante, nondum
baptizaret et predicaret, ne ex hoc
fieret scisma in populo / quamvis ali
quo tempore hoc ei permissum fuit, ne tamen
eundem videtur, ut dictum est supra.
Sed ex dispensatione facta est / ut per
predicationem fidei et conversionem fidelium te
pluribus tollerentur destruerentur / ut videlicet tota devotio
et spes fidelium traheretur ad xpm /
Deinde cum dicit. Facta est ergo questio
inducitur questio de comparatione bapti
smatum / Et primo proponitur ipsa questio
Secundo describitur relatio questionis ad ioh.
ibi Et venerunt ad iohannem etc. Tercio
ponitur questionis declaratio ibi Respondit iohannes
et dixit eis etc. Dicit ergo quod duo bap
tizabant ut dictum est scilicet xpus et iohannes
discipuli ipsius zelus pro magistro suo ze
lantes indiscrete propter contentionem
dissensionem, valentes quod baptismum
eius preferre baptismo xpi invicem murmura
bant / quia videbatur eis quod minui
sui gloriam, et baptismi eius auctoritatem
minueret. Et hoc est quod dicitur Facta est questio
id est contentio ex discipulis iohannis quasi ipsis
primo moventibus hanc questionem cum iudeis
quos reprehendebant discipuli iohannis
eo quod ad xpm magis irent propter
miracula que faciebat / quam ad iohannem
qui miraculum nullum faciebat / Et ita
questio facta est de purificatione id est de ba
ptismo. Causam autem unde invidebant
discipuli iohannis, et contentionem movebant
propter eum / ex eo quod iohannes illos quos
baptizabat, mittebat ad xpm /
xpus vero quos baptizabat non mit
tebat ad iohannem / ex quo videbatur
et forte iudei dicebant, xpm esse maiorem
iohanne / et preferebant baptismum eius
baptismo iohannis / Sed argumentum hoc habebat
iudei, quia iohannes se dicebat pre
missum ante xpm, ut ad eum bap
tizaret / Sed contra discipuli iohannis

hebant argumentum p se / quo probabat
q baptismus iohannis erat extra perfectus /
quia xpus erat baptizatus bapt
iohannis / Sic igitur isti non spirituales
de hoc contendunt cum iudeis pa ad cor
3o Cum enim inter vos sit zelus et
contencio / nonne carnales estis / Hec
mota questione referunt ad iohannem / et
io dicit circa venerunt ad iohannem
et dixerunt ei / Et si attenditur dili-
genter / conati sunt commovere iohannem
contra xpm sicut isti sunt bilingues
et susurrones de quorum quolibet dicitur
Eccli 28 Susurro et bilinguis male-
dictus / multos enim turbat pacem habentes
Proponunt autem quatuor que commotionem in
animo iohannis contra xpm causaret / primo
namque commemorant similitudinem status
xpi predicti / Secundo beneficium xpo a iohanne
impensum Tercio officium a xpo assum-
ptum Quarto detrimentum quod iohanni
provenit ex officio xpi / Primum patet similiter
tate status xpi predicti commemorant /
cum dicunt Rabbi tu qui excellenter
magister omnium et magna debeas gerere
gloriam / Qui erat tecum s. qui in principio
quasi unus de discipulis / non autem tu
cum illo sicut cum magistro / trans iordanem.
Ubi cum quasi discipulum baptizasti
et sic beneficium ei prestitisti / nam si alicui
maiori honor exhibeatur / non est tanta
invidie / sed tunc quis invidet /
quando est minori suo / magis honor
exhibetur. Eccli x / vidi servos sede-
tes in equis et principes ambulantes
quasi servos super terram Job 19 servum
meum vocavi et non respondit michi /
ore proprio deprecabar illum / quia plus
turbat / cum aliquis de rebellione
sibi subditi / quam alicuius alterius / Secundo
commemorantes beneficium impensum
a iohanne / non dicunt quem tu baptizasti
sti / quia in hoc offensi fuissent. magis
manifestavit xpi, que in baptismo
ostensa est / per descensum spiritus sancti
super eum in specie columbe / et vocem patris
ibi factam / Sed dicunt Cui tu testi-
monium perhibuisti. i. quem tu clarum
ostendisti / et sic magnum honorem impen-
disti / et cognitum fecisti / talia enim audet

rependere / quod multum excitat ad exac-
erbationem / prout tunc cedebat pacis inco-
lis / Sed quia querentes propriam gloriam
et intendentes lucro proprio in suo
officio / dolent si alius illud officium
assumat / eo facto isti addunt etiam
quod xpus iohannis officium sibi assumpsit /
cum dicunt Ecce hic baptizat i. officium
tuum exercet / quod multum excitat ad
turbationem Unde communiter videmus /
Homines eiusdem artis invidiose et invidi
ose se habere ad invicem / Figulus enim
figulo invidet / non autem fabro Sic
etiam invidi doctores proprium honorem
querentes / dolent si alius veritatem
doceat Contra quos dicit Gregorius
Mens pii pastoris optat ut veri
tatem quam solus docere non sufficit /
alii doceant Sic etiam moyses num
xi. dicit Quis det ut omnis populus
prophetet / Sed non solum in assumpto
officio sufficiebat eius contristare
iohannem / sed quod magis movet / de-
trimentum quod iohanni ex assumpto of-
ficio a xpo provenire videbatur /
Quarto exponunt / unde dicunt. omnes
veniunt ad eum qui s. ad te venire
solebant. q. d. te dimisso et contempto,
omnes ad baptismum eius currunt / et te
non curant / et sic gloria tua periit.
Et secundum Crisostomum. omnium malorum causa
est vana gloria Hec autem an conveni-
unt ad iohannem / patet ex testimonio
domini Math xi. Quid existis in desertum
videre Et cetera Tali invidia movebat
contra xpm unde dicebat supra xi Ecce
totus mundus post eum vadit Sed ex
his iohannes non fuit motus contra xpm /
non enim erat arundo vento agitata
ut Math xi. Et hoc patet ex responsione
iohannis que sequitur in declaratione quomodo
sibi debeat Sic ergo hi de quibus loquimus /
videntes imponere xpo preceptorem /
quia cum esset sicut unus ex eis
in magna preminebat / se ab eo
separavit et baptizavit / Secundo magis ve-
ro contemptum ex eo quod iohannem vide
bat ambo detrimentum Sic fiunt bi-
lingues et detractores / qui volentes

de aliquo murmurat / Primo rememorat humilitatem status illius. Secundo baptismum illi collatum. Tertio ex his que didicit magnitudinem illius / qui non obstante status humilitate / et baptismo recepto detrimentum incurrit / Contra illos bilingues et detractores Jeronimus in epistola ad rusticum monachum dat tale documentum / quod detrahenti facies dura ostendenda est / unde dicit Jeronimus Sicut sagitta mittatur contra duram materiam non numquam in mittentem revertitur / et vulnerat vulnerantem / illud quod Ecclesiasticus plenius: facit sagittam in arcum. Similiter et alibi Qui mittit in altum lapidem recidit in caput eius. ita detractor cum viderit faciem audientis tristem / cum etiam viderit obturantem aures suas. ne audiat iudicium sanguinis / cito conticescit / vultus pallet / herent labia / saliva siccatur. Contra illos etiam detractores loquitur sapiens ita dicens Cum detractoribus non commiscearis / quoniam repente veniet perditio eorum et ruinam utriusque quis novit / tam illius qui loquitur / quam illius qui detrahentem audit. Sed ex his loquens non fuit motus contra Christum Sed respondit Johannes et dixit Non potest homo accipere quicquam nisi datum fuerit ei de celo Ipsi vos michi testimonium perhibetis quod dixerim Ego non sum Christus. sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est Amicus autem sponsi qui stat et audit eum. gaudio gaudet propter vocem sponsi In hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere me autem minui / Qui desursum venit. super omnes est Qui de terra est de terra loquitur / qui de celo venit super omnes est / et quod vidit et audivit hoc testatur / et testimonium eius nemo accipit. qui autem accepit eius testimonium signavit quia deus verax est / Quem enim misit deus. verba dei loquitur non enim ad mensuram dat deus

spiritum / Pater enim diligit filium et omnia dedit in manu eius Qui credit in filium habet vitam eternam Qui autem incredulus est filio. non videbit vitam eternam sed ira dei manet super eum

Proposita questione declarat hic post Iohannis responsionem super questionem / sibi delata a discipulis sua quidem / duo conquerebant. scilicet querimoniam de officio assumpto unde dicebat / Ecce hic baptizat / et de Christi profectu in fama et opinione hominum unde dicebat Et omnes veniunt ad eum / Et ideo loquens dirigit sermonem ad hec duo Et primo respondet ad querimoniam de officio assumpto Secundo vero ad querimoniam de profectu Christi ibi, Illum oportet crescere etc. Circa primum sic facit, primo ostendit officiorum Christi et sui originem. Secundo horum distinctionem ibi Ipsi vos michi testimonium etc. Tertio ostendit similitudinem Christi et sua ad dicta officia ibi / Qui habet sponsam etc. Circa primum notandum quod licet malum aut quod discipuli licet magistrum eorum Iohannem proponant / et ex hoc sit reprehensione dignum / tamen loquens non vehementer increpat eos / et hoc propter eorum imperfectionem timebat enim ne commoti ex reprehensione recederent ab eo / et iungentes se phariseis Christo publice insidiarentur / implens illud quod est de eo dictum, Ysaie xlii Calamum quassatum non conteret / et linum fumigans non extinguet / Sic etiam abutendo quod a principio sue rationis / non ardua et preclara de Christo asserit / sed humilia et plana propter eorum invidiam Cum enim excellentia alterius sit invidie provocativa / si loquens statim excellentiam Christi eis proposuisset, illorum invidie fomentum prebuisset, et ideo humilia proponens dicit non potest homo accipere quicquam nisi datum fuerit ei de celo / intendens in hoc / errorem eius minuere / qui dicebant, quod omnes ad eum veniunt / non est mirum a deo, quia non potest homo accipere quicquam perfectionis et bonum nisi fuerit ei datum de celo Iacobi primo Omne datum optimum et omne donum perfectum / desursum est descendens a patre luminum / Et ideo si vos qua

divitis ei gradiatis deo / Act v.
Si ex hominibus est opus illud
dissolvetur. Si aut ex deo est non
poteritis dissolvere ne forte et deo
repugnare videamini invenimini.
Et ita exponit hic / Alii referendo
hoc ad xpm Aug. aut refert hoc
ad ipm iohem. Et forte melius ut
sit sensus. vos contratis prime et credite
quod ego maior sim quam xpus. sed
hoc non est mihi datum nec ego volo
mihi usurpare / sim id / Hebreorum vto
nemo assumat sibi honorem et ita
tu ego sim pura hoc non possum
mihi attribuere nisi quod mihi datum
est, et propterea xpi officium mihi
non usurpo / sed promissi. Tercio
quod hoc quod non accepit et iohannes
enim non baptizabat, non sit pro. xpi
et sic xpus baptizavit non usur-
pabat officium iohannis / sed magis
exercebat officium a rogante pro-
missum / Et sic iohannes dixit non
potest homo accipere quicquam nisi fuerat
ei datum de celo quia omnis potestas
est a deo / et sic sim distinctione
collationis diverse / distinguit officia.
Iohannes aut non accepit auctoritatem a
deo baptizandi, nisi ad annunciandum
xpm et preparandi homines ad fidem. ad
victum / Et in isto verbo baptismo primo
notatur ex parte nostra / vilis indigentia
in qualibet imponi quia nunquam homo
a seipso potest nec vilius agere nec varia-
ter sapere, nec salubrat perficere. nec
penaliter extendere / et sic dicit nemo potest
accipere quicquam / Ipso notat ex parte
dei, quod est ipso gratuita / quando dicit nisi
fuit ei datum, ipse est enim qui dat om-
nibus affluenter. et non improperat / Tercio
notatur ex parte eadem dei qualis
providentia, que primitie in celo relucent
omnibus providet / Sic ergo patet officiorum
origo, quia de celo / Secundo officiorum
distinctio tum dicit / ipsi vos testimonium
perhibetis quod dixerim / ego non sum xpus
q. d. Ex testimonio meo quod sibi perhi-
bui / potestis scire officium in quo ipse
et xpo / ita ipsi vos testimonium perhibe-
bitis / perhibere potestis / quod dixerim

non sum ego xpus / Super primo con-
fessus est quia non sum ego xpus. Sed
si hic dixi quod missus sum ante illud
quasi precursor, ante iudicem. Sic ergo ex
testimonio meo / scire potestis officium
meum / quod est precedere xpm et parare
sibi viam / Super primo / Fuit homo missus
a deo etc. Sed officium xpi est inducere
et perficere / Et per hoc attendit Iohannes facit
more prudentis / Deficit ter
ex verbis eorum arguit / sim id Luc. 24
Ex ore tuo te iudico etc. Sic ergo se
formam tractandi / Maior est iudex quam
precursor / sed ego missus sum ante xpm.
sicut precursor ante iudicem / sicut vox ante
verbum / sicut lucerna ante lucem. ergo xpus
maior me est / Qualiter autem iohannes
se habeat ad officium suum ostendit quod
in subdit / Qui habet sponsam sponsus
est / Circa quod ponit primo quandam
similitudinem ipso ad propositum adaptat
eam / ibi In hoc aut gaudium meum
impletum est / Circa primum duo facit
primo ponit similitudinem quantum ad
id quod pertinet ad xpm Secundo
quantum ad id quod pertinet ad seipsum
ibi Amicus aut sponsi stat Circa
primum notandum / quod in rebus humanis
disponere denari et hereditatem sponsam
pertinet ad sponsum tantum / Et ideo dicit / Qui
habet sponsam i. ad quem pertinet habere
sponsam / sponsus est / Iste aut spon-
sus est. xpus. Ps. Tanquam sponsus
procedens de thalamo suo / Sponsa
sua est ecclesia quam coniungitur ei per fidem
Osee 20 / Sponsabo te mihi in
fide / In ea sua dixit zephora ad
moysen / Exod. iiii. Sponsus san-
guinum tu mihi es / Et de istis nuptiis
dicitur Apoc. 19 venerunt nuptie agni
et uxor eius preparavit se / Sic ergo
quia xpus sponsus est ad eum pertinet
habere sponsam. s. ecclesiam. Sed ad me
non pertinet / sed gaudere / Debet enim
sponsus sponsam habere / Et subdit /
Amicus aut sponsi stat etc. Et licet
semper dicat quod non digna esset solvere
corrigiam calciamentorum eius / tamen hic
se vocat eius amicum ut insinuet
caritatem suam et fidelitatem ad xpm Nam

de transferendis

seruus / ad ea q̄ sunt dom̄ sui / non
mouet͛ affectu caritatis / Sꝫ prius
similitudis / Amicus aut ex amore p
curat ꝛ fideliter ea / q̄ sunt amici /
vn̄ seruus fidelis est / sicut amicꝰ
dm̄ sui / Gen̄ 33 Si est ꝑ seruus
fidelis / sit tibi sicut aīa tua / Et
ex hoc patet fidelitas serui / qꝛ gau
det de bonis dom̄ sui / et quide
nō sibi / sed dn̄o suo bona pro-
curat / Dic ergo / quia loquꝰ sponsa
sibi credita / nō sibi / sed sponso
ornauit / seruus fidelis fuit / et amicꝰ
sponsi / Et id ad hoc insinuandū dt
se amicū sponsi / Sic igit̄ in istis
verbis ꝑticulis / loquꝰ tres in-
nuit cās sue humiliacōis / prima
quia nl͛ h͛t a se / Sc̄a qꝛ minimus
est / nō dn̄s / Tercia qꝛ amicꝰ
sponsi / nō sponsus / Et ista ra-
det quilibꝫ iustus / ꝛ maxie plati
apud se ꝛ colere / cū eis sibi dati /
decor aliquorū opm̄ dn̄ exempla-
torū suorū / voluit eū extollere / s. x aūs extolli
Sꝫ qꝛ nichil h͛t a se / sed totū a
deo / Sc̄o qꝛ seruus est / nō dn̄s /
vn̄ fuit ꝛ proditor esset / si bona
dm̄ sui vsurparet / Luc̄ xvi.
Quis putas ē fidelis seruus et
prudens / Bn̄dus fidelis est ser-
uus / si de multa glīa dom̄ sui /
ꝛ si nō excutite a te / sī tāscente
ad te / nichil manibꝰ tuis adhe-
re͛ contingat / Tercio / qꝛ ē amicus
sponsi ꝛ nō sponsus / nō sponsam
custodiendā / nō ad ꝓpriam vtilitatē
ꝛ glīam quitat / sed ad honorē
ꝛ glīam sponsi honorifice p̄ser-
uet / alis nō eēt amicꝰ sponsi /
sed potius adulter. Vn̄ Gregorius
dt / qꝛ adultine cogitacōis puer
reus eē est / si place oculis /
sponse desiderat / ꝑ que sponsus
dona transmittit / Quod nō faciebat
Apl̄s .1. corinth. xi. Despondi vos vni
viro / virginē castā exhibere xp̄o /
Sic ex ꝛ loquꝰ faciebat / quia
sponsam / s. ppl̄m fidelem nō
sibi retinuit / sed ad sponsū xp̄m
duxit / Sic igit̄ insinuat caritatis
sue fidelitatē / per hoc quod dt Ami-
cus sponsi / Tercio ꝑmanencia cū dt /

stat. s. firmus in amicitia ꝛ fidelitate
nō eleuatꝰ se supra se / Abacuk / Sup̄
custodiā meā stabo / 1 Cor. xv.
Stabiles estote et immobiles / Vn̄
Ber. amicꝰ sponsi ꝑmaneat fixus / et
sibi quasi coequalis / Jt attentor
tū dicit / et audit eū / i. attente co-
siderat modū quo sponsus sponse con-
git / In quo sim ecclesie explicat
modū istorū sponsalium / nā ꝑ fidem
celebrat / fides aut est ex auditu
Ro. x. vt audit / i. recenti obedit
disponendo de sponsa xp̄i s̄m in-
tencōem sponsi / Vnde Bo. audiat cū q̄si
inquirat / quod est contra malos platos
qui nō s̄m xp̄i mandata disponunt ec-
clesiam / Jt insinuat spualē iocūdi-
tatem / cū dt / Et gaudio gaudet
ꝑpt vocem sponsi / s. cū sponsus spon-
sam sua alloquitur / Et dt gaudio
gaudet / vt ostendat veritatē ꝛ ꝑfeccōem
sui gaudii / Qui enim nō gaudet de
bono / nō vero gaudio gaudet / Et
ideo si ego dolerem ex hoc quod xp̄us
qui est verus sponsus sponse / i. ecclesie
predicat / nō essem amicus sponsi /
Sed ego nō doleo / immo michi gau-
dium meū impletū est / s. quod video
ꝓpꝰ qꝫ dū despondeam sponsā / vꝫ sponsam
alloquentem / Sic michi gaudiū meū
impletū est / i. ad ꝑfectam suā me-
suram puenit / cū sponsa ita coniungit
sponso / quia ita hēo glīam meam /
ꝛ officiū meū ꝑfeci / Abacuk 3o. Ego
aut in dn̄o gaudebo / et exultabo i
deo ihū meo / Loquꝰ ergo sic bonus
mg͛r / iudet ad obitorum desclorem suorū
Primo namque dl͛i loquꝰ rememora-
bat status humilitatē in xp̄o dicē-
tem / tūc cāt ac si diceret / Hic xp̄s
est sicut vnus ex nobis / Secūdo loquꝰ
rememorabat status dignitatē in
xp̄o / vocans eū sponsū / ac si diceret
nō est sicut vnus ex vobis / Tercio dicē-
bat dl͛i de xp̄o / Hic baptizat /
ac si diceret / Eius nō ē baptizare /
Quarto loquꝰ dt / quod eius ē baptizare /
quia sponsa ecclesia / quod sibi in baptis-
mate copulata est / Vn̄ Theophilus
dicit / xp̄us sponsus ē / Ecclesia

vo sponsalium ubi quando efficitur
lauacrum est baptismatis / Tercio deli
ciosus volentes pnotare iocunditatem
ad zelum et invidiam / dicunt de xpo
omnes veniunt ad eum Johannis / aut dicunt
sic delectari gaudere / quia gaudet quod
omnes veniunt ad vocem sponsi / Sponsa
vero xpi est ecclesia quam amat ut sponsam
Ephesiorum vto . viri diligite vxores ve
stras sicut xpus dilexit ecclesiam / et tra
didit semetipsum pro ea / ut sanctificaret eam
mundans lauacro aque in verbo vite /
ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam /
non habentem maculam neque rugam / Hanc
sponsam zelat xpus / quasi zelotipa
Zacharie primo . zelatus sum ierusalem et syon
zelo magno / Hanc sponsam copulauit
sibi xpus duplici copulatione / primo
in conformitate nature Hebreorum secundo non e
nim usquam angelos apprehendit / sed
semen abrahe / vnde debuit per omnia
fratribus assimilari . ut misericors fieret /
Secundo in vnitate voluntatis in per
ffissim . i cor. vi qui autem adheret deo
unus spiritus est cum eo / de hac sponsa
generat xpus filios . verbo predicationis /
Jacobi primo voluntarie genuit nos
verbo veritatis / Tercio verum dei dicitur seme /
Matth ix . Et sicut vir bonus exhi
bet sponsam suam honestam victu
et vestitu / ita et xpus ecclesiam Ezech
xvj vestiui te discoloribus / et cal
ciaui te iacincto / et cinxi te bis
so et indui te subtilibus / et ornata
es auro etc. / Et declarat sponsa dicit
Qui habet sponsam sponsus est / Amicus autem
est regnare / mei autem non / nec in
videre / sed potius congaudere / tamquam
de prosperitate amici / Et cum celebri fama
notandum est quod illud verbum qui stat et
audit etc. primo declarat ipsius iohannis
perseverantiam humilitatem / de hoc augustinus
super Joh. / amice stat loquitur / quia
non cadit / amare non cadit quia humi
lis / vidi iohannem firmiter stantem / ecce
non sum dignus corrigiam calciamenti
eius soluere / vnde augustinus quod tanto est
solidius stat / quanto humilior / quia
quanto aliquis humilior tanto magis
cognoscit suam infelicitatem / et tanto
magis innititur dei immensitati /
quanto autem aliquis magis innititur

dei immensitati / tanto solidius stat
et fortius / Secundo illud verbum declarat per
seuerantem stabilitatem / vnde augustinus
Amicus custodit sponsam / vel vxorem
amici sui / dat quidem operam ut nec
alius ametur et iohannes sponsam debet
ut solus xpus amaret / Tercio illud
verbum declarat / ex parte iohannis statum sua
sim sublimitatem / non enim iohannes stat / quia
xpo adueniente / omnes status siunt
vnde lucas / non sum ita preposuit quod stat /
sed iohannes dixit / ut indicaret quod que
sua sunt ressauerit iam / et quem eum
de reliquo non restat nisi audire /
Quarto declarat ex parte iohannis di
simplicem ydoneitatem / ex eo quod dicit sic
audire / vnde augustinus / Gaudet iohannes
in audiendo / xpus autem in dicendo /
quia xpus verbum iohannes auris / Ga
udebat autem iohannes non propter se / sed
propter vocem sponsi / i. cuius doctrina
mente qua sponsa coniungitur sposo /
Amici sponsi sunt prelati / quibus commi
ssa est custodia sponse / ut ecclesie vnde
in persona eorum dicitur Canticorum primo / po
suerunt me custodem in vineis /
Isti amici debent stare / extenti ad
superna / per desiderium spem et con
templationem / vnde supra verbo stabat
iohannes et ex discipulis suis duo / Canticorum
vltimo / Que habitas in ortis amici /
fac me audire vocem tuam / vnde totum
gaudium prelatorum debet esse de hoc
quod sponsus loquitur ad sponsam / i. xpus
ad ecclesiam / ad quam loquitur quatuor
modis . scilicet per predicationem / per beneficiorum
largitionem / per inspirationem et flagel
lationem / Ysaie primo vocaui et renuistis /
extendi manum meam / et non erat qui
aspiceret / despexistis omne consilium meum /
et increpationes meas neglexistis /
Hinc quadruplici locutioni sponsi /
debet sponsa quadruplicem reddere /
scilicet per auditorum impletionem / per gratiarum
actionem / per assiduorum orationem / et vite
Job xiiii vocabis me et ego respondebo
tibi / Et audita est vox sponsi et
sponse / in gaudio veri amici scilicet
quia xpus amat et alloquitur eam / quia in hoc
debet esse totum gaudium amicorum
sponsi / i. prelatorum scilicet de prosperitate et honore

cenit. Unde in canonica iohannis tercia
maiorem horum non habeo graciam quam
ut audiam filios meos in veritate
ambulare. Sed hec mihi de amicis
sponsi magis hoc gaudet de au-
gmento persone quam proprie. cenit etc.
Consequenter dicit illum oportet crescere.
Solvit questionem quantum ad querimoniam
de profectu Christi. Et proponit tamquam
effectus quietativo assignat racionem
ubi cum de supra est etc. Dicit ergo quando
vos dicitis quod omnes veniunt ad Christum,
et sic proficit in honore et fama plus,
sed ego dico vobis, et hoc non est in-
iquus, quia illud oportet crescere, scilicet non in
se, sed quantum ad alios, inquantum
eius virtus eis magis ac magis
innotescit. Dicit Bernardus super Missus est,
ut crescat Christus. Non igitur ipse cre-
scit, quia in seipso non augetur, sed
in claritate fame apud homines.
Unde quantum ad hoc dicit illud oportet crescere scilicet
scilicet in morte, quia exaltatus in cruce,
me autem minui, scilicet in amputato
capite. Sed me oportet minui scilicet in
reverencia et fama, quia ad plenum
na honor et reverencia non debentur
michi sicut principali sed Christo. Et id-
circo veniente cessat exhibicio re-
verencie quantum ad me, et crescit quan-
tum ad Christum, sic veniente principe
cessat officium legati. I Cor. xiii°
Cum venerit quod perfectum est evacua-
bitur quod ex parte est. Et sic in celo
lucifer precedit solem, ad illuminandum
eo tamen adveniente cessat eius lux
secundum apparenciam, ita et iohannes precessit
Christum. Unde et lucifero comparatur. Iob
xxxviii° Numquid producis luciferum
in tempore suo. Designatur autem hoc etiam
in nativitate beati iohannis et in eius
morte. In nativitate quidem, quia
iohannes natus est eo tempore quo dies
incipiunt decrescere, scilicet viii° kalen-
das iulii, Christus vero quando dies incipiunt
crescere, scilicet viii° kalendas ianuarii.
Quantum vero ad mortem, quia iohannes
mortuus est minoratus per capitis
abscisionem, Christus vero sublimatus
per crucis exaltacionem. Et est autem
maximum signum vere dilectionis, cum

aliquis gaudet de alterius exaltacione
in sua depressione. Vel illud oportet
crescere in baptizando et in numero disci-
pulorum, me autem minui, quia baptismus iohannis
et discipulatus eius in proximo cessare debebat,
sed Christi crescere et ampliari. De hac am-
pliacione gaudebat apostolus Philippenses i° Pro-
ut per occasionem sive per veritatem Christus
annuncietur, in hoc gaudeo, sed et gaude-
bo. Moraliter autem hoc debet esse in
unoquoque nostrum, quia oportet illum scilicet Christum
in te crescere, ut scilicet in eius cognicione
proficias et amore, quia inquantum
tu potes magis cognoscendo et
amando proficere, tanto magis Christus
crescit in te. Sicut qui magis proficit
in videndo unam et eandem lucem,
reputat illam lucem magis crescere.
Et ex hoc oportet homines sic proficientes
minui in sua reputacione, quia quanto
plus aliquis cognoscit de altitudine
divina, tanto minorem reputat parvita-
tem humanam. Unde dicitur Proverbiorum xxx° Visio
ea cum quo locutus est deus. Et se-
quitur stultissimus sum virorum. Et Iob ultimo
auditu auris audivi te, idcirco ipse
me reprehendo etc. Et Augustinus super iohannem
Crescit in nobis gloria dei, minuatur
gloria nostra ut et in nobis. Est homo
interior et exterior, et hic est semper me
oportet minui, scilicet quantum ad hominem exteriorem,
illum autem scilicet interiorem hominem crescere. Et
in isto verbo notatur veteris hominis depo-
sicio et interioris reformacio. Hec autem
discipulis iohannis indiscrete pro magistro suo
zelantibus, et de Christo quedam facien-
tibus, multi sunt similes, qui magis
adherent verbis et hominibus, pro-
pter sunt opiniones illorum quos magis
diligunt, quam propter ipsam veritatem, quam
relinquunt, contra quod dicit philosophus: quod duobus
existentibus amicis, sanctum est prehonorare
veritatem. Et Plato dixit de Socra-
te magistro suo amicus quidem Socrates
sed magis amica veritas. Propter hoc
autem iohannes discipulos suos reprehen-
dit, in se forcius doctores, ut tales ad-
ulatores non recipiant, sed magis expel-
lant, secundum id sapientis ventus aquilo
dissipat pluvias, et facies tristis

lingua deficiente. Consequenter
Qui desursum venit super omnes est. Et
assignat rationem dictorum et hic. Dat
primo ex origine, secundo ex doctrina,
Qui de terra est etc. Circa primum sciendum
quod in rebus humanis ad hoc quod sit
perfectum oportet venire ad finem sibi debitum
ex sua origine. Sicut si aliquis ex
rege oritur, oportet eum tamdiu
crescere quousque fiat rex. Christus
autem habet originem excellentissimam
et eternam, et ideo tamdiu oportet il-
lud crescere per manifestationem sue vir-
tutis quantum ad alios, quousque
innotescat eum super omnes esse. Et
ideo dicit Qui desursum est, scilicet Christus secundum
divinitatem, super celos, nec ascendit
in celum nisi qui descendit de celo
etc. Infra viii°: Vos deorsum estis,
ego autem desursum sum. Super omnes est,
scilicet auctoritate et dignitate. Sed non solum
hic, sed et omnem creaturam. Intelligere oportet
quia quanto origo alicuius altior,
tanto debetur ei maior honor. Vel
etiam quantum ad humanam naturam desursum
venit, quia corpus Christi formatum
est virtute spiritus sancti. Vel etiam quantum
ad humanam naturam desursum venit,
id est de altitudine humane nature, as-
sumendo eam in altitudine sua secundum
quod fuit in primo statu. Consideratur
enim humana natura secundum triplicem
statum. Primus status humane nature
est ante peccatum, et de illo assumpsit pu-
ritatem, assumendo tamen non inquina-
tionem contagionis culpe originalis.
Exodi xii°: Erit agnus anniculus ab-
sque macula. Secundus status est post peccatum,
et de illo assumpsit passibilitatem
et mortalitatem, assumendo similitudinem
carnis peccati quantum ad penam, non
ipsum peccatum quantum ad culpam, secundum
illud Romanos viii°: Misit deus fi-
lium suum in similitudinem carnis pec-
cati. Tertius status est status resurrectionis et glorie,
et de illo assumpsit impassibilitatem [illegible]
et fruicionem anime. Sed cavendus est hic
error quorundam dicencium in Adam
remansisse aliquid materie non inqui-
natum macula originali et traductum

ad posteros usque ad beatam vir-
ginem, et de illo corpus Christi fuisse
formatum. Quod modo hereticum est, quia
quicquid in Adam materie fuit macula
originalis peccati inquinatum est. Materia
autem de qua formatum est corpus Christi
depurata fuit virtute spiritus sancti
in virgine beata [illegible] sanctificantis. Iste ergo
qui desursum venit et secundum divinitatem
et secundum humanitatem modo dicto super
omnes est, scilicet et preeminencia bonitatis secundum
illud psalmi: Excelsus super omnes gentes
dominus; et per auctoritatem et potestatem. Ephesios
i°: Ipsum dedit caput super omnem
ecclesiam que est corpus eius. Consequenter
cum dicit Qui de terra est de terra loquitur
ostendit rationem dictorum quantum ad doctrinam.
Et primo ostendit modum doctrine et
eius altitudinem, secundo dignitatem recipi-
endi vel non recipiendi ipsam doctrinam,
ibi Et testimonium eius nemo accipit. Circa
primum duo facit: primo proponit condicionem
doctrine Iohannis, secundo proponit condicionem
doctrine Christi, ibi Qui de celo venit.
Circa primum sciendum quod homo maxime
per loquelam suam cognoscitur. Mt 26:
Loquela tua te manifestum facit.
Et Mt xii: Ex habundancia cordis
os loquitur. Et inde est quod condicio doctrine
attenditur secundum condicionem hominis, et con-
dicio hominis consideratur secundum condicionem sue
originis. Sic ergo ad cognoscendum
condicionem doctrine Iohannis, quam primo
ponit condicionem sue originis, unde dicit
Qui de terra est, scilicet Iohannes, non solum
materialiter sed et effective, quia corpus
eius virtute creata formatum fuit.
Job 4°: Qui habitant domos luteas
et terrenum habent fundamentum. Secundo
condicionem eius conditionis, que terrena est,
unde dicit de terra est, id est terrenus. Et ideo
etiam doctrina eius terrena describitur
cum dicit de terra loquitur, id est de terrenis.
Ysaie 29: De terra loqueris. Sed
contra quod de terra loquitur, qui fuit spiritu
sancto repletus adhuc ex utero
matris sue. Respondeo secundum Crisostomum in-
telligitur terrena se loqui dicit in com-
paratione ad doctrinam Christi, quasi dicat

[illegible]

[illegible]

quod ea que loquor, parva 7 similia sunt /
qualia decens est principe terrene
nature, in comparatione ad illud in
quo sunt omnes thesauri sapientie et
scientie absconditi Col. 2o. ysa. c. 55.
Sicut exaltantur celi a terra, ita ex
altate sunt vie mee a viis vestris /
vel dicendum secundum Aug. 7 melius, quod
quod terrenus est in quolibet homine,
quod habeat ex se, 7 quod ex alio /
loquitur autem 7 quilibet homo primo
ex se habet, quod sit de terra, et ideo quantum
ad ipsum pertinet, non habet quod loquatur
nisi de terra, et si aliqua divina
loquitur, hoc habet ex dei illuminatione.
Eccl. 34. Cor tuum quasi fantasias
patitur, nisi ab altissimo illustretur /
unde 7 apostolus dicit 1 Cor. 15. non autem
ego sed gratia dei mecum. ait X
non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus
patris vestri. Sic ergo quantum ad ho
minem pertinet, de terra est, 7 de terra
loquitur, propter quod autem divinum loquitur, ideo fuit /
non respiciens fuit, sed illuminatus
dei qui illuminat omnem hominem. Econtra in
...dicit, qui de celo venit hic
ponit doctrine X commendationem. Et circa
hoc tria facit, primo ostendit conductoris
originem que est celestis. unde dicit
qui de celo venit, scilicet non modo dicta /
licet enim corpus xpi materialiter de
terra fuit, attamen tamen de celo venit /
in quantum virtute divina formatum
fuit / de celo etiam venit ratione persona
eterna 7 increata filii dei. de celo
venit, per carnis assumptionem. supra
eodem nemo ascendit in celum. Secundo
ostendit dignitatem, sive conditionis
que est altissima. unde dicit super omnes
est, 7 hoc est expositum supra 13o.
concludit dignitatem doctrine. sive
que est certissima. quia quod vidit et
audivit hoc testatur. xpus enim in
quantum est deus ipsa veritas, sed
in quantum homo est testis veritatis.
infra 18. Ego in hoc natus sum
7 ad hoc veni in mundum ut testimonium
perhibeam veritati, 7 ideo testimonium perhi
bet de seipso. infra 8. tu de te
ipso testimonium dicis. Sed testatur circa /

quia que vidit 7 audivit. infra primo
Ego que vidi apud patrem meum 7
que audivi hec loquor in mundo /
Sed nota quod aliter dicitur cognitio de
re per visum, 7 aliter per auditum. Nam
per visum habetur cognitio rei per ipsam
rem visam, sed per auditum non cogno
scitur per ipsam vocem auditam sed per
intellectum loquentis. Quia ergo dicitur scien
tiam acceptam a patre, ideo dicitur quod
vidit inquantum procedit de essentia pa
tris, 7 quod audivit inquantum procedit
ut verbum intellectus patris. Sed quia in
rebus intelligentibus aliud est eorum
esse, 7 aliud eorum intelligere, ideo aliter
accipitur ab eis cognitio per visum, et
aliter per auditum. Sed in deo patre
idem est esse 7 intelligere, ideo in filio
idem est videre 7 audire. Similiter etiam
quia in vidente non est ipsa natura
rei vise in se, sed similitudo eius. Similiter
7 in audiente non est ipsa conceptio,
sed signum ipsius, ideo videns non est
ipsa essentia rei vise, nec audiens
est ipsum verbum, sive conceptio loquentis.
In filio autem dei est ipsa essentia
patris accepta per generationem 7 est ipsum
verbum, 7 ideo in ipso idem est videre 7 audire.
Ex hoc ergo sic concludit, loquens quod ergo
doctrina xpi certior est 7 altior qua
mea, ideo magis est audienda xpus
quam ego, xpus enim in natura divina
existens, causa sapientiam tu patre. In humana
vero natura cognoscit omnia que deus co
gnoscit notitia visionis, ideo sicut doc
trina eius / etiam altissima, ideo debetur ei
excellentia maxima, non loquens propter
...ibi xpm in sapientia predicat /
quia loquens ut terrenus de terrenis
loqui potuit, sed xpus tanquam celestis
de celestibus, 7 per hoc loquens omnis
xpi perfectionem 7 certitudinem doctrine /
quia quod vidit, 7 audivit hoc testatur,
hoc est nisi docet vel testatur, nisi
hoc est quod vidit, 7 audivit, hoc autem est
quod vidit, 7 audivit / hoc autem est
certum testimonium quod sit ex visu oculorum
7 auditu verborum, unde ille verum est testis
qui quod vidit in ... ... 7 audit

in vbis coꝝ hic testat᷑ aliis istud et
vo vt sic accepit ita reddit vbo
7 facto / et ut ibi Et testimoniū eius nemo
accipit Qui primus baptista iohannes
commendauit xpi doctrina hic tractat
de fide / xpi doctrine adhibenda /
Et circa hec tria facit primo ostendit
caritate credencium / quod ptinet ad
complecion testimonij eius credendi de
bitum ibi Qui aut accepit / Tercio
fidei premium / ibi Qui credit in filium
Quantum ad primum qua᷑ sic dicens eius
xpus certa sciam habet 7 vba loquit᷑
in licet pauci testimonium eius accipiant /
non tamen propter hoc ipius doctrine derogat᷑
quia hoc non est ex parte eius / sed ex
parte eorum qui testimonium eius non accipiunt
s. de illis loquimur / qui non eum crede
bant / et phariseorum / qui eius doctrine re
pugnabant / et ideo dicit Et testimonium
eius nemo accipit / Hoc aut / quod dicit
nemo / pot dupliciter exponi. vno modo
nemo .i. pauci / quia quod aliqui acci
piant 7 aliqui non / ostendit subdens /
Qui aut accepit 7c / Hic modo loquendi
vsus est ewangelista in dicit supra primo
In ppria venit 7 sui eum non receperunt /
quia pauci eum receperunt respectiue /
quam pauci de iudeis crediderunt ad
adventum xpi / Alio modo nemo
dei testimonium est credere in deum / sed
non in deum credere pot ex se ipso / sed
ex deo / Ephe 2o Gratia saluati estis /
non ex vobis / donum enim dei est /
Et ideo dicit nemo accipit s. ex se / nisi
donetur illi a deo / vel aliter quod dictum
est in scriptura / de vno populo loquitur
vt de duobus / quia quando dominus pug
nat hic mundo / mali sunt permixti bonis /
Et ideo aliquando scriptura loquitur de populo /
respiciendo intencionem suam ad malos /
aliquando ad bonos / Et hic modo loquendi
vtitur / Ieremie 26. Cum propheta dixit omnibus
populis 7 sacerdotes quereba᷑ occidere
Ieremiam / respiciens intencionem suam ad ma
los / Et postea statim dicitur quod omnis populus
querebat eum liberare / loquitur de bonis /
Sic et hic Iohannes baptista quasi secundum suam
ad principia .i. ad malos / dicit Et te

stimonium eius nemo accipit / et ex alia
parte respiciens se ad dexteram .i. ad bo
nos dicit / Qui aut accepit eius testi
monium 7c / ubi ostendit debitum fidei
quod est supponere se veritati diuine /
Et circa hoc euangelista facit / primo
ponit diuina veritatem / secundo subdit
diuine veritatis denunciacionem / ibi Quem
enim misit deus / Tercio insinuat de
nunciandi facultatem / ibi Non enim ad
mensuram 7c / quarto assignat fa
cultatis racionem / ibi Pater diligit filium /
7c / Debitum aut fidei est / ut homo
veritati fidei se supponat / et ideo dicit
quod 7 si pauci testimonium eius accipiunt /
tamen qui testimonium eius accepit / quicunque
sit ille / signauit .i. signum quoddam
in corde suo pone quod verum posuit /
quod ipse xpus est deus 7 est verax /
quia ipse dicebat se esse deum / quod
si non esset / non esset verax / ut in
scriptum sit. Roma 3o / Est aut deus
verax 7c / q.d. quicunque accepit
testimonium xpi / ibi credendo 7 ad dic
cendo / eo ipso signauit .i. intrauit /
quia xpus est deus verax. dice
bat enim xpus se esse deum / et ideo
qui credebat xpo dicenti se esse
deum / ille ponebat in corde suo / quod ipse
xpus esset verus deus / De hoc
signaculo dicitur Cantica 8o / Pone
me sicut signaculum in corde tuo /
.i. signa me .i. vnum deum per amore
cordis 7 opinionem / 2a Thim 2o Fir
mum fundamentum dei stat habens sig
nullum / Nouit dominus qui sunt eius /
vel secundum Crisostomum / signauit .i. intrat
quia deus .s. pater verax est / quia
misit filium suum quem promiserat
mittendum / ille enim dicitur verax /
qui promissum adimplet / Aug dicit
ewangelista / ut ostendat eos qui non cre
dunt xpo / veritatem patris negare /
Et ideo statim subdit diuine veritatis
denunciacionem / dicens / Quem enim misit deus
vba dei loquitur / q.d. hic signauit /
quod xpus eius testimonium accipit / quem
deus misit / vba dei loquitur / et ideo
qui credit ei / credit patri / Infra 8o

Ego que audivi a patre meo, hec lo-
quor. Unde non loquebatur nisi paterna
et verba patris, quia missus erat a
patre, et ipse est verbum patris. Unde
cum in se loquitur, paterna loquitur.
Vel sic dicit quod dicit quia deus ve-
rax est, refertur ad Christum. Datur
intelligi distinctio personarum. Cum
enim pater sit verax deus, et Christus
est verax deus, scilicet quem deus vera-
x misit deo unum, distinctum ab eo
in persona, non in natura. Ignoratur
licet doctrina Christi fuit excellen-
tissima, tamen a carnalibus despicitur.
Ideo dicitur: Et testimonium eius nemo
accipit, id est nullus quod carnalis audire
voluit verum vel attendere exempla
spiritualis et veri predicatoris. Ad Corin-
thios: Animalis homo non percipit ea que sunt
spiritus. Stulticia est enim ei, et non
potest intelligere, quia spiritualiter examinatur.
Sed spirituales qui accipiunt de
doctrina eius sunt certi. Ideo dicitur:
Qui autem accepit eius testimonium
in manu per operationem, et in corde
per intelligentiam et amorem, signavit,
id est signo certissimo demonstravit, quia
deus verax est, quia quem misit nun-
tium misit. Per hoc enim quod aliquis accipit
verba nuntiorum eius tanquam vera,
ostendit quod ipse loquitur veritatem
per illos. E contrario, vero qui non vult
recipere verba nuntiorum dei, ostendit
quod deus non sit verax. Luce X:
Qui vos audit me audit, et qui
vos spernit me spernit. Vel signavit,
id est signum habebit, quia deus ve-
rax est, quia per hoc quod aliquis
accipit testimonium veritatis in manu
bone operationis, venit in memoriam
cognitionem veritatis dei. Johannis
VII: Si quis voluerit voluntatem
eius facere, cognoscet de doctrina utrum
ex deo sit. Gregorius: Virtutes iniqua
facienda, quam faciendo cognoscit.
Quis enim credere posset quod deus
verax esset dicens: Iugum meum suave
est et onus meum leve. Ait Christus
et multa talia, nisi gustasset. Bernardus:
Multi vident cruces
nostras, que non sentiunt unctiones.

Quem enim, o pie Ihesu, tam dulce est sentire
de te, quid erit gaudere de te. Quem
enim misit deus, verba dei loquitur, id est
de deo et ex deo et propter deum, non de
mundo, non propter mundum, non per mundo
sicut illi qui pro questu vel vanitatis
humana laude predicant, aut docent.
De quibus Michee III: Principes eius
in muneribus iudicabant, et sacer-
dotes eius in mercede docebant, et
prophete eius in pecunia divinabant,
sicut sunt sequaces Balaam, qui amore
muneris victus, voluit prophetare
contra populum dei, quibus imperat Ju-
das in canonica sua dicens: Ve illis qui
in via Caym abierunt, et errore
Balaam mercede effusi sunt, et in con-
tradictione Chore perierunt. Ysaie V: Ve
qui iustificatis impium pro muneribus,
et iusticiam iusti aufertis ab eo. Sed
heu multi sunt hodie lectores
et predicatores, qui multa verba in suis
lectionibus et predicationibus proferunt,
que non sunt ad edificationem, sed magis
ad derisionem. Contra quos Job: Procul
est lingua, que non nisi de divinis no-
vit componere sermonem. Aliqui enim locuntur
partim verba dei, partim verba philosophorum vel
alias fabulas facientes variam
predicationem. De quibus dicit Apostolus II Corinthios II:
Non sumus sicut plurimi adulterantes
verbum dei, sed ex sinceritate sicut ex deo
coram deo in Christo loquimur. Deuteronomii
IIII: Non addetis ad verbum quod vobis
loquor, nec auferetis ex eo. Sed eminentia
autem facultatis subest Christo maxime,
quia non ad mensuram accepit spiritum.
Et ideo dicit: Non enim ad mensuram
dedit deus spiritum. Posset enim aliquis
dicere, licet miserit eum deus, tamen non
omnia a deo loquitur, nam et prophete
quedam locuti sunt ex spiritu suo,
sicut II Regum VII legitur de Nathan
propheta, quod ex spiritu suo loquitur consulens
David, ut edificaret templum, quod
tamen ex spiritu et nutu divino retractavit.
Sed hic dicit Johannes Baptista: Locum non
habet in Christo, quia propheta accipiunt spiritum
dei mensurate, scilicet quantum ad aliquid

non quantum ad omnia, et ideo non quantum
ad omnia loquitur verba dei. Christus autem
quia absque mensura, et quantum ad
omnia spiritum recepit, non quantum ad omnia
verba dei loquitur. Secundo quod spiritus sanctus
datur alicui ad mensuram, ut patet in
mensuris secundum damascenum, et anathematizat athanasius
sic dicens: immensus pater, immensus filius,
immensus spiritus sanctus. Dicendum, quod datur
spiritus sanctus hominibus ad mensuram,
non quantum ad essentiam suam et virtutem
eius, secundum quam est infinita, sed quantum
ad dona, que dantur mensurate.
Christo ergo unicuique nostrum data est gratia
secundum mensuram donationis Christi. Notandum
autem quod hoc, quod dicitur hic de Christo
quod non ad mensuram dedit ei deus
pater spiritum sanctum, potest duobus modis intelligi de
Christo, secundum quod deus alio modo secundum quod homo,
ad hoc enim aliquid datur alicui, ut
habeat illud. Habere autem spiritum sanctum convenit
Christo, et inquantum deus, et inquantum homo,
et potest secundum utrumque habere spiritum sanctum,
Sed inquantum homo habet spiritum sanctum
ut sanctificantem. Ysaie 61: Spiritus domini
super me, eo quod unxit me, scilicet hominem.
Inquantum vero deus, habet spiritum sanctum
ut manifestantem tantum, quia ab eo
procedit. Iohannis xvi: Ille me clarificabit,
idest manifestabit, quia de meo
accipiet. Sic ergo utroque modo, et in
quantum deus, et inquantum homo, Christus
habet spiritum sanctum, non ad mensuram. Nam
Christo inquantum est deus, dicitur deus
pater dare spiritum non ad mensuram, quia
dat ei virtutem et potestatem spirandi
spiritum sanctum, qui cum sit infinitus, infinitum
dat ei pater sicut ipse habet,
ut scilicet sicut ab eo procedit, ita et a filio,
et hoc dedit ei per eternam generationem.
Similiter et Christus inquantum homo non ad mensuram
habuit spiritum sanctum. Nam hominibus datur spiritus
ad mensuram, quia gratia eorum ad mensuram
eis datur. Sed Christus inquantum homo
non ad mensuram accepit gratiam, et ideo
non ad mensuram recepit spiritum sanctum. Sed
notandum, quod in Christo fuit triplex gratia,
scilicet unionis, singularis persone, que est
habitualis, et capitis, que est influentie.
Et qualibet istarum recepit Christus non ad mensuram.
Natura gratia unionis, que non est
habitualis, sed quoddam gratuitum donum,
datum Christo, scilicet ut in humana natura sit deus et
filius dei, non participatione, sed per
naturam, inquantum ipsa humana natura
Christi unita est filio dei in persona.
Hec autem unio dicitur gratia, quia nullis
precedentibus meritis hoc habuit. Natura
autem divinitatis est infinita, unde ex ipsa
unione accepit donum infinitum. Sic
ergo non ad mensuram recepit spiritum sanctum,
donum et gratiam unionis, que spiritui sancto
attribuitur, inquantum gratuita. Gratia
autem habitualis dicitur secundum quam anima Christi
fuit plena gratia et sapientia, propter quod
dicitur: Iohannis primo: Vidimus gloriam eius
quasi unigeniti a patre plenum gratia et veritate.
De qua quidem gratia dubium esse potest, an
receperit eam non ad mensuram. Cum enim
huiusmodi gratia sit donum creatum, oportet
confiteri, quod habet essentiam finitam, et quod
quantum ad essentiam, secundum quod ipsa gratia
habitualis est quoddam creatum, finita fuit.
Sed tamen Christus dicitur eam recepisse
non ad mensuram, triplici ratione. Primo
quidem ex parte recipientis. Manifestum enim
est unicuique nature capacitatem esse
finitam, quia et si infinitum bonum recipere
possit cognoscendo, amando,
intuendo, fruendo, tamen ipsum recipit
finite. Est igitur cuilibet nature secundum
suam speciem et naturam determinata capacitatis
mensura, que tamen divine potestati non
preiudicat, quin possit aliam creaturam
maioris capacitatis facere. Sed iam non esset
eiusdem nature secundum speciem. Sicut si ternario
addatur unitas, iam erit alia species numeri.
Cum ergo non datur alicui de bonitate
divina, quanta est capacitas naturalis
sue speciei, videtur ei secundum mensuram aliquam
donatum. Cum vero tota naturalis capacitas
impletur, non videtur ei secundum mensuram
donatum, quia et si sit mensura
ex parte recipientis, non tamen est mensura
ex parte dantis, qui totum paratus est
dare. Sicut si aliquis vas ad flumen
deferens, absque mensura invenit ibi
aquam paratam, quamvis ipse cum mensura
accipiat, propter determinatam vasis

quantitate. Sic ergo gratia Christi habitualis
finita quidem est secundum essentiam,
sed infinite et non secundum mensuram
dicitur dari, quia ei tantum datur quantum
natura creata capere potest. Secundo ex parte
doni recepti. Nam donum seu gratia seu
actus, secundum rationem suam consideratus non
est finitus, eo modo quo finitur per
subiectum in quo recipitur, sed nihil
prohibet illud secundum suam essentiam finitum
esse, inquantum esse suum est in aliquo
receptum, illud enim secundum suam essentiam
est infinitum, quod habet totam plenitudinem
essendi, quod quidem soli Deo
convenit, qui est ipsum esse. Si autem
ponatur aliqua forma spiritualis esse
non in subiecto existens, puta albedo
vel color, non quidem haberet essentiam
infinitam, quia essentia sua esset determinata
ad speciem vel genus, sed tamen
tm totam plenitudinem illius speciei possideret.
Unde secundum rationem speciei absque termino
vel mensura esset, habens quidquid ad
illam speciem pertinere posset. Si autem in
aliquo subiecto recipiatur albedo vel
color, non habet semper totum quidquid pertinet
ad rationem formae huiusmodi de necessitate et semper,
sed solum quando sic habetur sicut perfecte haberi
potest, ita scilicet quod modus habendi adaequet
rei habitae potestatem. Sic igitur gratia
Christi habitualis finita quidem fuit secundum
essentiam, sed tamen dicitur absque termino et mensura
fuisse, quia quidquid ad rationem gratiae
poterat pertinere, totum Christus accepit,
alii autem non totum accipiunt, sed unus
sic, alius autem sic. Divisiones enim gratiarum
sunt, I Cor. XII. Tertio ex parte causae.
Nam in causa quodammodo habetur effectus.
Cuicumque igitur adest causa infinitae virtutis
ad influendum, dicitur habere id quod
influitur absque mensura et quodammodo infinite,
puta si quis haberet fontem qui aquam
in infinitum posset effluere, diceretur
infinite et absque mensura aquam habere.
Sic anima Christi infinitam et absque
mensura gratiam habet, ex hoc ipso quod
habet Verbum sibi unitum, quod est totius
emanationis creaturarum infinitum et
indeficiens principium. Patet autem ex his
quae dicta sunt, quod gratia Christi quae dicitur

gratia capitis, inquantum scilicet Christus est
caput, est actu infinita quantum ad in-
fluentiam. Ex hoc enim quod habet unde effundere possit,
quia absque mensura dona spiritus accepit,
habet virtutem effundendi ipsa absque
mensura, scilicet ut gratia Christi non solum suffi-
ciat ad salutem aliquorum hominum, sed
hominum totius mundi, secundum illud I Io. II:
ipse est propitiatio pro peccatis nostris, et non
solum pro nostris, sed etiam totius mundi; addi
etiam potest et plurium mundorum, si essent. Sic
igitur dicit: non enim ad mensuram dat
Deus spiritum, secundum primum modum declarat
in Christo unitatem deitatis, quia ipsum de-
clarat esse unum Deum. Per gratiam enim unionis
nullis meritis praecedentibus, collatum
est homini Christo ut esset verus Deus.
Unitas autem est quid infinitum et
non mensura. Ergo homini Christo datum est
ut sit quid infinitum. Et per hoc quod accepit
spiritum, id est gratiam et donum non ad men-
suram, alio modo idem designatur in Christo
repletio capacitatis. Et ideo dicitur
accepisse spiritum non ad mensuram, quia
tantum ei datum est quantum natura creata
capere potest, ita quod tota sua capacitas
repleta fuit. Vel ideo dicitur accepisse
gratiam non ad mensuram, non quia acce-
perit gratiam infinitam, sed quia accepit
gratiam secundum omnem rationem suam, et ad
omnem actum ad quem se gratia extendere
posset, ita quod alii sancti dicuntur habere
gratiam ad mensuram, quia ea habent ad
hunc actum vel illum. Christo autem non est
datus spiritus ad mensuram, quia sibi
datus est ad omnem actum. Non dupliciter
potest dici mensura, secundum limitationem et
dimensionem. Mensuram limitationis
voco, quo unumquodque creatum finitum
in sua substantia et virtute est limitatum.
Et mensuram dimensionis voco declarationem
alicuius ad aliquem actum secundum illud I
Cor. XII: divisiones gratiarum sunt. Idem
autem spiritus. Quando scilicet gratia datur alicui
ad aliquem effectum determinatum, sicut dicitur
ad Ephes.; Christus ergo gratiam habuit ad men-
suram primo, quia gratia eius non fuit in-
finita. Secundo non habuit ad mensuram,
quia non fuit arctata ad aliquas operationes.

sed ad omnem, sicut caput eius omnes sensus viget. Ergo in capite corporis naturalis sunt omnes sensus, in aliis autem membris sunt particulariter, sic in Christo capite nostro est omnis plenitudo gratie, in aliis autem diminute. Et ideo in isto verbo loquitur proponit sibi Christum in excellentia sue dignitatis et honoris, quia ipse in gratia omnes excellit. Et sicut iste sermo triplicatur unumquodque sic: Deus non dat spiritum ad mensuram, id est non dat sicut aliis sanctis, sed abundanter. Jacobi primo: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non improperat. Secundo sic: Deus non dat spiritum ad mensuram, quia non ad mensuram meritorum dat munera beneficiorum, nisi per misericordiam. Unde dicitur: Domine totum quod sum et vivo et possum, totum debeo pro mea creatione; quid faciam pro mea recreatione, nam et si ego milleties tribuere possem, quid sum ego respectu dei? Psalmus: Quid retribuam domino etc. Tertio Deus non dat spiritum ad mensuram, id est Deus non ad mensuram passionum dabit mensuram consolationum. Romanorum viii: Existimo quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Unde dicitur: Dic nobis domine quid preparas nobis: nunquid aurum vel argentum aut lapides preciosos? Sed hec vidimus et audivimus, sed et fastidivimus. Sed hec querimus, hec petimus, hec flagitamus quod oculus non vidit nec auris audivit etc. Non enim Deus dat spiritum id est gratiam consolationum ad mensuram passionum. Consequenter subdit: Pater diligit filium proprium, ostendit eius [?] quod Christus habet opportunam facultatem communicandi divinitatem divinam, quia omnia sunt in eius potestate. Unde dicit: Pater diligit filium suum et omnia dedit in manu eius. Quod quidem potest referri ad Christum secundum quod deus, et secundum quod homo, sed aliter et aliter. Si enim referetur ad Christum secundum naturam divinam, tunc li diligit non designat principium sed signum, id est non tenet causaliter, sed concomitanter et per modum signi. Non enim possumus dicere, quod pater dat filio

omnia quia diligit eum, propter duo: primo quia diligere est actus voluntatis, dare autem naturam filio est ipsum generare. Si ergo pater voluntate daret naturam filio, voluntas prius esset principium generationis filii. Et sic sequeretur quod pater generaret filium voluntate et non natura, quod est heresis arriana. Secundo quia dilectio patris ad filium est spiritus sanctus. Si ergo dilectio patris ad filium esset ratio quare omnia tradidit in manu filii, spiritus sanctus esset principium generationis filii, quod est inconveniens. Dicendum est ergo quod li diligit importat signum tamen, ut dicatur quod dilectio perfecta qua pater diligit filium est signum quod pater dedit omnia in manu eius. Unde exponendo hic verbum pater diligit filium ut referatur ad Christum secundum divinam naturam, tunc est sensus quod omnia dedit pater in manu eius, id est pater genuit filium sibi equalem ut tantus sit filius quantus est pater. Sic autem generando dedit omnia in manu eius, id est in potestate et virtute eius, quia genuit eum omnipotentem. Et omnipotens pater omnipotens filius. Huius autem dationis signum est dilectio de qua dicitur pater diligit filium. Non enim potest dici quod dilectio respectu filii sit principium filii, aliter voluntas prius esset principium respectu filii, quod tamen non est verum, quia filius est verbum. Verbum autem est ab intellectu. Si autem referatur ad Christum secundum quod homo, tunc li diligit dicit rationem principii ut dicatur pater omnia in manu filii tradidisse, scilicet que in celis et que in terris sunt, secundum illud Matthei ultimo: Data est michi omnis potestas in celo et in terra. Et infra x° [?] Oriens quia pater omnia dedit in manu eius. Dedit enim pater omnia Christo in quantitate, quia ipsum fecit heredem universorum. Hebreorum primo. Et huius rationis principium et causa est dilectio, quia diligit eum, et ideo dicit pater diligit filium. Dilectio enim prius est quam creatio di[?] qualibet creatura. Sapientie xi: Diligis omnia que sunt, et nichil odisti eorum que fecisti. De dilectione autem filii hec [?]

Colo 1 Math 3 et luc 3o hic est filius meus
dilectus Et [struck through] 3o Qui transtulit nos
in regnum dilectionis filii sui .i. in
regnum filii sui dilecti. Conclusio tunc
dicit qui credit in filium etc. Concludit
principale intentum s. sufficiendo fructu
fidei quia intencio baptiste fuit in-
ducere suos discipulos ad credendum xpo
ut ipse prius dixit est et intitatus
Et primo ponit fidei premium Secundo
infidelitatis supplicium ibi Qui autem
incredulus est. Premium autem fidei
est inestimabile quia vita eterna
Et hoc est quod dicit Qui autem credit
= que in filium non solum fide est verbotenus
sed qui adimplet operibus habet
vitam eternam s. in initio quia filius
dei est vita eterna Infra xiiij
Ego sum via veritas et vita vel al-
iter gratiam que perducat quietem hec vere
sicut semen arboris virtute arborem
Et hoc exprimitur cum dicit Sicut enim
pater omnia dedit filio. s. que habet et
ipse habet vitam eternam ergo et filio dedit
ut sit vita eterna Infra v° Sicut
pater habet vitam in semetipso sic dedit
et filio vitam habere in semetipso quod
quidem competit xpo in quantum est verus
et naturalis filius dei Prima Johannis ultimo
ut simus in vero filio eius ihesu xpo
hic est verus deus et vita eterna
Qui enim credit in eum habet id in quod
tendit s. ipsum filium inquam credit
Et quia ipse est vita eterna ergo
qui credit in eum habet vitam eternam
Infra x° Oues mee vocem meam
audiunt et ego vitam eternam do eis.
q̃r Supplicium autem infidelitatis est
intollerabile et quantum ad penam
dampni et quantum ad penam sensus
Quantum quidem ad penam dampni
quia privatur vita unde dicit Qui in-
credulus est non videbit vitam
Qui incredulus est. s. filio narran-
ti ea que sunt fidei non videbit vitam
.i. deum cuius visio est sua vite Et
non dicit non habebit sed non videbit
quia vita eterna consistit in visione
vere ut Infra xvij Hec est vita
eterna ut cognoscant te verum deum
et quem misisti ihesum xpm Qui ergo cognicionem et visionem incre-
dulus non habebit Job 2o non videbit
rivulos fluminis .i. dulcedinem vite eterne
Dicit autem non videbit quia videre vitam
ipsam est premium fidei formate
quia fides purificat oculum mentis
ad videndum vitam eternam unde qui incre-
dulus est non habebit gloriam sed penam
dampni. Quantum vero ad penam sensus
qua puniuntur unde dicit sed ira dei
manet super eum .i. vindicta et punitio
Ira enim in scripturis accipitur pro afflictione
qua deus malos punit unde cum dicit
ira dei prius manet super eum id est
ut sic dicat sentiat penam a deo prout
Et licet pater omne iudicium dedit filio
ut Infra v° tamen baptista refert hoc
ad patrem intendens per hoc incredulos
inducere ad credendum filio Et dicit in-
dicio dicitur hebreorum x° horrendum
est incidere in manus dei viventis
Dicit autem manet super eum quia ista pena
numquam ab incredulis deficiet Et
quia pena mortis que erit incredulis
non erit transitoria sed eterna unde per verbum
manendi notatur pene perpetuitas Et
per hoc quod dicit super eum pene gravitas
quia parata sunt derisoribus iudicia et
mallei percucientes stultorum corporibus
Et quia omnes qui nascuntur in ista
vita mortali habent secum iram dei quam
accepit primus adam Ephesios 2o Eramus
natura .i. per nativitatem filii ire Ab hac autem
ira non liberatur nisi per fidem xpi
et ideo qui non credunt in xpo filio
dei manet in eis ira dei C. iiij
c. iiij Ut ergo cognovit ihesus
quia audierunt pharisei
quia ihesus plures discipulos
facit et baptizat quam iohannes
quamquam ihesus non baptizaret sed
discipuli eius reliquit iudeam et
abiit iterum in galileam. Oportebat autem
eum transire per mediam samariam
venit ergo in civitatem samarie que
dicitur sichar iuxta predium quod dedit
iacob filio suo ioseph et cetera usque ibi
Erat autem ibi fons iacob et cetera

Capitulum quartum in quo posita doctrina
xpi de spirituali regeneratione / et quod xpus
gratia spiritualis regenerationis iudeis
communicauit / Hic quarto ostendit quomodo ipsa
gratia etiam ad gentes deriuata fuit per xpm
ut ostendat se saluatorem omnium / tam iu
deorum quam gentilium / Saluatoris autem
gratia xpi dicitur deriuata esse a xpo
in gentibus tam per doctrinam et per mira
cula Matthei ultimo / Et hec autem perfecti
predicare debuit / circa doctrinam domino co
operante et sermonem confirmante sequentibus
signis / circa miracula / primo ergo ostendit
generalem futuram conuersionem per xpi doctrinam
2o per miracula ibi post duos autem dies
exiuit inde / prima pars diuiditur in 4.
nam primo premittit quedam preambula
ad doctrinam / 2o ponit doctrinam
et eius effectum ibi / Venit ergo ihesus et dixit
ei / 3o ponit testimonium doctrine 4o narrat
ad primum tria preambula premittit /
unum ex parte docentis / aliud ex parte
eius de quo doctrina erat / ibi Erat
ibi fons iacob / tertium ex parte pre
audientis ibi venit mulier de samaria
ut etc. / Ex parte autem docentis est ea
que spectant ad eam doctrinam / et ideo dicit /
ut ergo cognouit ihesus etc. ubi tria
facit / primo innuit terminum a quo recedit /
quia a iudea / 2o subdit terminum ad quem
accedit / quia in galileam / 3o insinuat
medium per quod transit / quia per samariam
et quantum ad primum / ponit primo
tam recessus de loco / in quo erat /
2o exponit aliqua dicta in tan
ta assignata / ibi Quamquam ihesus non
baptisaret / tertio describit recessum
Reliquit iudeam ibi reliquit iudeam /
quantum ad primum dicit / ut ergo cognouit
ihesus quia pharisei etc. / volens pretermittere
euangelista ostendere / quod post quam bapta
zare cepit / inuidia motus est eorum / xpus
declinauit malicia phariseorum /
et sic continuat Sanctus thomas in glosa
continua / propter hoc loco dicitur / post quam
audiuit euangelista qualiter iohannes bapta
zare cepit / de eorum motu inuidia / quam
de profectu doctrine xpi conceperant / Hic
ostendit quo xpus declinauit phariseorum
maliciam / qua contra ipsum eadem causa
zelo inuidie mouebantur Et cum dicat

Matthei 22 Quod deo nota sunt omnia antequam
fiant / et hebreorum 40 / omnia nuda et
aperta sunt oculis eius / cum autem quo ipse
dicitur aliquid de nouo cognoscere
aut hoc de se diuinitate / aut secundum humanitatem
quomodocumque non hoc dicatur / uidetur falsum /
quia xpus ihesus omnia sciuit a natiuitate
ergo pro quanto nichil cepit cognoscere
Respondetur sunt xpus dicitur aliqua cogno
scere / quia non facit nobis ea sunt / Vel sit
Glosa hieronimi / Sic dicitur aliqua primo
cognoscere / quia post se cognoscere
ostendit / unde hic xpus nouit / sed tamen
nunc primo cognoscere ostendit / uel dicitur
quod xpus sciebat scientia / sed post quam
cognouit experimentaliter / et hoc non erat
in quibus secundum humanam naturam / Ihesus ergo
secundum diuinitatem suam / cognouit omnia
ab eterno / presentia et futura ut predicte
auctoritates ostendunt / Sed magister homo
aliqua de nouo cognouit / nouitia
experimentalia / et de hac dicitur hic /
ut ergo cognouit 1 postquam fuit ei
nunciatum / quia audierunt etc. et hac
cognitione de nouo / dispensatione
xpus semper voluit / ad ostendendam
veritatem humane nature / sicut et alia
multa humane nature propria voluit
facere et pati / Sed quid est quod dicit
euangelista / quia audierunt pharisei quod ihesus
plures discipulos facit quam iohannes /
cum ad eos non pertinebat / nam et ipsi mo
nebant / etiam iohannes propter rumorem suum / ne eum ac
cedebat / quia ut dicitur Matthei 21 / in diebus
quereret ab eis / baptisma iohannis unde
esset / dicebant intra se si dixerimus
de celo / dicet nobis quare ergo non cre
didistis ei / non ergo credebant iohanni /
Sed adhuc est duplex responsio / vna
quod ipsi discipuli iohannis / qui semper / contra
gratia xpm contendebant / erant pharisei
uel ex phariseis / uel phariseis consedebant /
unde dicitur Matthei 9 et luce 5 / quod pharisei
simul cum discipulis iohannis proposuerunt quaestionem
contra discipulos xpi / Et secundum hoc con
cludit euangelista ut ergo cognouit ihesus
quod audierunt pharisei etc. 1 postquam in
texit quaestionem et commotionem discipulorum
iohannis / qui erant uel pharisei / uel conse-

decrati eius / in baptismo suo et di
scipulorum eius / relinquit iudeam /
vel dimissa quia pharisei ex invidia tur
bati sunt / propter predicacionem iohannis /
vnde placuit herodi / quia rapuit eum /
Et hic patet quod ait xpo / vbi in xpi
loquitur de iohanne / dixit helias
iam venit / et fecerunt in eo quecumque
voluerunt / et postea subdit / Sic et filius
hominis passurus est ab eis / vnde glossa
dicit / quod pharisei instigaverunt herodem
ad incarceracionem iohannis et mortem /
videtur ergo probabile / quod similiter moverentur
contra xpm / ex hoc quod predicabat / Et
hoc est quod dicit quod audierunt scilicet ad
persequendum / pharisei inimici et
persecutores xpi / quia ihesus plures
discipulos facit et / decepto auditu dicit
Job xxviii / perdicio et mors dixe
runt / auribus nostris audivimus famam
eius / Sed boni audiunt ad obediendum /
ps Ecce audivimus eam in effrata et
sic adorabimus in loco vbi steterunt
Audierunt in eis duo / primum quod ihesus
plures discipulos facit quam iohannes /
quod quidem iustum erat / ut zelo / quia
ut dicit supra primo / xpm oportebat cresce
re iohannem minui / Secundum quod ihesus bap
tizabat / Et merito / quia hic ipse ma
ndavit ps Exurge domine scilicet ba
ptismo / in precepto quod mandasti /
scilicet de baptismo / et sinagoga populorum
per baptismum congregatorum / circumdabit te /
[illegible] in dicit quamquam ihc ~~iohannes~~ ihc
non baptizaret / Exponit / quasi dicat
supra de baptismo xpi quod audierunt
pharisei / quod baptizaret xpus / hic expo
nens evangelista dicit / quamquam ihesus non
baptizaret / sed discipuli eius / Augustinus dicit
hic apparet in quibus / nam et supra
dicat et baptizat / hic vero quasi
corrigens illud utpote ferm dicit /
quamquam ihesus non baptizaret / Et ad hoc
est duplex responsio / vna secundum Crisostomum /
quod hoc quod dicit evangelista / verum est / quia
xpus non baptizavit . aliquem / Et quod autem
dicit supra dictum est / et baptizat / intelli
gendum est cum fama crescente / ad
phariseos / quod xpus baptizaret / quia aliqui

crescentes ad ipsos phariseos dicebant / vos
sperastis in incarceracionem iohannis / quia
discipulos faciebat et baptizabat / sed ecce
hic scilicet ihesus plures discipulos facit quam
iohannes et baptizat / que ergo summitte
re / et ideo non dicit evangelista ex se / quod xpus
baptizat ~~sed hic est sensus~~ / sed quia
hec audierunt pharisei / Et ideo falsum
rumorem populi / volens evangelista corrige
re dicit / verum est quod hec audierunt pharisei
/ quod xpus baptizat / sed hic est sensus /
vnde subdit quamquam xpus non baptizaret
sed discipuli eius / Ideo autem secundum Crisostomum
xpus non baptizavit / quia in omni bap
tismate / quo iohannes et discipuli eius bap
tizaverunt / pro toto tempore ante xpi passionem
non dabatur spiritus sanctus / sed ad hoc
erat / ut assuescerent homines ad baptismum
xpi / et congregarent ad predicacionem /
Et ut ipse Crisostomus dicit / in quibus est quod
xpus baptizaret / si non daretur in illo
baptismo spiritus sanctus / qui non dabatur
ante passionem xpi / quia ut dicitur infra vii
nondum erat spiritus datus quia ihesus
nondum erat glorificatus / Sed secundum Augustinum
Bedam et verius discipuli xpi baptiza
bant baptismo xpi scilicet aque et spiritus sancti
qui in ipso baptismo dabatur / Et etiam
ipse xpus baptizabat / et non bapti
zabat / Baptizabat quidem / quia ipse
mundabat interius / sed non baptizabat
quia non tingebat aqua exterius /
nam discipuli prebebant ministerium pro ablucione
corporis / xpus vero prebebat spiritum in
tus iuvantem et iustificantem / quam
vnde ipse Iohannes baptizabat / Super quem
Super quem videris spiritum descendentem
et hic est qui baptizat / Ad hoc ergo quod
Crisostomus dicit / quod nondum erat spiritus datus
Bedam / quod non erat datus visibilibus
signis / sicut post ascensionem xpi datus
est discipulis in manifestacione scilicet in
linguis igneis / sed tamen datus erat et
dabatur per interna iustificacionem creden
tibus / Pro hoc autem quod xpus non per se
baptizavit / dedit exemplum quod maiores
prelati non occupentur in hiis
que per alios fieri possunt / sed ea maioribus

facienda relinquat, secundum illud I Cor. primo: Non
enim misit me Christus baptizare, sed
evangelizare. Sed autem queritur an discipuli Christi
baptizati fuerint. Dicendum secundum Augustinum ad Seleu-
cianum, quod baptizati fuerunt in baptismo
Iohannis, quia aliqui ex discipulis Christi fue-
runt eius discipuli. Vel quod magis credibile
est baptismo Christi, neque enim ministerio
baptizandi defuisse credendum est ut haberet
baptizatos servos per quos ceteros bap-
tizaret. Et hoc intelligendum est per illud quod
dicitur infra XIII^o: Qui lotus est non
indiget nisi ut lavet pedes. Et
post pauca sequitur: Et vos mundi estis. Ergo
utrum Christus et eius discipuli baptizaverint
baptismo Christi, videtur quod non, quia baptisma
Christi habet efficaciam a passione ipsius,
ergo illa non precessit, quia effectus non
potest precedere causam suam. Christus autem non-
dum passus fuerat. Respondeo dicendum quod aliqui
fuissent baptizati baptismo Christi ante
eius ascensionem in celum. Hoc maxime
videtur esse verum de apostolis et Christi discipulis.
Hoc autem non est verum, quia Christus volens
ad patrem ascendere, dixit eis: Iohannes
quidem baptizavit aqua, vos autem ba-
ptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies,
ut habetur Actuum primo. Baptisma autem Christi est
in Spiritu Sancto, ut habetur supra primo. Contrarium
videtur per dictum Augustini super Iohannem, quo quia
dicit quod Christus baptizabat, ut dictum est.
Hoc autem est baptizare baptismo suo.
Respondeo in hac questione et aliis huiusmodi que sunt
de illis, que non sunt per rationem sufficienter
investigari, ut veritas habetur
per expressam scripturam, tenendum est id quod
est magis conforme scripture et rationi.
Et ideo secundum hunc modum in hac questione
est [illegible], quia non est expressum
per scripturam quale fuit illud baptisma.
Dicendum ergo quod Crisostomus dicit quod illud fuit
baptisma Iohannis tantum, quia secundum ipsum
baptisma Christi nondum erat institutum,
nec gratia, quia in baptismo Christi dabatur
Spiritus Sanctus, qui nondum erat datus ante Christi
resurrectionem, secundum quod dicitur infra VII^o:
Nondum erat Spiritus datus, quia nondum erat
Christus glorificatus. Et ideo dicit quod discipuli

ante passionem Christi baptizabant tantum
baptismo Iohannis. De Christo autem dicitur
quod ipse non baptizabat, ut dicitur hic capitulo
quarto in principio, sed pro tanto dicitur bapti-
zasse tali modo, quia actio suorum disci-
pulorum ei attribuitur, sicut factum attribuitur
domino. Sed ista non videntur consona
scripture. Tum enim primo dicit baptisma Christi
nondum esse institutum, non videtur verum,
quia sacramenta ex sui institutione gratiam
conferebant. Et ideo tunc videtur baptisma
Christi institutum quando est data virtus
producendi suum effectum. Hoc autem fuit
quando Christus a Iohanne baptizatus tactu sue
carnis virtutem regenerandi contulit aquis,
et hoc tenetur a doctoribus. Licet neces-
sitas utendi hoc sacramento fuit inducta
post passionem, quia in passione Christi cessata
fuit figuralia sacramenta. Unde hic dicit
Augustinus in quodam sermone epiphanie: Ex quo Christus
in aquis mergitur, ex eo omnia peccata
abluit aqua. Ablutio autem auferens
peccata non est aliud quam Christi baptisma.
Ergo secundo illud quod secundo dicit apostolos baptiza-
sse baptismo Iohannis non videtur verum,
quia ibidem dicitur quod discipuli Iohannis movebant
questionem de baptismo Christi et suorum, quod
non esset, si Christus et sui discipuli
baptizassent baptismo Iohannis, quia
non tenderet ad Iohannis detrimentum, ut
eius discipuli murmurabant, sed magis ad
honoris augmentum, quia hoc si fuisset
tantum unum baptisma Iohannis et apostolorum,
ista questio de diversis baptismalibus
non haberet locum. Tertio autem quod dicit Christum
in propria persona non baptizasse, sed
tantum per discipulos suos, non videtur verum,
quia ut Actuum primo: cepit Iesus facere
primo et postea docere. Et ideo non est veri-
simile quod non primo baptizavit per se ipsum.
Et confirmatur per hoc quod alia sacramenta
Christus per se ipsum primo exhibuit, videlicet de
eucharistia, quia primo ipse corpus suum
consecravit et formam consecrandi apostolis
tradidit. Similiter sacramentum confirmationis
per manus impositionem exhibuit per semet
ipsum. Et ideo non est verisimile quod sacramentum
baptismi per semetipsum exhibuit. Tum

sit primum sacramentum. Et ideo dicit Augustinus quod Christus baptizavit discipulos suos baptismo suo scilicet aqua et spiritu sancto, ut dicitur Iohannis 3o quod ipse baptizabat. Postmodum tamen officium baptizandi eis baptizatis discipulis reliquit, intentus doctrine et predicationi. Unde et apostolus Paulus paucos per se baptizavit, ut posset predicationi magis fideliter intendere, ut habetur 1 Cor. 1, qua ibidem subditur: non enim misit me Christus baptizare scilicet principaliter, sed evangelizare. Et hoc est quod dicit Augustinus ad Seleucianam in epistola: Credibile est apostolos fuisse baptizatos baptismo Christi. Licet enim ministerio baptizandi defuit, ut fieret baptizator servus, per quos totos baptizaret, qui non defuit humilitatis ministerio quando eorum pedes lavit. Quantum autem ad illud quod habetur infra vii°: Nondum erat spiritus datus etc., intelligitur de datione spiritus sancti in signo visibili, et hoc modo non dabatur in baptismo Christi ante eius ascensionem; dabatur tamen invisibiliter gratia spiritus sancti. Et nota ad primum dictum quod baptisma Christi habuit efficaciam a passione, et ideo in principio dicitur a quo erat ipsa passio virtutem habebat. Eadem autem persona erat ante passionem et post, et per quam eadem tamen efficax fuit in baptismo Christi ab institutione ipsius, quando ex tactu carnis Christi data est aquis vis regenerandi. Ad 2m patet ex dictis quod apostoli ante passionem fuerunt baptizati baptismo Christi. Illud autem dictum est eis per ea: Vos autem baptizabimini spiritu sancto, non intelligitur de baptismo sacramentali, sed de infusione spiritus sancti in signo visibili, qui dicitur baptisma flaminis (?), quia in baptismo quod est sacramentum datur gratia invisibilis spiritus sancti sub ablutione aque visibilis, ista quo applicatur, et ita patet in tali etc. Et similiter intelligitur littera dicta: quamquam ihesus non baptizaret sed (?), licet primo baptizasset, ut dictum est, de discipulis eius. Tunc enim Christus dedit exemplum prelatis ecclesie committendi ea que possunt commode per ministros fieri, ut ipsi liberius possint in aliis exercitari. Sed queritur quando baptisma

Christi fuit institutum. Respondet Alexander in quarta parte: Multiplex fuit institutio baptismi Christi: materialis sive potestativa, quando dominus baptizabatur a Iohanne, Matth. 3o, quando collata fuit aquis vis regenerativa per contactum mundissime carnis illius, Luc. 3o: Baptizato Ihesu, et dicit glossa: Baptizatur dominus non mundari indigens, sed tactu mundissime carnis aquas mundans, ut vim abluendi haberent. Et Matth. 3o dicit glossa: non ex indigentia sed ex magisterio baptizatus est Christus, ut renatus filius dei omnes renatos filios dei sibi faceret. Formalis, Matth. ultimo: Euntes docete omnes gentes baptizantes eos etc. Tunc enim fuit institutum formaliter in expressione forme baptismi. Quantum ad finem, Iohannis 3o: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest videre regnum dei. Finis enim baptismi est introductio in ingressum in paradisum. Quantum ad effectum, Marci ultimo: Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit. Baptisma enim salvat a pena et a culpa. Quantum ad efficaciam et sanctificationem, quando de latere Christi exivit sanguis et aqua, Iohannis xix. Quantum ad efficaciam quia ex illo effluxit baptisma habens efficaciam in virtutem. Unde Ezech. 47: Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro. Quantum ad significationem quia sanguis et aqua illa erat signum baptismi et eucaristie. Officialiter quando misit discipulos binos et binos ad predicandum et baptizandum, ut dicitur Marci vi°. Tunc enim contulit illis officium baptizandi, sicut igitur dicimus sunt institutiones baptismi. Sed queritur quando institutio baptismi inducebat obligationem universalem. Dicendum secundum eundem quod a tempore institutionis non erat obligatio universalis, sed a tempore quo innotuit institutio per apostolos divinum vel preceptum. Unde Hugo Victor et Rom. (?) comprobat ex eo unum tempus obligationis cepisse, ex quo vel per institutionem preceptum, vel ante institutionem quilibet precepit baptizandi. Cum enim ut plurimum contemptores consistunt, per predicatores preceptum exhibitum, vel pauci non fuerint instructi forte quibus prius aut postea

ita ignorans fuisse dicatur / ad quem
instructionis noticia peruenisset nisi eam
culpa obstitisset / Et si dicatur quod in pas-
sione omnia legalia erant terminata / unde
non erat salus nisi per susceptionem sacramentorum
noue legis / Dicendum quod intelligendum quod sunt
ut sacramentum noue legis trahit in sacramento
veteris legis / donec sacra veteris legis
essent mortificata, et noua manifestata /
unde Hugo tractatus in passione cessit
veteris figure status sine acceperit / et
noui sacramenti constitucio exordium / tamen
et plus aliquanto tempore et noua inchoata
sunt ad consuetudinem / et vetera postquam non
tollata sunt deposita sunt / Et postquam sine dubio
passionem Christi ipsa circumcisio in statu suo
ad remedium sufficiebat / et tamen
tunc baptismus sine periculo salutis non
contempnebat ab hiis a quibus predicabat /
Ita post passionem quasi in statu suo
sufficiebat ad salutem et sine hoc circumcisio
sine periculo salutis non absque contempnebat
ab hiis quibus fides eius
nondum manifestabat / Postquam autem
dictum est ad Galathas v. Si circumcidimini Christus vobis nichil
proderit / Gal. v. / iam deinceps circum-
cisio per se potest ad salutem profici /
Est autem dictum est supra 3° / In quibus et
natus fuit etc. / Dicendum quod hic intelligitur
de illis quibus innotuit constitucio
baptismi per consilium sicut Nicodemo / vel per
preceptum sicut illis quibus innotuit per
predicacionem apostolorum / Et quia dicit non
innotuit alicui per baptismum instituto
baptismum, vel quia esset in loco re-
moto, vel occulto / et decederet / an iste
non baptizatus dampnaretur / Respondet Hugo
in libro de sacramentis ubi quomodo adhuc aliquos in igno-
tis et remotis partibus seu terrarum latebri-
bus degere contendat / qui forte mandatum
divinum de suscipiendo baptismatis
sacramento non acceperint / ego vel nescium illorum
esse / vel si forte aliquis talis est
si eius culpa non obstitisset, audiret et
scire potuisset ac debuisset, sine tractacione
assiduo, maxime in scriptis evidenter
... in omnem terram exiuit sonus eorum
... Consequenter ponit recessum Christi
... Reliquit iudeam et cetera de tamen
... propter scandalum vitandum / propter

fructum augendum, et propter exemplum dandum
Primo propter scandalum vitandum, ne scilicet iudei
propter zeli attencionem efficerentur peiores /
Sed hoc non sunt (?) tamen / quia vitas do-
ctrine / non est dimittenda propter scanda-
lum / secundum Gregorium super Ezechielem / unde Christus
non dimisit eius vitate (?) doctrine propter
scandalum vitandum / in multis locis
et precipue ut Christo / unde alia causa est
propter fructum augendum / quia ibi parum
profecisset / et alibi multum proficiet / et
tunc relinquenda est patria propter scandalum
an per alibi plus fructificare / Tercio
propter exemplum dandum / ut ondiret nobis ce-
lestium perfectionem fructorum vitate vel
declinare / Ut x. / unde Christus non horum
causa recessit ab eis, sed ab simile vo-
lens eorum livore et mitigans invidiam /
unde in festo unius / ambulabat Ihesus in
Galileam, non enim volebat in iudeam
ambulare / quia iudei querebant eum inter-
ficere / Fecerunt igitur hec primo ut subtra-
heret se invidie phariseorum / qui ex hiis
que audierat de Christo turbabantur et
persecutionem parabant / dans nobis
exemplum, ut pro mansuetudine, cedamus
malis ad tempus dando locum ire /
Concilium unius non litigeris in hoc lin-
guato et non struas ligna in ignem
eius / secundum Thomus linguati / Sed hec non sunt
tota causa / alia doctrina / ut ondiret nos esse
primum persecutores fugere / Math. decimo
Cum vos persecuti fuerint in una civi-
tate fugite in aliam / Tercia causa est / quia
nondum venerat tempus sue passionis / In festo
unius / Tempus meum nondum advenit /
Est et alia causa propter misterium ut per hoc
recessum signavit / quod deus eius propter
persecutionem iudeorum relicturus erant
iudeos / et iturus ad gentes secundum illud
Actuum xiii / vobis oportebat primum predicare
verbum dei / sed quia repulistis illud
et indignos vos iudicastis vite eterne
ecce convertimur ad gentes / Consequenter in-
dicit / Et abiit iterum in Galileam / ondit
locum ad quem recessit / dicit autem iterum
quia supra primo capitulo fecerat men-
cionem de quodam alio descensu Christi
in Galileam, quo post miraculum nupcia-
rum descendit Capharnaum etiam

ergo alii tres evangeliste non faciunt men-
tionem de illo descensu, primo. Ideo Io-
hannes [scripta] ut ostendat et det intelli-
gere quod alii evangeliste alia, que dixerat
Iohannes, ad quod talium omiserunt. Et
exigit toto ipse hystoria qtpancam.
Incipit textus. Dicit, Abiit iterum in Ga-
lileam, scilicet que remote erat a phariseis.
Per Galileam autem secundum unam interpretacionem
intelligitur gentilitas, ad quam Christus
a iudeis vadit. Galilea enim interpretata
transmigracio. Secundum aliam interpretacionem
per Galileam intelligitur gloria celestis.
Nam Galilea interpretatur revelacio. Conti-
nuo dicit Oportebat autem eum transire per
mediam Samariam. Describit medium
per quod transiit. Et primo in generali, secundo
in speciali, ibi Venit ergo in civitatem
etc. Medium ergo per quod transivit abiens
in Galileam est Samaria. Et ideo dicit
Oportebat eum transire per Samariam. Dicit
autem Oportebat, ne videatur contrarius sibi
Bothic, nam Mathei x° precepit discipulis
suis dicens In viam gencium ne abieritis,
et in civitates Samaritanorum ne intra-
veritis. Quia ergo Samaria terra gencium
erat, ideo ut ostendat quod non ex propo-
sito, sed ex necessitate illuc ~~venit~~ ivit,
dicit Oportebat. Et racio huius necessitatis
est, quia Samaria erat sita media
inter Iudeam et Galileam. De ista Sama-
ria sciendum est, quod ut habetur 3° Regum
xvi, Amri rex Israel emit montem
Samarie a quodam dicto Somer duo-
bus talentis argenti, et construxit civita-
tem in monte illo, quam Samariam
nominavit. Que secundum Bedam erat sedes
regni et provincie Palestine, et me-
tropolis, adeo insignis, ut tota
regio ei sociata Samaria diceretur.
Unde hoc quod dicitur hic oportebat
eum transire per Samariam non est intelli-
gendum quod per civitatem illam transitum esset
facturus, sed per regionem. Dicitur autem Sama-
ria recepit hanc nominacionem a monte,
quia mons Samarie Somer dicebatur
ab eo qui possidebat eum secundum Remigium,
vel ab eo qui habitabat ibi. Olim non
Samaritani sed Israhelite vocabantur.
Ipsis vero precedente filii Israel offen-
derunt deum, et rex Assyriorum ultra eos
ibi manere non permisit, sed in Babilo-
nem et Medos duxit. In Samaria vero
gentes ex diversis locis ductas habitare
fecit. Volens autem deus ostendere quod
non propter imbecillitatem iudeos tradidit,
sed propter eorum peccata traditi sunt, immisit
barbaris leones, qui eos ledebant.
Annunciata sunt hec regi Assyriorum, qui
immisit sacerdotem quendam traditurum eis
dei leges. Sed tamen neque ita ex toto ab
impietate desisterunt, sed ex media parte
attem ipse ptente, rursum ad ydola
quedam reflexerunt. Venerabantur tamen
deum, qui a monte Samor Samaritanos
se ipsos vocabant. Et sic ut dicit Nicolaus
de Lira, in regno decem tribuum habita-
bant gentiles, qui translati fuerant
a rege Assyriorum illuc, captivatis
inde x tribubus ut habetur 2° Regum
xvii. Conveniebant tamen cum iudeis ali-
qualiter, quia cum primo translati fuissent
in terra decem tribuum, dominus immisit leo-
nes eos devorantes. Et ideo rex
Assyriorum habito consilio super hoc, immisit
unum de sacerdotibus captivis, qui
doceret eos colere deum. Verumtamen hic
colebant ydola, ut ibidem, nec recipie-
bant omnes libros veteris testamenti, sed
tantum quinque libros Moysi. Et sic partim
erant gentiles et partim iudei. Christus
autem veniens de Iudea in Galileam
transibat semper per eorum regionem, et sic
habebat occasionem docendi eos, quia tran-
sibat per regionem eorum. Et quamvis iam destructa
fuit civitas Samaria, tamen regio
obtinuit antiquum nomen, quod adhuc remanserat in terra.
Et ideo speciale medium describens
subdit Venit ergo in civitatem Sama-
rie, id est regionis Samarie, que dicitur
Sichar, scilicet corrupte, lingua caldea(?);
hebraice vero Sichem, nunc vero
Neapolis dicitur, quarto miliario
a civitate que Samaria dicebatur, nunc
vero Sebaste dicitur, a qua tamen adhuc
regio Samaria denominatur. Distat vero
Sichem a Ierusalem xiii leucis, ad aqui-
lonem. Et est illa civitas de qua
habetur Genesis 33, ubi Iacob veniens

de mezopotamia emit agrum ab emor
principe civitatis sichen, et ibi fixit ta-
bernacula sua contra urbem, et ibi ad tempus
habitavit. Ubi filii duo iacob scilicet symeon
et levi indignati propter raptum sororis
sue dyne deflorate a filio regis
emor, occiderunt incolas civitatis
eiusdem et per consequens in possessionem iacob
cum habitans in ea fodit contra eam pu-
teos, per quos post vero circa mortem suam
dedit eam ioseph filio suo. Gen. 48.
Dicitur do tibi partem unam extra fra-
tres tuos quam tuli de manu amorrei
in gladio et arcu meo. Ad hanc civita-
tem sichar regionis samarie perte-
nit prope predium vel agrum quod dedit iacob
filio suo ioseph venit ihesus. Hec omnia
evangelista diligenter narrat, ut
ostendat, quod omnia hec contigerant circa
patriarchas fuerunt dirigenda ad christum
per quos christus figuratus est, et a
quibus secundum carnem descendit; per hoc
enim ostendit, se illud esse quod ioseph
prefigurabat, quem sol et luna venerabantur
et xi stelle astra famulantur, quem fra-
tres scilicet iudei, in quo odio perseque-
bant. Et hec patris agnite sicut ...
tuor vocabula in libra expressa sicut iacob,
quod interpretatur supplantator, ioseph
accrescens, sichar ramus vel conclusio,
samaria lana domini vel custodia domini.
Quod ioseph interpretatur domini augmentum, quod
iacob interpretatur deum preciosum sit. Ut Aug.
diligebat iacob filium suum ioseph
et deus pater unicum filium suum; infra
xvii. dilexisti me ante mundi constitu-
tionem. Misit iacob ioseph ut curam
gereret pro fratribus suis, et deus pater
filium suum ut oves perditas visitaret.
Gal. 4. Ubi venit plenitudo temporis
misit deus filium suum etc. Christus accrescit
quia dum lucidum in diminuitur ... ? mole
intercenit. Luce xi. Cum fortis armatus
etc. Osee xiii. O mors ero mors tua
etc. Sed ubi ... in sichar vel ramo crucis
in quo formatur hec conclusio: cui salute
humani generis in ligno crucis constituisti,
ut unde mors oriebatur inde vita resur-
geret etc. Sed quare formavit predictam
conclusionem? Certe, ut samaria ydolis dedita
fieret ei lana, ex qua ante tempus sibi
vestes proprias ibi texeret, scilicet carnem stola
hanc lanam purpuravit, quando eam a peccatis
sanguine suo rubricando lavit. Apoc.
primo. Dilexit nos et lavit nos a pecca-
tis nostris in sanguine suo, et in fide quasi
eam sibi induendo copulavit. Osee
2o. Sponsabo te michi in fide. Ad hanc
igitur premissa predicta dicit evangelista quod ihesus
venit in civitatem samarie etc. et cetera.

Erat autem ibi fons iacob. Ihesus er-
go fatigatus ex itinere sedebat
sic supra fontem. Hora autem erat
quasi sexta. Venit mulier de sama-
ria haurire aquam. Dicit ei ihesus: da
michi bibere. Discipuli autem eius abierant
in civitatem ut cibos emerent. Dicit ergo
ibi dicit ei mulier illa samaritana etc.
Ponitur preambulum doctrine, ex parte cui
secunda doctrina tradenda erat, et hec
conveniet quia doctrina futura erat de
aqua et fonte spirituali, et ideo sit hec
mentio de fonte materiali, ex quo sumitur
occasio disputandi de fonte spirituali, qui
est christus. Ps. 35. Quoniam apud te est fons
vite etc. Hic fons est baptismus, de
quo dicitur Zach. xiii. Erit fons patens
domui iacob etc. Circa hoc ergo tria
facit: primo describit ipsum fontem,
secundo sessionem christi super eum, tertio tempus
sessionis designat. Fontem quidem
describit cum dicit: Erat autem ibi fons ia-
cob. Sed contra infra eodem dicitur: puteus
altus est; non ergo erat fons sed puteus.
Dicendum secundum Aug. quod et fons erat et pu-
teus: omnis enim puteus fons est, sed non econ-
tra. Ubi aqua de terra scaturit et
usum prebet haurientibus, fons est; sed
quando aqua in superficie terre scaturit,
fons tantum dicitur; sed ubi in alto et in
profundo scaturit, ita puteus vocatur,
ut nomen fontis non amittat. Dicitur autem
fons iacob, quia ipse puteum illum
fodicavit, in illa terra propter defectum aque,
ut dicitur Gen. 26. Dicitur autem ille fons ad-
huc ibi esse non longe a porta sichen
et hactenus sic vocatus fuit, sed ex
eventu sequenti quem postea puteus
samaritane est agnominatus. Unde
que fuit circa constructa in modum crucis.

Sini strai

in cuius medio ipse puteus est situs / ad cuius similitudinem ondit manso iacob / et predium quod dedit filio suo / de isto autem xpi imminet in publicit / ihesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem / In hac sessione ihesus multa pro signavit primo infirmitatem / et veritatem humane nature / nam xpus volens in se ondere veritatem divine nature humane permittebat corpus suum agere et pati que sunt propria hominis / volens etiam in se ondere veritatem divine nature / sanebat et operabat propria dei / unde cum influxio divine nature retrahe bat a corpore / esuriebat et fatigabatur cum vero virtutem divinam corpori exhibebat / sitiebat non esuriebat / et in laboribus non fatigabat / unde dicit augustinus eo quod ieiunavit xl diebus et xl noctibus / assumpsit enim non solum humana natura / sed etiam conditiones eam / quos pro deceret ipsum assumere / unde in pene sunt contrarie virtutis perfecte / et temperantie humane nature non praelatione / assumpsit penalitates tam corporales quam spirituales que re spiciunt natura humana in quantum / sicut famem / sitim in abstinentia alimenti / tristitia et horrorem in presentia mortis / et cetera huiusmodi / calorem / frigus / lassitudinem / et similia / nec tamen omnes defectus corporales assumpsit / sicut sunt diversitates egritudinum multiformium / nec omnes spirituales / sicut sunt ignorantia / peccatum / rebellio carnis / ad spiritum / Secundo in sessione xpus patefecit sua paupertatem / quia super nuda humu sedebat / non in throno vel pulvinari / sed simpliciter / et ut contingebat super terram / erudiens nos ita a prosperitate alienos esse debere et ut multa non nisi absumendam unde apostolus ii cor viii / scitis gratiam domini nostri ihesu christi quia cum dives esset factus est pauper / Tertio humilitatem suam sue passionis per cognitionem sessionem meam et resurrectionem meam / Quarto docendi auctoritatem / docebat enim sicut potestatem habens et sui magisterii dignitate / infra xiii vos vocatis me magister et domine et bene dicitis sum etenim / Quinto sedit nihil

penalitates

fatigationem sponte conatus nobis in exemplum ut non refugiamus laborem propter salutem aliorum / sicut ipse non refugit labores propter salutem nostram unde ps. pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea / De hac fatigatione dicit augustinus non enim frustra ihesus fatigatur / per quem fatigati recreantur / quo deserente fatigamur / quo presente firmamur / fatigatur tamen ihesus et fatigatur ex itinere et sedet iuxta puteum / et hora vi a fatigatus sedit / Iter ipsius est caro assumpta pro nobis / Quo enim iter esset qui ubique est / quo non est / quo iret aut unde iret quo nusquam deest / quo it aut unde it quo ad nos veniret nisi forma visibilis carnis assumeret / Quia ergo venire ad nos eo modo dignatus est / ut in forma servi / assumpta carne appareret / ipsa carnis assumptio est iter ipsius / Filius dei fatigatus est ab itinere quod quid est aliud / quam fatigatus in carne / infirmus in carne ihesus / sed tu noli infirmari / in illius infirmitate / tu fortis esto / quia quod infirmum est dei / fortius est hominibus / Infirmitas enim fortem ihesum et infirmum ihesum. Si vis videre quam fortis sit audi iohannem dicentem omnia per ipsum facta sunt / et hebr. i portans omnia verbo virtutis sue. Si vis videre quam infirmus sit ihesus / audi eum dicentem per psalmum / Ecce ipse homo despectus et novissimus virorum / dolorum cum despectum et novissimum virorum dolorem et scientem infirmitatem / Fortitudo xpi creavit te / infirmitas xpi recreavit te / i. redemit / pater ondens infirmitas eius / quia fatigatus sedebat super fontem ut se fontem demonstraret actorem / In super sedebat super fontem ut ondeat fluenta gratie in se requiescere / quod veniat esse dere et infundere omnibus in se credentibus / infra vii / Si quis sitit veniat ad me et bibat / Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquae vivae / unde ps. sitivit anima mea ad deum fontem vivum / Et signat per illum fontem de quo scribit Ber.

fons ascendebat de terra et irrigabat
universam superficiem terre. Iste fons est
xpus a quo prodit quadruplex flu
vius in aqua. Primo aqua mundicie
Ezech. 36 effundam super vos aquam
mundam et mundabimini ab omnibus
inquinamentis vestris. [illegible] aque a
xpo fluentis xpus dicitur fons mundicie.
Hic fons dicitur baptismus qui virtutem
mundativam ex virtute passionis xpi.
De quo dicitur Zach. xiiio erit fons
patens domui david et habitatoribus
ierusalem in ablucionem peccatoris et men
struate. Baptismus enim mundat pecca
torem et menstruatam quia abluit tam
peccatum actuale quam originale. Secundo aqua
sapientie de qua Eccli. xvo aqua sapientie
salutaris potavit eum. [illegible] aqua
aque xpus dicitur fons sapientie
Eccli. primo fons sapientie verbum dei in ex
celsis. Hic fons est sacra scriptura
irrigans enim doctorum corda. Prov. 5
deriventur fontes tui foras et aquas
tuas in plateis divide. Tercio aqua
gratie de qua Iohannis vii qui credit
in me flumina de ventre eius fluent
aque vive. [illegible] aque xpus dicitur
fons gratie Iohannis 4 qui biberit
ex aqua quam ego dabo fiet in eo
fons aque salientis in vitam eternam.
Hic fons est gratia Ieremie secundo me de
reliquerunt fontem aquarum vivarum
dominum. Quarto aqua vite de qua in
Iohannis 4 qui biberit ex aqua quam
ego dabo etc. Racionem huius dicitur fons
vite in psalmo et Apoc. [illegible] deducet
eos agnus ad vite fontes aquarum.
Omnes aque istorum fontium procedunt a xpo
Ysa. xiio haurietis aquas in gaudio
de fontibus salvatoris. Sed iste aque
non fluunt nisi in humiles. Ps. qui emit
tis fontes in convallibus id est in hu
milibus. Ergo sunt quatuor fontes
per quos [illegible] dyabolus. Primus est fons
immundicie de quo Levit. xxo qui re
velaverit mulieris fluxum menstruo
et ipsa revelaverit fontem sanguinis sui ut
perpetuo morte moriatur. Mulier men
struosa et immunda est racio nostra
in illa [illegible] qui eius [illegible]

Hic ptolomeus philosophus in almagesti prologus: Quanto inter sapientes humilior inter sapientes sapiencior, sicut locus declivior plures recipit aquas.

Secundus est [illegible] Prov. 25
fons turbatus pede et vena corru
pta iustus cadens coram impio.
[illegible] impius [illegible] in hoc iusto
mala et bona relictis bonis secta
mala. Tercius est curiositatis vane
unde dicitur Eccli. 26 de [illegible] curiosa sicut
viator sitiens ad omnem fontem os
aperit et ex omni aqua bibit quia curiosus
totum sensibile vult scire et de omni [illegible]
attemptare. Quartus dampnacionis eterne
Apoc. viiio Stella magna ardens
cecidit in fontes aquarum et nomen eius
dicitur absinthium quia dyabolus de celo cum
[illegible] cecidit in [illegible] calamitatem
penarum ad quas trahit omnes suos [illegible]
[illegible] Ad illa [illegible] dicit
Iohannis Sedebat sic super fontem. [illegible]
[illegible] Hora autem
erat quasi sexta. Xpus illius passionis
[illegible] Iohannes ut [illegible] illius
fatigacionis exprimat quia in calore
homines laborantes magis fatigantur
[illegible] calor intemporis est hora sexta
[illegible] que calorem [illegible] et ipse super
fontem sedit in quo [illegible]
xpus per magnum tempus ambulavit pre
dicando et ideo fatigatus sedit super
fontem. [illegible] autem causa assignatur triplex. — triplex [illegible]
Prima quia xpus in sexta etate mundi
venit in mundum per carnis penalitatem
assumptam. Secundum Augustinum sexta hora
unde dicit quare hora sexta quia etate
sexta. Computa tanquam unam horam
unam etatem ab adam usque ad noe. Secundam
a noe usque ad abraham. Tertiam ab abra
ham usque ad david. Quartam a david
usque ad transmigracionem babilonis. Quintam
usque ad baptismum Iohannis. Inde sexta agitur.
De hac sexta etate dicit Hugo libro de
archa noe sexta etas que nunc agitur
nulla annorum serie certa est sed ut etas
decrepita ipsa morte finietur. Quamvis
[illegible] etas cum [illegible]
[illegible] etatibus felici morte [illegible]
Septima iam [illegible] etate [illegible]
[illegible] octava [illegible] resurrectionis etatem
in qua [illegible]
[illegible] Quamvis ergo hora sexta sit non
[illegible] et finis [illegible] tamen non est tam

toleret sitienda quia ut dicit Augustinus li.
83 questionum Senectus hominis que inci-
pit a sexagesimo anno potest protendi usque
ad centesimum vicesimum annum hominis
quamvis in homine potest vivere et propter quod quia
hec etas tamdiu durare potest sicut
omnes alie et in ea incepit finis mundi
et tamen etatis duracio. Tercia racio sexta
die ebdomade pro nobis passus est
xpistus. Quarta quia in sexta hora ista
fatigacio xpisti fuit signum passionis
eius future. Illa hora Item illa hora
sol in alto consistit et non restat
nisi ut declinet ad occasum quia tunc
incipit recedere a medio celi ipsius
circulus. Sol autem spiritualem prosperitatem
signat. Job 31 Si videbam solem cum
fulgebat. Tunc ergo xpistus venit cum
sol id est prosperitas mundi in alto steterit
et in cordibus hominum per amorem floruit
sed per eius a cordibus hominum amor
mundane prosperitatis clamare debuit.
Sexta igitur hora sedit iuxta fontem
ut ex se fonte aquam vivam promitteret
venture samaritane, tamquam in eo
de eo fontem cogitum et fidei ut
aqua sapiencie et intus ab ore fontis in-
telligibilis hauriens. in ceteros per quem
modum eius danaque distillaret. Venit
videbitur venit mulier de samaria
haurire aquam ubi post perambulacionem
doctrine ex parte audientis ...
per quam enim ... quod se obtulit
locus ad quiescendum, sicut ...
quod se obtulit opportunitas ad collo-
quendum et docendum. Et sicut ... tua
facit, primo ponit personam cui exhi-
bet. Secundo innuit ... ad
doctrinam per peticionem potus ibi dicit
ei ihesus da michi bibere. Tercio
ponit interrogacionem ... ibi dicit ei mu-
lier illa samaritana. Persona autem
cui exhibet doctrina est mulier sa-
maritana unde dicit venit mulier
de samaria haurire aquam de sama-
ria scilicet regione, de civitate scilicet
que samaritanorum metropoli. Hau-
rire aquam scilicet ... propter defectum cor-
poralem sed in misterio propter defectum
spiritualis aque scilicet doctrine et gracie
inter quam et xpistum dyalogus fuit.
quia plures locuciones mutuo ...

Aliqualiter ista mulier est etiam gencium
nondum iustificatam nec purificatam, que
ab ydolatria detinebatur sed in xpisto
iustificanda. Venit autem ab alienigenis
scilicet a samaritanis, qui alienigene fu-
erant a iudeis, eas vias terras
incolentes. quia ecclesia de gentibus ali-
ena a gracie iudeorum venturus erat ad
xpistum, Matthei viii multi venient ab
oriente et occidente et recumbent cum
abraham ... autem mulierem etiam
significatem ... probabat ad sue doctrine
capacitatem. ... a muliere petit
potum corporalem, volens ei reddere
potum spiritualem, quia modus instruccionis
huiusmodi est quod ... ad intellectualia
deducat. Dat ergo ei primo occasionem
quesiti, secundo etiam interponit opportu-
nitate querendi ... sed autem
eius abierant in civitatem ... occasio
autem et spacio mulieris fuit peticio ...
quia non est efficax predicacio xpisti
fidei nisi ...
non consentit nisi adeo contentet. ...
dominus mulierem contat postulando ab
... potus, quod mulier ... potat
quia aquam haurire venerat. unde dicit
ei ihesus da michi bibere. petit namque
potum quia prebebat aqua propter estum
diei, et salutem hominis propter amorem
eius. unde et in cruce pendens dicit sicio
unde Augustinus dominus petit fidem quam
pro omnibus fudit sanguinem. Queret
aliquis quomodo dominus petit ab ea potum
legem non attendentem. Dicendum secundum Crisostomus
quod petit potum quia indifferens erat
ei, has observancias preterire. similiter
etiam hominis dominus erat sabbati
unde tanquam dominus legis poterat uti
vel non uti legalibus observanciis
secundum quod ipsi expediens videbatur
Nonus quod quedam glosa dicit licet
ihesus preterire posset per fatigacionem
tunc tamen potum non exigit, sed ut con-
cordie gencium ei potius efficacia de-
predicat, sicut in diu quod occasionem quasi pote-
maliter intendebat xpistus ... ma-
liciem excitare ad potum spiritualem
unde et fatigatus excitat eam ad consi-
nendum rite fidei, petendo observanciam
potus, et promittendo ei beneficium spiritu-

petendi obsequium a muliere que erat absentia de loc[is] a quibus potuisset aquam petere si fuissent presentes

utebat, quia no erat ibi desli eius
a quibus potu petijsset / et id dicit
ewan q desli eius abierat in ciuitem
ut cibos emerent / quia iux fontem
comedere voluerut ut pauperes, ut
ad hospina magna declinabant /
vbi de xpo tria notat p̄o eius
humilitas in eo q solus a deslis re
linqbat / dabat em mltr del suis
et imitatoribus exem ocm supbiam
qculcare / Crisos in ꝯ potat p vel
let, aut no omis ꝯmittere / aut ab
euntibus illis / alios mistros hre
sed noluit / et em deslos ita assue
assuefecerit ocm supbiam qculcare /
Sed quereret aliquis quare necitas fuit
xpm deslos ad humilitate assuefacere
qum pastatos exstant / et habeerna
meliore sectores / sed aduerte debent
qui talia dicunt / q repente pastatos
homoi / fcti sut reuerentiores ambo
regibus / famdiores pris et rectho
ribus, et familiares dm̄ orbis te
rare, et tales sic repente et subito
p motu / qsueuerut supbie, utpote
in expti, ad tm honorem, ideo dixt
eis act xi. dimite amce quia mitte
sut, et humiles corde / Criso maxime
qui ex humilibz sut / qm dignitates
assumuntur, facilius ad supbiam ele
uantur, velut inexperte sic habetes ad
tm honorem / debuerunt ir deslos
dns in eadem humilitate erudie
bat eos / ut p omnia se restrigant.
Sco notat hic xpi parsimonia
ta ita pare / de cibis curabat / ut
eos nichil ꝯ incombile sciu ferret.
ad implens illud act iii nolite
solliciti esse te / multi pq labores
qrut minimas resollatos + i sector
qui plq exigunt iusto dato, qua ex
expendut in siuatio / no pq labore
mouem exo xpi ad parsimoniam
et sobrietate / in hic q fatigatus se
dens iux fontem pcepit aqua in
potu / et de cibo no fuat adhuc
ei hora bona dici prandij / tertio ia
sollicitudia relicto dm signabat q
dns desli erant ipm solum in terre
relicturi ysac. 63 torcular calcaui
solus / quarto dns voluit solus
manere / sciebat em venturam et ut

nulli pn hore pti loquet / ppa hic
dispensacom egit / ut solus remaneret
Sed quis quoquo dns deslis suis
precepit ut ciuitates samaritanorum
no ingrederent / et ut in via gentium
no abirent mat x et math xv,
dixit no sum missus nisi ad oues
q pierut domus isrl / vn est hor
q dns nec samaritanis pdicat /
vi em hure pro precepto Rndet
q dns hic deslis prohibuit / no quia
malu esset / sed ne iudeos adquos
pmo venat scandalizaret / no precepit
q ex principali proposito no iuerant ad
eos / vn nec dns se ingessit / sed
quia volt omis hoies saluos fieri
et opportunitas se obtulit / et mulr
ad eu venit / et ie vm pdicatois
ei apuit / vn Crisos nc quis dicat,
qm aduisat pro precepto samarita
nis loquens, posuit ewan multas
causas eq que ad mulierem erat lo
cutionis / no em adeit venit ante
dictus ut samaritanis loqueretur /
no tn quia pz hic no venit / venie
tem ad se expellere orbat hic
hz de deslis ex quo iudei erat / vn
quodno debat samaritanos qtiare
Itm dns precepit eis ne hrent argentu
math x nolite possidere aurum neqz
argentu, tn quo go meruit emere
cibos p pecuniam no hueruit / Rn
ad pm q desli dixerant a dno
nichil esse intrad que ul i iudeos /
vel dom ap aliqui tibi cant in
differentes quo ad iudeos et samari
tanos panes et poma / et tales ci
bos merat emere / hz qr obtinere
q no debat hre argentu / dem
quia nodu cant misi, miracula
facere ul pdicare / et quia erat in
terra aliena et ignota / ubi panes et
alios cibos hre no potant, gratis
io p mitte hre argentu portabat
et sic licitu fuit eis cibos extore
emere / et ciuitates intrare / vnde
et xpus et desli eius tribus modis
legunt fuisse sustentati in corpa
libus necitatibus / pmo quidem
in mensis alienis, ad quas invitabat /

sicut patet in pluribus locis evangeliorum /
Ideo leguntur fuisse sustentati ele-
mosinis mulierum, et maxime in ipsis
ut marie magdalene, et aliarum multarum
que ministrabant ei de facultatibus suis
Luc. viii°, Tercio leguntur sustentati
de loculis a iuda portatis, Iohannis
xii°. Fur erat et loculos quos eis
mittebantur portabat / Ergo licet vel
aliquem mulieres tribuebant quod tamen non
legitur / vel non erat loculi propter
regionem inhospitalem, sicut et post
passionem xpi dispensatum est tunc
eis propter tribulaciones et vehemenciam
persecucionis / Quid autem mulier dixit
petenti iudeo, sequitur ewangelista dicens
Dicit ei mulier illa samarita-
na Quomodo tu iudeus cum sis, po-
scis a me bibere, que sum mulier
samaritana non enim coutuntur
iudei samaritanis Respondit Ihesus
et dixit ei. Si scires donum dei,
et quis est qui dicit tibi, da mihi
bibere. tu forsitan petisses ab
eo et dedisset tibi aquam vivam.
Dicit ei mulier. Domine neque in
quo haurias habes. et puteus
altus est, unde ergo habes aquam
vivam. numquid tu maior es
patre nostro iacob. qui dedit no-
bis hunc puteum, et ipse bibit
ex eo, et filii eius et pecora eius/
Respondens Ihesus dixit ei. Omnis
qui biberit ex aqua hac, sitiet
iterum. Qui autem biberit ex aqua
quam ego do ei, non sitiet in e-
ternum, sed aqua quam ego do
ei fiet in eo fons aque sali-
entis in vitam eternam. Hic
Consequenter preparat dominus mulierem ad
recipiendum spiritualem doctrinam, dan-
do ei occasionem querendi. Circa quod primo
quo modo / Et primo proponitur eius
questio / Secundo assignatur questionis racio /
ibi / non enim coutuntur etc. Circa primum autem
quod dominus petierat a muliere potum, in-
tendens magis de spirituali potu
quam corporali / mulier non potum

spiritualem, non dico capiens, intende-
bat solum de corporali / et ideo dicit
Quomodo tu iudeus cum sis poscis a me
bibere, que sum mulier samaritana. xpus
enim iudeus erat, quia et de tribu iuda
natus, Ro. primo / cum factus est ei ex se-
mine david secundum carnem / et quia de iuda
promissus, Gen. penultimo non auferetur
sceptrum de iuda etc. / et quia iudeis
promissus et missus, Math. xv° non sum missus
etc. / Cognovit autem mulier eum esse
iudeum ex habitu / nam sicut dicitur Numeri xv
dominus precepit quod iudei portarent fim-
brias iacinctinas in quatuor an-
gulis vestium ut per eas distinguerentur
ab aliis populis vel forte ex mo-
do loquendi eum cognovit / quia iudei
et samaritani differebant in lingua
Consequenter assignatur racio questionis sue
ab evangelista secundum glosam / sed a muliere
secundum Crisostomum, cum dicit non enim coutuntur
iudei samaritanis. Pro quo notandum
quod sicut dicitur iiii Reg. xvii° propter peccata po-
puli israel decem tribuum, qui colebant
ydola, domino permittente iudei ducti
sunt in captivitatem a rege assiriorum
in babilonem / et ne samaria absque
habitatoribus maneret, constituit
ibi gentes ex diversis locis adductas
/ et cum essent ibi / volens dominus ostendere
quod non propter imbecillitatem sue virtutis
sed propter maliciam iudeorum traditi
sunt eos dominus in manus inimicorum, immisit
in gentes illius civitatis leones et
feras bestias, que eos ledebant / Cum-
que nunciata sunt regi assiriorum / Ha-
bito consilio seniorum, comperit hoc
ideo contingere, quia non servarent legem
dei terre illius / misit ergo ad eos quendam
sacerdotem iudeorum traditum eis qui doceret
leges, secundum legem moysi, unde et licet
isti non essent ex populo iudeorum, ser-
vabant tamen legem moysi / sed in alte-
ro colebant ydola, ut sacerdos docebat / et vocabantur samaritani a ci-
vitate samaria, que erat prima in-
ter ceteras. et iii Reg. xvi° Residentibus
autem illic ipsi se miscebant et quam erat
iudeis / et sicut habetur in ...

impediebant eos edificare templum.
Et licet iudei vitabant eos aliasque na-
tiones, specialiter tamen samaritanos vita-
bant, ne in aliquo coutebantur eis.
Et hoc est quod dicit, non enim coutuntur iu-
dei samaritanis. non dicit quod sama-
ritani non coutentur iudeis, quia li-
benter voluissent quiqui(?) iudeis, sed iu-
dei eos repellebant, secundum illud deutro(nomii)
non vno / non imbis tu eos seductis(?).
Secundo, quia non erat perfectis(?) iudeis couti
samaritanis, quare dominus petebat po-
tum a samaritana. Ad quod secundum quod dicit
Lyra, posset aliquis dicere quod dominus
sciebat eam sibi non daturam potum,
et ideo petivit. Sed hoc non sufficit,
quia petens quod non licet a peccato
non est immunis, quantum in se est,
quamvis scandalizet, etiam si non detur ei quod
petit. Et ideo dicendum est quod sicut dicitur agt
xpo, filius hominis etiam est dominus sab-
bati, unde tanquam dominus legis potuit
uti vel non uti legalibus, secundum quod sibi
videbatur expediens. Et quia imminebat
tempus quo gentes vocarentur ad fidem,
ipse gentibus coutebatur. Quid autem
responderit mulieri sibi potum neganti
subditur cum dicit Respondit Ihesus et dixit
ei Si scires donum dei etc., ubi narrat
evangelista ipsam doctrinam spiritualem. Et
primo ponit ipsam doctrinam, secundo effectum
doctrine, ibi Et continuo venerunt discipuli eius
etc. Circa primum duo facit, primo ponit
summarie totam doctrinam, secundo explicat
eam per partes, ibi Dicit ei mulier domine
neque in quo haurias habes etc.
Quantum ad primum quasi diceret, tu miraris
quod ego iudeus potum petam a te sam-
aritana, sed non debes mirari, quia
ad hoc veni ut etiam gentibus potum da-
rem. Et ideo dicit ei Si scires donum
dei, et quis est qui dicit tibi etc. Pro
declaratione istius totius doctrine querit(?)
quid intelligit per aquam. Respondetur quod per
aquam intelligitur gratia spiritus sancti, que
quandoque dicitur ignis, quandoque aqua, ut dicit
Car(?), quod nunc hoc nunc illud dicitur spiritus
proprietate substantie, sed secundum similitudinem actionum.
Nam ignis quidem dicitur quia elevat cor ad
calorem et fervorem. Ro. xij. Spiritu
fervente etc. Et quia consumit peccata. Can. 8
lampades eius lampades ignis.
Aqua vero dicitur propter purgationem.
Ezech. 36. Effundam super vos aquam
mundam etc. Et propter refrigerationem
ab estibus temptationum. Eccli. 3(?)
Ignem ardentem extinguit peccata(?)
aqua etc. Item propter saciatem(?) contra
sitim terrenorum quorumcumque spiritualium(?).
Ysa. lv. Omnes sicientes venite ad
aquas etc. Est autem duplex aqua scilicet
viva et non viva. Nota viva quidem
est que indesinenter(?) manat a suo principio vel
statuit, sed collecta de pluvia
per alvidem(?) ad lacunas et cisternas
a suo principio separata servatur. Viva autem
aqua est que a suo principio continua et effluens.
Secundum hoc ergo gratia spiritus sancti recte dicitur
aqua viva, quia licet ipsa gratia
datur homini, quod etiam ipse fons gratie per-
datur, scilicet spiritus sanctus, immo per ipsum gratia
datur. Roma. v. Caritas dei diffusa
est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui
datus est nobis. Nam ipse spiritus sanctus
est fons indeficiens, a quo omnia
dona gratiarum effluunt. 1 Cor. xij.
Hec omnia operatur vnus atque idem spiritus
dividens singulis prout vult. Et
inde est quod si aliquis donum spiritus sancti ha-
beat, et non spiritum sanctum, ibi aqua non
continuatur suo principio, et ideo est mor-
tua et non viva. Iacobi 2o Fides sine
operibus mortua est. Hic ergo patet
quid per aquam dominus voluit intelligi.
Sed consequenter ostendit quod ad quandam aquam
vivam, id est gratiam, in adultis per de-
siderium perveniunt, vel per petitionem, secundum illud
Ps. Desiderium pauperum exaudivit
dominus. Quia absque petitione et desiderio
non datur alicui gratia, nam et in iustifi-
catione impii requiritur liberum arbitrium
ad detestandum peccatum, et ad desiderandum
gratiam, secundum illud Agt(?) vno(?), Petite
et accipietis. Et interim petitio requiritur
ad impetrationem alicuius desiderati,
quod etiam ipse filius ad petitionem inducatur.
Ps. Postula a me et dabo tibi gentes
etc. Nam nunc ad conducens ymc(?) ea recipit,
in spiritus deducatur ad gratie desiderium,
sicut patet in paulo, qui antequam gratiam
reciperet, reductus est ad eius desiderium.

dixit / Domine quid me vis facere / Act. ix /
Et inde est quod signanter dicit forsitan
petisses ab eo / forsitan dicit propter liberum
arbitrium / quo scilicet quis desiderat / et
petit graciam / quia non sedet ad pe-
tendam graciam invitatur desiderium
hominis ex duobus scilicet ex cognicione
boni desiderandi et cognicione datoris
/ Et ideo hec duo cognoscenda proponit
primo ipsum donum unde dicit, Si scires
donum dei / scilicet quod est de bonum
desiderabile quod est a proprio spiritu sancto /
Sapientie viii° Et ut scivi quia non possum
esse continens nisi deus dederit / et hoc
ipsum est sapiencia scire cuius esset hoc donum /
Jacobi primo de dato optimo et de
dono perfecto etc. / Secundo proponit ipsum
datorem unde dicit / Et quis est qui dicit
tibi da mihi bibere / id est si scires eum
qui potest hoc donum dare / qui primum
ego infra xv / Cum venerit paraclitus
quem ego mittam vobis etc. / Ps. dedit
dona hominibus / Sic ergo hec doctrina
est de hiis scilicet de dono aque vive /
/ de peticione ipsius doni / et datore eius /
/ Sequitur ergo christus invitat et excitat
hanc mulierem ad petendum donum
spiritus / In qualibet enim peticione
requiritur effectum habere / tria debent esse
scilicet ex parte illius / a quo petitur potencia /
ex parte illius qui petit indigencia /
et ex parte illius quod petitur sufficiencia /
Primo ergo notatur potencia ex parte dantis /
cum dicit Si scires donum dei et quis
est qui dicit tibi da mihi bibere /
id est si scires potenciam illius in dando
dona qui dicit tibi da mihi bibere vel
si scires graciam eius in quo dona da-
donatur / Circa quod advertendum
/ quod deus est dator sapientissimus novit
magnus in medio tui sanctus israel. Unde
dixit angelus ad pastores Luce 2. Ecce
annuncio vobis gaudium quia natus est
nobis salvator mundi, quod significatur per vinum.
Secundus adventus eius in mundum erit
in maiestate, cum veniet tollere penas
et infirmitates nostras et configurare
nos corpori claritatis sue, quod significat in-
firmi. De quo subditur.
Et erat quidam regulus cuius filius
infirmabatur Capharnaum. Hic cum
audisset quia ihesus veniret a iudea
in galilea, abiit ad eum et rogabat
eum ut descenderet et sanaret filium
eius, incipiebat enim mori. Dixit
ergo ihesus ad eum: nisi signa et prodigia
videritis non creditis. Dicit ad eum re-
gulus: domine descende priusquam
moriatur filius meus. Dicit ei ihesus:
vade filius tuus vivit. Credidit
homo sermoni quem dixit ei ihesus, et
ibat. Iam autem eo descendente
servi eius occurrerunt ei et nunciaverunt
dicentes quia filius eius viveret. Interro-
gabat ergo horam ab eis in qua
melius habuit. Et dixerunt ei
quia heri hora septima reliquit
eum febris. Cognovit ergo pater quia
illa hora erat in qua dixit ei
ihesus: vade filius tuus vivit. Et
credidit ipse et domus eius tota.
Hoc iterum signum secundum fecit ihesus
cum veniret a iudea in galileam.
Sequitur. Talium verum ... aut de
proposito loco miraculum ... agitur
ipso miraculo. Circa quod ponuntur ...

s. persona infirmans / persona impellans /
et persona sanans / persona infirmans est
filius reguli / persona impellans est
pater eius / persona vero sanans est Christus /
Circa personam infirmantem primo ponit
eius conditio / quia filius reguli / Secundo locus
infirmitatis / quia Capharnaum / Tertio
conditio morbi / quia febris / Quantum ad
primum dicit Erat quidam regulus. Chrysostomus
aut aliquis aliquis regulus intelligitur /
diminutive quia parvo preerat regno / et talis
modo non accipitur hic regulus / quia tunc
temporis nullus rex erat in Iudea infra xix
non habemus regem nisi Cesarem / Alio
secundum Chrysostomum aliquis de stirpe regis /
nec hic modo hic accipitur / Tertio modo regu
lus dicitur ab officialibus regis / et isto modo
accipitur hic / nam secundum Origenem iste fuit
de familia Cesaris / vel Herodis. habens
aliquam potestatem tunc in Iudea Nam
Romani volentes frangere superbiam Iu-
deorum / abstulerunt eis regiam dignitatem /
et eorum regnum in quatuor tetrarchias
diviserunt / pro illo ergo tempore nullus erat rex
nec regulus in Iudea / sed iste rex fuit
officialis Cesaris vel Herodis / ad custo
diendum galileam et provinciam deputatus
et non erat iudeus vel gentilis / sed
ibi positus a Romanis ad custodiam
predictis civitatis s. galilee s. Caphar-
naum / quia tota illa terra erat
subdita Romanis / Et secundum quod Lucas dicit
quidam ipsum estimat fuisse centurionem /
de quo habetur Matthei viii / Sed hic non est
veritas / nam quantum ad minor differunt /
Primo quantum ad genus infirmitatis /
nam ille puer centurionis erat paraliticus
unde dicebat puer meus iacet para-
liticus in domo / Filius vero reguli erat
febricitans / unde dixerunt servi eius /
heri hora septima reliquit eum febris /
Secundo quantum ad personas infirmantium /
quia ille servus / iste vero erat filius /
Tertio quantum ad petitionem / nam centurio
Christum volentem ad domum eius ire rogat
remanere dicens domine non sum dignus etc. Regu
lus vero rogat eum ut descendat in do
mum eius / dicens domine descende priusquam
moriatur filius meus / Quarto quantum
ad locum / quia ille fuit in Capharnaum /

[illegible]

istud vero fuit in Cana galilee Dici
igitur iste regulus non est idem cum centu-
rione / sed fuit quidam de familia
Herodis tetrarche / vel unus officialis
alius imperatoris deputatus ad custo
diam galilee / propter quod manebat in Ca
pharnaum / que fuit metropolis seu
caput illius terre / Hic itaque in galilea
audivit miracula que faciebat Ihesus /
Ivit autem ab eo impetrare sanitatem
filii sui / credidit quod ipsum posse sanare
filium suum a quo salutem quesivit / sed
in fide dubitavit / in hoc / quod presentiam
eius requireret non nisi corporali presentia
et tactu eum sanare putavit / non enim
eum ubique presentem adesse credidit /
sicut Centurio qui dixit domine non sum
dignus ut intres sub tectum meum sed
tantum dic verbo et sanabitur puer meus etc. /
Hic itaque reguli filius infirmabatur
Circa quam infirmitatem filii pater fuit
valde dolorosus / Indidit enim deus cunctis
parentibus naturalem amorem ad filios
suos / qui tantus est ut nolint videre
filios suos ante ipsos mori / sed po
tius cupiunt post se superstites here-
redes esse / magis autem filii diliguntur
a parentibus / quam econverso / propter tres rationes Primo
quia plura illis contulerunt / plus autem
diligimus quibus plura contulimus /
Secundo quia dilectio parentum est diuturnior /
prius enim parentes filios dilexerunt
quam ab eis ipsi diligantur / Tertio
quia parentes sunt principium mutue di-
lectionis / Oritur enim a parentibus filii nativitas
Est autem effluxus principii ad principi-
atum et non econverso / Sicut humor a radicibus
procedit ad ramos non a ramis ad
radices / Quarto quia pater quodque
magis diligit perfectum suum / sed unum
quodque perfectum est in eo quod generat sibi
simile / Eccli xxx / mortuus est pater et quasi
non est mortuus / similem enim reliquit
filium post se / Infirmabatur autem febribus
ut infra dicitur / ubi exprimitur conditio
morbi / sed infirmitas iam non erat
ad mortem sed pro gloria dei ut glori-
ficetur filius dei per illam infra xi
Locus autem infirmitatis / quem exprimit

in qua dicitur capharnaum, que ut dictum est
erat metropolis galilee. Voluit autem
ideo dominus ibi miracula facere, ut quia
ibi plures erant miracula videntes,
ita plures fierent dei laudatores
ut ait Beda. Sapientie primo: ponam
in lucem sapientiam dei et sacramenta
eius non abscondam. Infirmabatur
autem iste reguli filius in capharnaum,
quod interpretatur villa consolationis.
Et ad literam nobilitas generis et a-
menitas loci multum sunt causa corporalium
infirmitatum, unde etiam filii maiorum
frequentius corporaliter infirmantur. Nam secundum co-
lidiores regiones sunt [illegible] morbi regio-
nes. De spiritualibus autem infirmitatibus
est causa, quod frequenter sequitur felicitatem
temporalem, quia secundum Prosperum ponit aliquis
exaudire iniquitates cordis. Unde dominus dicit
Luce vi: ve vobis divitibus qui
habebitis hic consolationem vestram. Nam mo-
do vane glorie aliquantulum et oblectantes
tamen ac vanis consolationibus sub-
iecta mordicatur nimie quam delectatur,
umbram tenens pro veritate, et creaturis
respondeamus creatori. Celestium ob-
liviscitur et obliti iacentes in infirmitatibus
et in lecto mortalis egritudinis prostrati.
Sunt hic ergo qui infirmabuntur. Caphar-
naum notatur terra que sunt causa spiritua-
lis infirmitatis. Est enim ager pin-
guedinis vel villa consolationis. Erat
etiam civitas magni honoris. Ex qui-
bus habetur quod sepe causa spiritualis infir-
mitatis est habundantia rei temporalis
in consolatione et in exaltatione
terrena, quia prospera plus nocent
homini quam adversa. Boecius: plus
hominibus prodest adversam quam prosperam
possidere fortunam. Unde et dominus tunc con-
plexa salutaria advocat in fallaci
vite prosperitate, cum te velut in la-
bris suppliciis apposuerit, ne dabis
in imperio laboris, sed cum prosperitas
quo eius sunt vel quousque [illegible] erat
qui erat filius reguli, datur intelligi
quod nobilitas generis est sepe causa
spiritualis infirmitatis, quia nobiles
frequenter afferuntur in superbia et frequenter
excedunt rapinis et frequenter se ingerunt

in lectum lascivie et luxurie. Laudes ergo
in prosperitate mundana nec spiritualiter in-
firmemur, quia ubi facilius et frequentius
per peccatum accipimus, unde Crisostomus: cum prosperite
fruimur tunc in malicia vivimus, tunc ma-
gis nobis ac magis timendum. Nam pro-
quam nos agit metus prosperitates magis
autem in malis iste peccatum, cum enim per pe-
na abundans nimium penas exigit. Lenior
nobis ipsa miseratio fiat, cum videt
parcimus nostra videtur dissimulare de
culpa, ad maiorem nos in talibus per-
manentes pena reservat. Et Contex-
tum subdit: hic cum audisset quia ihesus
venit in galileam. Et potest persona nostra
pellari, que fuit regulus, et primo po-
notari ad interpellandum et supplicandum
eo ipsa interpellatio. Tertio veritas
interpellandi, motum autem ad inter-
pellandum fuit adductus ex in galilea,
ideo dicit evangelista: hic scilicet regulus cum audisset
quia ihesus venit in galileam scilicet de iu-
dea. Reliquerat ihesus iudeam in qua
ecclesia eum vitabat, quia predicta fuit
quo de baptismate iudeis magis
appropinquantibus christo quam iohanni,
ne ergo de hac questione aliquid disputare
dicerent, de iudea recessit et venit
galileam. Cum audisset regulus ab-
iit ad eum propter ut reguli presentia magis
inclinaret, et rogabat eum ut descen-
deret et sanaret filium eius. Et ista fuit
eius petitio nullum miraculum adhuc
christus ibi fecerat, nisi solum istud de
mutacione aque in vinum. Cum secundum theo-
philum hic regulus intellexit aut fa-
ma illius miraculum audivit in galilea
existens, cum ibidem autem vidit et forte venerat
christum in multa fecisse miracula, et
hic factum fuisse per leprosi miraculum
et sanatorum servi centurionis. Credendum
autem quod iste regulus habuit fidem
sed diminutam, quod patet secundum Gregorium
quia fiducia habuit quod dominus facilius
posset sanare puerum quam absentem
ideo instabat ut descenderet in Ca-
pharnaum, que sita erat in valle ter-
galilee, et sanaret filium eius. Non enim
credebat quod eum sanare posset in presentia

corporali. Exemplum de centurione qui dixit
Matth. viii°: Domine non sum dignus ut intres
sub tectum meum etc. Circa quod advertendum
quod ad sanandos egros, vel suscitandos
mortuos, dominus aliquando corporaliter acce-
debat, ut ad leprosum Matth. viii°, ad tem-
ptatum Ioh. ix, Matth. xx, Marci viii, Luc. xviii°.
Item ad filiam principis Matth. ix° et
ad Lazarum infra xi°. Quod ideo faciebat
ut demonstraret corpus suum esse tamquam
divinitatis organum secundum magistrum, et ideo ple-
num. Col. ii°: In ipso habitat plenitudo
divinitatis corporaliter. Et ideo contingebat
emorroyssa que dicebat: Si tetigero
fimbriam etc. Matth. ix. Quia ut Luc. vi°
virtus de illo exibat et sanabat omnes.
Aliquando autem in absencia curabat ut
servum centurionis Matth. viii° et filiam
Chananee Matth. xv°, et hic filium reguli.
Quantus autem videbatur se deum esse, cum ad nutum
obedit omnis creatura. Iob ix: Precipit so-
li et non oritur, et stellas claudit
quasi sub signaculo. Et ideo reprehensione
dignus fuit qui non credidit dominum posse
sanare nisi mente presencia corporali.
Contra psalmista: Vigens virtutis
necessitas compellendi, non dicat: incipiebat
enim mori. Nullum igitur erat alia amodo
medicamine refugium nisi sanatio illius
qui habet claves vite et mortis. Apoc.
primo, et qui mortificat et vivificat.
Primo Reg. ii°. Deinde cum subditur dixit
Ihesus ad eum etc. Agitur de persona sanante
que fuit Christus, ubi primo ponitur reguli
reprehensio, secundo eius instancius petitio,
tercio petitionis impetratio. Reprehen-
dit autem dominus regulum de infidelitate,
unde dicit ad eum Ihesus: Nisi signa et pro-
digia videritis non creditis. Sed hoc
est duplici racione, primo quia videtur
iniquum dicere regulo nisi signa et prodi-
gia videritis non creditis, nisi enim eum
salvatorem credidisset, non petivisset
ab eo sanitatem. Ad quod dicendum quod regu-
lus iste nondum credebat perfecte. Erat
enim in eo duplex fidei defectus, unus
quia licet crederet ipsum esse bonum
hominem, non tamen credebat eum esse virtute
divinum, alias credidisset eum etiam absen-
tem posse curare, ut dicens sunt super
prius. Secundum id Ieremie 23: celum et terram

ego impleo. Et si non rogasset eum ut
descenderet in domum suam, sed quod man-
daret tantum. Secundus defectus fidei fuit, quia
secundum Crisostomum dubitabat utrum Christus posset
sanare filium eius. Nam si hoc pro certo cre-
didisset, non expectasset adventum Christi
in terram suam, sed ipse potius misisset in
Iudeam. Sed modo quasi desperatus de sa-
lute filii, nolens sua negligencia aliqua
circa illum quod facere posset, abiit ad
eum more parentum qui desperantes de sa-
lute filiorum etiam imperitos medicos
consulunt. Et secundum Gregorium iste dubitavit
in fide, quia licet crederet sui presencia
posse sanare filium, non tamen credebat
quod corporaliter absens hoc facere posset.
Unde dicit littera quod rogabat ut descenderet
et sanaret filium eius. Vel nondum crede-
bat fidem quod adhibito aliquo medi-
camine potuisset sanare. Non enim crede-
bat illud posse fieri tantum sue voluntatis
imperio. Secundo dubitatur quia non videtur regulus
reprehendendus de hoc quod signa querebat,
nam fides per signa probatur. Ad hoc dicendum
quod aliter ad fidem Christi trahuntur infideles
et aliter fideles. Nam infideles non possunt
trahi neque duci auctoritate sacre scripture
quia ei non credunt, neque per racionem naturalem
quia fides est supra naturalem racionem. Et ideo
per miracula sunt ducendi. i Cor. xiiii°:
Signa data sunt infidelibus. Fideles autem
ducendi sunt et dirigendi in fide auctoritate
sacre scripture, cui acquiescere tenentur. In
hoc ergo regulus redarguitur quia cum esset
nutritus inter Iudeos et instructus
de lege, non per auctoritatem scripture sed per
signa credere volebat. Et ideo dominus re-
prehendendo dicit: Nisi signa et prodigia
videritis non creditis. Signa scilicet quia mi-
racula eius signa divine magnitudinis sunt
demonstrativa divine virtutis. Et prodigia scilicet
maiora quam sunt in celo, eo quod similia eis
non sunt usquam audita. Et ideo prodigia a
digito, id est a similitudine demonstracionis dicta.
Et sic signum et prodigium ~~differunt~~ differunt secundum
magis et minus, quia prodigium est signum
alicuius rei magne, inusitate et plenum
admiracione. Vel secundum Augustinum signum est
res preter speciem quam sensibus ingerit.

aliquid aliud existens sapiens in notitiam de-
venire / prodigium vero secundum quosdam est signum
in longum tempus deducens in statum
ut dicatur prodigium / quasi porro dicens
aliquem effectum futurum / Signa autem quae fecit
ihesus in ipsa quantitate durantis
supra 20 Rabi simulque ... adeo ne-
cessaria ... nec enim potest haec signa facere
quae tu facis nisi fuerit deus cum illo / pro-
digia vero fecit quia suscitabo mortuos
in fine temporum se demonstrat, de quo quidam
suscitaturo / Haec signa iudei appetiverunt
a christo Math. xii Magister volumus a te si-
gnum videre / Licet enim iudei non crederent
nisi visis signis / tamen etiam datis signis
non crediderunt Infra xi Cum tanta fe-
cisset signa coram eis non tamen credebant
in eum / sed eius signa calumpniati sunt
dicentes In beelzebub principe demoniorum
eicit demonia Math. xii et Luc. xi et Marc. 3
Contrarium ponit instantiam reguli non enim
ad reprehensionem domini desistit / sed in-
stanter dixit ad eum: domine descende
prius quam moriatur filius meus / Christum
medicum vocat, dominum eum appellando /
Ecclesiastici 38 Honora medicum propter necessitatem
In hoc etiam ostendit profectus fidei eius quantum
quantum ad aliquid / quia iam vocat eum
dominum / licet non totaliter in fide perfectus
Adhuc enim corporalem christi presentiam ad
salutem filii sui necessariam credebat, rogat
eum ut descendat prius quam moriatur /
quasi etiam eo mortuo rogandum esset ut
descenderet, quem mortuum suscitare po-
terat / qui morbum infirmitatis sanare
poterat / sed hoc iste regulus non cogitabat
nec dominum ubique presentem esse credebat
quod quidem deo displicebat Nec mirum
tamen hoc multum impediat salutem / agitis
enim in mundicialis hominis tamen per dei
presentiam per fidem veram ubique agnoscunt
Unde Boetius v. de consolatione philosophie / Ma-
gna vobis est si dissimulare non vultis
indicta necessitas probitatis cum ante oculos
agitis iudicis cuncta cernentis / Sed quia
oratio perseverans impetrat ideo quod petit
ei conceditur a domino, propter quod sequitur
Dicit ei ihesus vade filius tuus vivit /
Ubi primo ponitur annunciatio sanitatis, per xim
qui ea fecit / Secundo perfectio quae ea facta
viderunt ibi Iam eo descendente

Circa primum duo ponuntur scilicet mandatum
christi et obedientia reguli / ibi Credidit
homo etc. Primo quidem precipit / Secundo annunciat
ibi filius tuus vivit / Dicit ergo vade scilicet
in domum tuam / quia filius tuus vivit
id est restitutus est perfecte sanitati de cu-
ius morte timebatur eo quod ut premissum est in-
cipiebat mori / Et dixit ihesus ut remo-
veret ab eo falsam estimationem qua puta-
bat ipsum sanare tantum per presentiam corpo-
ralem / Quaeritur Cur dominus rogatus a re-
gulo ut descenderet in domum suam
corporaliter ire renuit / ad servum tamen
centurionis venire non rogatus et tamen
se corporaliter ire pollicetur / Hic assignat
plures rationes / Prima secundum Greg. ut in
hoc superbiam nostram retundat / qui ma-
gnis hominibus nos ad serviendum offerimus
parvis vero servire renuimus / in ipso qui
est dominus omnium ad servum centurionis se
iturum obtulit / ire vero ad filium reguli
recusavit / Ecclesiastici 4 Congregationi pau-
perum affabilem te facito / Unde Greg.
superbia nostra retunditur qui in
hominibus non naturam qua ad ymaginem
dei facti sunt / sed divitias et hono-
res veneramur / Cumque pensamus quae
circa nos sunt profecto interiora minime
perpendimus / dum ea quae in contumeliis
corporibus despecta sunt / Redemptor vero
noster ut ostenderet quia quae alta sunt ho-
minibus sanctis despicienda
sunt / et quae despecta sunt hominibus de-
spicienda non sunt sanctis / ad filium reguli
noluit ire / sed ad servum centurionis
ire paratus fuit / Increpata est ergo
superbia nostra quae nescit pensare homines
propter homines id est / Ex quo facto salva-
toris et dicto gregorii patet quod non qui
ditior sed qui virtuosior fuit aut saltem
dignitate maior vel officio est
amplius honorandus / nam secundum philosophum bonum
sunt tamen honorandi, et divitiae non bonum
sunt tamen honorandae, et divitiae in alios in-
faciunt / quae nisi communicate in alios
prece non sunt / quae ergo sunt bonis et
malis magis, ideo per eum honorandus quia
divites est / sed quia virtuosus / divitie propter
temporales per eius studio veniunt et affectu
singulari / sunt ignominiose secundum Ma com-
et ut ait Beatus Thomas 2 2e q. 131
honor importat quandam reverentiam

alium exhibita / in testimonium eius excelle-
ntie. Licet excellentia aut hominis
duo sunt attendenda. Primo quod illud secundum
quod homo excellit non habet homo a se ipso / sed
est quasi quoddam divinum in eo / et ideo
ex hoc non debetur ei principaliter honor / sed
deo. Secundo considerandum est quod illud in quo homo
excellit / datur homini a deo ut aliis
prosit. unde intantum debet homini placere testimonium
sue excellentie / quod ab aliis exhibetur
inquantum sibi paratur via ut aliis prosit /
hoc respecto. Et secundum hoc / in quo magis relu-
cet gratia dei et refulgent virtutes /
est amplius honorandus. propter divinum quod
est in eo. Circa hoc tamen honoris appetitum /
triplex fit excessus. Primo cum quis
appetit testimonium de excellentia / quam non
habet. Alio modo quod honorem sibi cupit impen-
di. non referendo ad deum. Tercio modo
quod appetitus eius in honore quiescit /
non referens honorem / ad utilitatem proxi-
morum est sancti Thome ibidem. Ex quibus
patet quod honor debet hominem querere / non
homo honorem. Ideo quatuor sunt homines
sancti non vere sunt dicere. honorate nos /
sed honorate deum / nos enim honorari
nolumus. secundum Bernardum. Talis ex honore nunquam imperio
debet efferri. nam omnis tanto fervidius claritatis
hominis ut flos feni qui cito cadit /
Non igitur ideo regulus quia dives erat.
ita fuit honoratus. sicut centurio.
qui humilitate fide et caritate pollebat /
Apud enim deum non qui ditior ille acce-
sed qui iustior. Non ergo considerimus
aut pensemus que circa homines sunt sed
quod sunt / Multi enim negligentes quod sunt
aliunde sibi gloriam querunt / unde Crisostomus
Nabuchodonosor / plurimi nunc inveniuntur
imitari / ut enim tunc ait ille ad ima-
ginem / sic modo alii de veste propria / de
equis vel tribus. de altitudine domorum
de pulchritudine columpnarum / et picturis
parietum. opinantur esse meliores / Crea-
tor enim quod erat hominis perdiderunt / solicite
hinc illuc circumeunt / aliunde sibi glo-
riam colligentes non sine irrisione
plenissimum. Hec ille. Alia ratio Crisostomi / quod
fides centurionis et humilitatis nitebat.
adventum Christi / quod non meruit fasta
et infidelitas reguli. Centurio namque
confirmatus erat in fide et credens quod certe

absens sanare posset / et ideo ut fidem
et devotionem eius videret dominus se promisit
venire. Iste vero adhuc erat imperfectus et
nondum noverat maiestatem quod absens curare posset scilicet Christus
posset / et ideo non credidit ut imperfectiorem sua-
que operere faciat. Tercia causa est ut
infirmitatem reguli sanaret / qui non
credidit Christum absente corpore / filium suum
posse curare. unde dicit ei / filius tuus vivit.
Quia vero infirmitas illa non erat ad mor-
tem / ideo sanatum dicit vivere / quem sanavit
absque tactu absque corporali presentia / absque
verbo / sed solo nutu et placite voluntatis
vel quia Christus vitas inveniri non potest /
corpore ut dixit eum vivere / oportuit eius
sermonem rei eventui adesse / propter veritatem
incommutabilis vitatis. Licet autem dominus
non exaudivit regulum / ad filium eius cor-
poraliter descendendo ut ipse volebat / ex-
audivit tamen eum sanando / quod magis ex-
pediebat. Et in hoc enim quod absens sanat / scilicet filium
fidem eius que diminuta erat perfecit unde
Augustinus et habetur in glosa / [illegible] non
est magnum. a deo exaudiri ad volun-
tatem sed ad utilitatem / Et ibidem dicitur
glosa / Exaudit dominus petentem et ob ad
temptationem non exaudit aliquem petentem.
[illegible] nam et eger multa
petit a medico / que medicus non dat
non exaudit ad voluntatem sed ad sa-
nitatem / Et est notandum quod fides reguli
licet diminuta. tamen filio salutem impetravit /
In quo patet fidei virtus secundum verbo doc-
toris [illegible] perficiunt fidem / perficiunt inc-
rementa. unde magna alleluia / perfidi
et informe impetravit quod montes se
iungerent ad inclusionem in decorum / Contra
obediens reguli ponitur / quod ad duo
primo quod [illegible] credidit / unde dicitur /
Credidit homo sermonem / quam prius scrip-
tura dixit regulum non credentem / iam
credentem homo appellat / quia fides
est bonum quod renovat. secundum illud in honorem
hominis / Ephesiorum 4 / Renovamini spiritu mentis
vestre / Credidit in quo sermonem quem dixit
ei Ihesus / glosa Credidit illum. Ille vero
sanare non dixit vade filius tuus
vivit. Secundo ponitur obediens reguli / quod
mandato obedivit. unde dicitur Et ibat
sic in fide proficiendo / licet adhuc non

p̄z in sidē p̄dicat ꝑfecte

integre et sane / ut dicit Aug. in quo
stat quod volente in fide iustificari /
oportet ire proficiendo / quia qui stat pi-
riculo se exponit / ut vita gratie con-
servare non possit / quia secundum Bern. in
in sermone de purificatione / In via dei non
proficere est deficere / Unde dicit ewangelista
et ibat / quia ihesus dixerat ei vade
ille namque vadit qui credit sermonibus
Christi / Sed quo vadit / dicitur infra quinto
Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit et credit ei qui
misit me habet vitam eternam / et in
iudicium non venit / sed transit a morte
ad vitam / Et ideo infra vi° dixit petrus /
domine ad quem ibimus verba vite eterne
habes / Ex quibus patet quod regulus
iste quibusdam gradibus processit
ad perfectam fidem / Nam primo aliqualiter
credidit / non venit ad ihesum populare
salutem filii sui / nisi enim aliquo credi-
disset / non petisset / quia sine fide impossibile
est placere deo / Ro. / non tamen plene cre-
didit / ut reprehensus fuit / Secundo vero
plus credidit / ut dicitur / et ibat / Iam
enim firmius credidit / non tamen ipsis quam
quod / quod patet ex duobus / primo quia
inquisivit de hora sanitatis / in qua
dominus salutem filii nunciavit / quod pertinet
ad quandam dubietatem et tertio post Ber.
in credidit et domus sua / Tertio quia dicitur infra
credidit ipse et ibi quo innuit quod primo
non crediderat ipsis quamquam perfecte immo
decimo ... quasi lux splendens
procedit et crescit usque ad perfectum diem /
Et nota quod sermonem domini / merito
credendum est sicut hic dicitur de regulo / primo
quia est verus sine mixtione falsitatis /
ut illud intellectum infra xvij° sermo
tuus veritas est / Ps. declaratio sermonum
tuorum illuminat / Secundo quia fervet amore
caritatis / ut inflamet affectum / Ps. / ig-
nitum eloquium tuum vehementer
ideo dicitur infra xiiij° si quis diligit
me sermonem meum servabit / Tertio quia
excellit virtute potestatis / ut temperat
tranquillem ... et in sermone eius plurimum
virtus / Et Sap. xviij° omnipotens sermo
tuus a regalibus sedibus venit / Quarto
quia dulcescit sapore suavitatis / ut
delectet quam plurimum / Ps. / quam dulcia
faucibus meis eloquia tua super mel
ori meo / Sed quamvis iste nobilis

opus Christi [illegible]

sit sermo dei / acquievit tamen domus eius sermo-
nibus non capit in vobis / Consequenter in-
ducitur / Iam autem eo descendente tempore
demonstrato sanitatis facta probationis / Et
primo ponitur demonstratio sanitatis / Secundo
sit inquisitio temporis sanationis / Et in tertio
... aut ab eius / Dicit ergo / Iam autem
eo descendente scilicet a chana galilee
Capharnaum in domum suam
... / quia magis erat in valle Capharnaum
occurrerunt ei dicentes quia filius eius viveret
et curatus esset / Ex quo patet quod regulus
iste dives erat / habens multos servos /
Et sequitur / quod ideo servi occurrebat
annunciare / quia credebat Christum ... nat
accedere / nunquam presentia / iam curato filio
superflua videbatur / et ei congaudendo
nunciat sibi filii sui sanitatem / quem
pro propinquam morti reliquerat / quod omnino
non sperabat vivum reperire / Et quod regulus
non integre neque sane adhuc credebat /
non ponitur curationem vitalis adhuc enim
volebat sine vite precepto Christi illam super-
curatus est / et non tempus curationis inquirit /
scilicet de hora descensionis / sed subditur / Interroga-
bat ergo horam ab eis scilicet suis in qua
melius habuerat / filius suus / Et di-
xerunt ei scilicet servi / quia heri hora vii
reliquit eum febris / unde invenit /
quod statim illa hora curatus fuit / quando
dominus dixit ei / vade filius tuus vivit /
Sic iam quia ihesus Christus est verbum quo
factum est celum et terra secundum illud Ps. dixit
et facta sunt / Ecclesiastici xi° facile est in oculis domini
honestare pauperem / Secundo de hora
ipsa est post meridiem / in qua accessio
febrium convenerit fervencius esse / Et ideo
...ibus ... comedebat / quia ipsa
hora verbo dei liberatus est / in momento
temporis illi venit erat / ibi reliquit eum
febris / Unde Crisostomus / vide quam inmicta
fuit salus manifestum est / non enim prout
... ut contigit / a periculo liberatus est
sed repente et plene / ut appareat non esse
ex natura consequenti / quod fiebat
sed ex actione Christi / Unde dicitur / Cognovit ergo
pater comparans horam sanatam
... Christi ... quia illa hora
erat scilicet septima sanitatis filii / in qua di-
xit ei Jesus auctor salutis / filius tuus

vivit / et q[uod] in hora, in domo sanatus esset /
Cog[novi]t enim puero quo xpus homini dixit
vivit / affuit sanitatis effectus / Et ex hoc
cognovit ad xpm cognoscens miraculum
eius virtute factum / Credidit ipse in regu-
lus firmius et perfecte, et domus eius tota,
scilicet in ista et etiam servi, quia sicut quando dicitur
domorum, sive bona sive mala, sicut dispositum
sicut id Exo[di] xij, propter principem populus pe-
reunt in ista eius, Luce xviij, Hodie salus
huic domui facta est, Et hoc est quod illud
intenta a dicit enim factum est apud ma-
gistrum ut regulus cum familia sua crederet,
in xpm firmius et perfecte / Et sicut Aug[ustinus]
et Beda / ex hoc datur intelligi, sicut in malis
virtutibus / ita et in fide gradus esse /
scilicet initium / incrementum / et perfectionem / Nam
enim reguli fides initium habuit, quando dominum
rogavit ut descenderet et sanaret filium
eius / Nunc enim et credidit et dubitavit /
Credidit quidem, quod filium suum sanare
posset / sed non credidit quod eum sanare
posset / nisi corpore presens esset / Deinde
fides eius accepit incrementum / quando
credidit sermoni domini dicentis, vade
filius tuus vivit / Sed tunc perfectionem
obtinuit / quando sui sanitate filii nuncia-
verunt / quia tunc perfecte credidit et domus
eius tota / Iam ergo regulus iste conversus
effectus / duos ad fidem susceptam alios
inducebat / Et ideo congruenter qui prius re-
gulus est in evangelio vocatus / postea
recepta fide est hic dictus / et congruenter
propter perfectam fidem est pater appellatus /
Notandum etiam quod in hoc evangelio tribus
vicibus de vita filii reguli habetur
mencio / primo per dominum qui dixit filius
tuus vivit / secundo per servos nunciantes
quod filius eius viveret / tercio cognovit
pater quia illa hora erat in qua dixit
ei ihesus filius tuus vivit / Ad denotandum
quod triplex est vita / triplici morti opposita /
Prima nature, de qua Gen[esis] ij factus
est homo in animam viventem, que habet
oppositam mortem nature / de qua Iosue
quacumque die comederitis morte mo-
riemini / Secunda gratie / de qua Ro[manos] vi In
novitate vite ambulemus / Cui opponitur
mors culpe / de qua i Thi[mothe]um v, Vidua
vivens in deliciis mortua est / Tercia
glorie / de qua Ioh[annis] 3° Qui credit

in filium dei habet vitam eternam / Cui oppo-
nitur mors gehenne / de qua Luce xvi mortuus
est dives et sepultus est in inferno /
Allegorice vero regulus iste significat abraham /
vel aliquem ex patribus veteris testamenti /
Ideo quod adhesit per fidem magno regi
scilicet xpo de quo dicitur in ps[almo] Ego autem
constitutus sum rex ab eo etc. huic abraham
adhesit / sicut id Iohannis viij Abraham
pater vester exultavit ut videret diem meum
etc. Filius eius est populus iudeorum / Iohannis
viij Semen abrahe sumus, hic autem in-
firmabat pravis voluptatibus et deceptionibus /
scilicet in capharnaum id est in habundancia
que fuit iudeis causa recedendi a deo / sicut
id Deut[eronomii] xxxij Incrassatus est dilectus
et recalcitravit / Vel regulus qui tenet
significat iudeorum difficulter credentium /
significat genus humanum / quod habuit filium
in anima infirmum / quia in transgressione
primorum debilitatum fuit / et a paradisi de-
liciis exclusum in hanc vallem lacrimarum /
Vel aliter filius reguli significat genus humanum /
de adam regulo propagatum / quia sicut adam /
de rege factus est regulus / quia per dignitatem
caritate / factus est malus / hic filius
reguli febre laborabat / quia per diversa
vicia genus humanum estuabat / Hic pater
regulus cum audisset quia ihesus veniret
a iudea .i. de sinu patris in galileam /
.i. transmigrationem humanitatis assumendo ro-
gabat eum per pietatem perpetuam ut descen-
deret scilicet ad patibulum crucis et sanaret
filium eius .i. genus humanum in anima / quod
et xpus fecit, inter chana et capharnaum
complendo salutem / Ad hoc intelligendum
quod de zelo domus tue / quia chana zelus
interpretatur, precessit salus in homine / que erat
in capharnaum / hec est commessationibus et
ebrietatibus dedita / quia capharnaum
interpretata pinguedo dicitur / Vel dixit
ihesus, vade filius tuus vivit .i. anima et
humana redempta est et ad fidem / Et hec
fuit hora vij / Ecc[lesiastici] vij Ex hore sunt
sex etates mundi / in quibus omnes intrabant
et mortui fuerunt in limbo vel in infer-
no / Sed septima etate xpus humanatus
redemit et sanavit genus humanum /

hec hora dicitur tempus gratie et tempore vno
dicitur nunc tempus acceptabile Ro. xiiio
hora est iam nos de sompno surgere
adijcitur vero ille tanquam filius infirmabatur
non rex sed regulus appellatur. Ad cuius
euidenciam dicendum quod nomen regis est equiuocum
ad regem eternalem, temporalem et intellectualem.
Rex eternalis celestis est vnus solus rex
vniuersalis celi et terre, unde tanquam sermone scribitur est
rex regum et dominus dominancium Apoc. 19.
Rex temporalis est quilibet rex terrenus,
cum in comparacione regis eternalis regulus
potius dicitur, quia rex dominus est per
vniuersum terre dominetur. Tota enim terra
velut punctum est respectu celi, ut dicitur
Et propter hoc et in medio tamen in comparacione
et non vnum est regnum, unde de gloria omnium
regnorum, que potissima videbantur, quia
transierunt velut vmbra. Nam qua nullus
vnquam est rex, cui singula succedunt
ad votum, quin aut aliquid sibi defuit,
quod adesse cupiebat, aut affuit quod
abesse volebat aut optabat. Cuius
pulcritudo, fortitudo, decus et iocun-
ditas ex multitudine miseriorum aut habundantia diuiciarum finem non habuit,
cuius enim regnum vnquam dicere poterat
letum dedurit, cum eum in aqua parte
dici reatum aut contrarie vel impetus
ire, aut motus concupiscencie non turbauit,
liuor invidie, ardor auaricie, aut
tumor superbie non vexauit, iactancia,
offensa, vel aliqua passio non commo-
uerunt, vnquam audiuit aut actus alios
non molestauit. A mane enim usque
ad vesperam mutatur tempus, cogitaciones
varie sibi succedunt, et mens rapitur
in diuersa, tempus preterit, tempus aduenit,
mors quottidie appropinquat. Mille
anni regnantis sunt tanquam dies hesterna
que preterijt, semper sibi alia succedunt,
et ipsi regibus pristina moriuntur, imperant
alij, sed ab alijs terrentur, dominantur,
sed omni hora vite vel regni terminum
suspicatur. Talis vero regni gloriatur, in
in re quia non attendunt quod tota orbis
terre respectu magnitudinis celi quasi
punctus quidam censetur. Dicitur igitur dominum
sunt qui regnant in ciuitate se regulos
esse tota altissimo regno quo fruuntur.

Nam sicut dies homo laboribus et erumpnis pleni sunt. Et ut dicit Ecclesiastes primo
omnia que sub sole sunt vanitas vanitatum
et omnia vanitas. Si vero sunt impij terrena
quia ut ait propheta non est pax impijs,
quando non sunt reguli quos inflat superbia
rodit invidia, stimulat auaricia, succendit ira, angit gula, catthenat luxuria
ligat accidia, mactat homicidium
quicquid per omnia quibus peccant per hec
torquentur et torquebuntur. Ve igitur homines
quamuis potentes dicuntur et sunt reguli
rex regis eterni, per quem reges regnant
et conditores legum iusta decernunt,
Proverbiorum viijo. Rex vero intellectualis est spiritus
racionalis, talis homo qui dominatur regno
et regimen corporis et anime, enim tale quod prium
et ipsum cordis et interiorum accionum
et affeccionum et cogitacionum. Et est regnum
licet sit paruum quantum ad situm localem
quia vix ad mensuram septem pedum
extenditur, ac per hoc rex illius regni bene
regulus dicitur a paruo regno, scilicet micro-
cosmo, id est minori mundo, tamen quantum ad
diffusionem intencionalem regnum istud
extenditur usque ad finem mundi, et usque
ad celum per cogitaciones scilicet et affecciones,
iuxta illud salvatoris Matthei vito: Ubi
est thesaurus est ibi est et cor tuum. Preterea
et intra quem spacio mentalis est. Et sic ergo
rex regulus iste rex dicitur sed sic bene
rexerit, ut dicit Isidorus. Et potest quasi
polire, aut quod racionalis mens regaliter
domino regit appetitum. Et de hoc regulo
in rege nunc prosequar, qui est propter
suum regimen singulariter dicitur quidam re-
gulus. Dicitur ergo quidam regulus.
Hic regulus filius est quilibet hominibus
opera sua sicut per quem in ecclesia nostra
tam parum ad opera sua sicut per opera
ad suos natos. Tunc aut dicitur filius
cum opera sua in caritate facta sunt. Et
cum in deo infirmatur aut per peccatum, quando
cum impius spiritus ex corde cum [illegible]
opera sua sunt, et hic est in capella [illegible]
Et sicut hec sunt hec tria iuncta
primo spiritus racionalis, plato regitiuo
quod notatur in regia dignitate. Secundo operum

niorum contra defectum quod signatur in filiis in
firmitate, quia caro spiritualis correpta institia
tiam que designatur in loco voluptatis sup
ta phariam; quantum ad primum ostenditur
quod spiritus rationalis vel mens, que est supre
ma in homine, congruenter dicitur regulus vel rex in
regno anime, quia ipse omnes potentias
et vires anime et corporis, sensus atque
affectus et cogitationes hominis, regali im
perio regere debet et regulare, precavendo
sollicite ne quis unquam motus inor-
dinatus in regno anime contra dominum honorem
insurgat, et si quis insurgere ceperit,
statim quasi manu regali debet co-
hercere et cohibere, ut dicere possit cum
psalmista: anima mea in manibus meis semper
et legem tuam non sum oblitus. Unde
quod vero dicit Ambrosius: cui iugiter proprium cor
pus subegit, nec animam sua rector ex
passionibus turbari, pro longua
immanitate permisit, iste quasi regia
potestate cohibentes rex dicitur, quia regere se
novit et arbitrii sui victus sit, nec captivus
trahatur in culpam, nec preceps trahatur
in vicium. Ut autem sic regnum spiritus rationalis
gubernet et regat, tria sunt ei necessaria
que ad bonam gubernacionem talis regni
requiruntur, scilicet sapiencia, iusticia et potencia. De primo dicitur Sap. 6: O reges diligite sap. 1.
sapienciam ut in perpetuum regnetis, per sapi
enciam enim leges bene regendi et bene
vivendi decernuntur, Pro. 8: Ego sa
piencia habito in consilio et eruditis intersum
cogitacionibus, et infra: per me reges
regnant etc. Hinc prudens rex Salomon pro
dia petivit a deo sapienciam, unde pro
ut in Salomon primo: Da michi sapienciam
et intelligenciam etc. Ut glosa: Non aurum,
non divicias, non terrena gloriam, quesivit
Salomon, et petivit a deo, sed sapienciam
ut populum dei regere posset et iudicare.
Si sic eligit rector corporis multo magis
dicit sic eligere rector anime, sicut ibi dicit
propter quod verum est de regente animam vel anime
ipse, quia nunquam aliquis bene regit
animas aliorum, nisi qui prius didicit re
gere seipsum, iuxta illud Gregorius in pastoralis
exhortacionibus: Cui militare sit potestatem
regere, prius debet purgare conscienciam ut que
delicta corrigit aliorum non admittat
ipsa, et docet quod vindicat, stultus enim est

ut velit quis aliis imperare, cum sibi non possit imperare.
possit. Sapiencia ergo regi est summe necessaria
Sap. primo: Audite reges et intelligite
ut discatis prudenciam. Ad hoc significatum
est in rege Salomon, quem per totum regnum
suum decreta sapienter disposuit ~~et totam~~ tali fuit pro.
~~familiam suam~~ ordinatissime obsequendi
lege instituit, ita quod regina Saba que
veniat audire sapienciam Salomonis, videns
eam eius sapienciam et domum quam edifica
vit, ordinem quoque ministrancium, non habebat
ultra spiritum. Et ita moraliter adaptando de
nostro rege spirituali, qui per Salomonem desi
gnatur, per Saba vero que fuit regina gen
tilium, que clamatur vel convertens inspirata,
intelligi potest anima, quantum ad porcionem in
feriorem vel sensualitatem, que modica est
de deo cognicionem, ad instar gentilium,
quia regina dicitur, quia iudicat et dispo
nit de temporalis circa sensualia negocia
do et quia raro consentit adversa
spiritum; hinc est quod hec regina sepe sit
clamans contra spiritum regem suum adversa, sic
potest dici regina victorum. Hec quidem
regina visa sapiencia Salomonis, i. spiritus
racionalis qui omnia et superius intendit
et excepta quod sapienter omnes vires anime
parato certa lege gubernat et regulat
et quod ordinate omnes motus insurgentes
suo regali imperio moderat, confessim
non subiacebo, non habet ultra spiritum re
luctandi, quia per dona vincens ut non
valeat ultra contra spiritum reluctare.
Sic quod de regina Saba clamante sit co
nvertens, prius utraque inspiracio commenda
beat deo. Prius fuit ~~clamans~~ clamans
contra spiritum, postea fit convertens
totum ad imperium sui regis spiritus. Sed
aliquibus forte videtur incredibile quod in
aliqua sensualitas ita totaliter subiciatur
racioni et eadem spiritui, ut nulla sit ibi ultra
reluctacio, propterea quod apostolo Paulo
tante perfectionis viro hoc negatum sit.
2 Cor. 12. Sed hec est verum de lege que
de prima loco seu genere spiritualis, non est
impossibile; unde in collacionibus patrum, collacione
abbatis Chemonis ita dicitur hoc est virtus
quorumdam, castitatis quod carnales motus
toto horrore detestantur, ingentem atque
inviolabilem sui retinent puritatem.
Hec autem sit, quod caro eadem desinit adversa

spiritum compescere / cuius desiderium omnino
convenientis / et cepimus admirari pace
sic missam sonari / Et per ea subdit: hanc
celestem et angelicam puritatem potius
quam humanam, presertim in se et suis complexionibus /
complexionis imbutum / admirans cognoscit
et ad eorum considerationem ceteros provocat /
dicens venite et videte opera domini que
posuit prodigia super terram / Cuius enim
non miretur opera dei in se / in incomparabilem
[illegible] venturis inglumine ita in se vi-
deret comprehensam, ut vix exiguam
et vilem [illegible] Raro invenitur qui per-
piat / Cuius non miretur opera dei qui
[illegible] illud [illegible] que prius [illegible]
et velut inextinguibilem esse credebat
ita in se restinxisse perceperit ut ne
amplius quidem motum corporis se sen-
tiat immutari / Et aut dicitur de apostolo,
quod hoc sit ei negatum / Ad hoc potest dici
quod licet hoc prius sit ei petenti nega-
tum sit, [illegible] ne per magnitudinem re-
velationum eum extolleret / Sed in processu
hoc dimissa ei collatum sit / Quod
patet ex illo verbo quod ipse scribit Coll.
3o Mortificate membra vestra que sunt
super terram / Ad primum pertractans Aug.
super epistolam ad Ro. [illegible] Neque enim
hic Paulus aliis imperat quod ipse non
fecerat / Et inducit de Abraham quod secundum
apostolum [illegible] corpus emortuum
et Sara quod vulvam habuit emortuam /
quod ut dicit Aug. non sunt ex toto destituta
sed secundum illam virtutem qua in se
[illegible] de ista mortificatione [illegible]
[illegible] quod nec irritant luxuriam nec [illegible]
libidine sed in pace possidet et habe-
nas [illegible] Decimo scilicet de iusticia est
illud Ysa. 32 Ecce in iusticia regnabit
rex, Nullum enim regnum subsistere potest sine
iusticia / qua reddit unicuique quod
suum est / Unde dicitur Prov. 25 Aufer impie-
tatem de vultu regis et firmabitur iu-
sticia thronus eius Sic igitur rex noster scilicet
spiritus racionalis per sapienciam regnum
suum custodit et preservat a malis ut
dictum est, sic per iusticiam auget et per-
[illegible] in bonis Unde Ciprianus Bona
que in regno operatur iusticia [illegible]
in libro de xii abusionibus [illegible] iusticia

regis pax populorum / tutamen patrie, immunitas
plebis, munimen gentis / cura lan-
guorum / gaudium hominum / temperies ma-
ris / aeris serenitas / terre fecunditas / so-
lacium pauperum / hereditas filiorum / et
sibimetipsi spes future beatitudinis / Hec
omnia vivificant in regno [illegible] spirituali
singula adaptando / Et Richardus
in libro de contemplatione dicit / perfecta iusticia
iubet inimicos diligere [illegible] et retri-
buere / illata mala pacienter ferre / ob-
latam gloriam ubique declinare / Quod per
multa vagantur omnes [illegible] virtutes
iusticie nomine censentur ut ait Jeronimus,
ad demonstrandum [illegible] igitur iste re-
gulus vel rex noster / per iusticiam imperat
et instigat nos ad bonum et ad omnem
perfectionem virtutis / Et hic figuratum fuit
in Ezechia rege de quo dicitur 2 Paral.
19 quod ipse [illegible] perfecto corde deo ambu-
lavit / et quod rectum erat in conspectu domini
hoc perfecit / Decimo scilicet de potestate est illud
Prov. 20 Rex qui sedet in solio suo
per potenciam regalem / dissipat omne malum
intuitu suo / Et hic 3m notandum est regem
[illegible] sapiencia et iusticia [illegible] sit,
[illegible] potestatem ad exequendum / Ideo dicitur Ecc.
7 noli velle fieri iudex nisi vir-
tute valeas irrumpere iniquitates / Sic igitur
in regulo nostro sit non solum sapiencia et iusticia
sed potestas ut regulariter suo intuitu valeat
omne malum dissipare / et omnes motus
[illegible] ad bonum virtutis ordinare / Quod
figuratum est in Ozia rege de quo legitur
2 Reg. 22o quod ipse regia potencia [illegible]
[illegible] et populum ad veri dei cultum
reduxit / quorum primum respicit dissipationem
mali / secundum [illegible] ad inductionem boni
et ad hec exequenda spiritus racionalis
indiget regali potestate et magna virtute for-
titudinis / Unde Ambrosius libro de officiis
non mediocris animi [illegible] est fortitudo
[illegible] inexpugnabili [illegible]
[illegible] decertat [illegible]
ad [illegible] ad pericula [illegible]
adversus voluptates / que sola defen-
dit ornamenta virtutum omnium et iusticiam
custodit / Igitur iste racionalis [illegible] per
dictas tres regias condiciones / non solum
regulus sed et rex dici potest / Tamen ut

dunt propter in pus, prius no caret
regia ptate / qui nouit corpi suo com
bilr dnari & imparc / vere dnator est
qui carnē sua regit moribus dissimplic
De istis regibus dicit Greg' xxvj mo
ralium … sancte testimonio
reges vocant / quia plati motus moti
bus carnis, modo luxurie appetitu re
frenat / modo estu avaricie temperant
/ modo gliam inanē declinat / modo pur
gas timoris abruunt / modo ignē furoris
extinguit. Reges enim sunt qui tempta
tom suarum motibus, no consenciendo
succumbere, sed preesse regendo norunt,
/ Talibus dicit salvator Luc. xvij° Re
gnum dei intra vos est / Contra circum
spm nrorum … deficia quod notatur
in filij reguli infirmitate / cum dicit
Cuius filius infirmabatur / In quo ut dictum
est triplex sunt opa nra. Circa
quod tria sunt videnda, primo quod sint
opa nra infirma / Secundo ubi …
infirmitas oriatur / Tercio qualiter
curetur / Quantum ad primum sciendum quod omnia
opa nra sunt infirma / quantumcumque etiam
bona videantur. Ysa. lxiiij quasi pannus
menstruate universe iusticie nre / Si
sic ipse David et deuotissimus … quod dic
dendum est de peccatoribus … quod Job nun
teste dno / similis no fuit in terra, dic
debat verebar omnia opa mea /
videamusque in eo que fuerit opa sua
na ipse multiplicibus holocaustis
domum placare studuit / afflictum compas
sionis cernit / in ipso quod afflictus
erat flendo / ministerium impendit / Ca
stitatem ex corde custodit / humilitatis
culmen tenuit / elemosinas largas fecit / ho
spitalitate exhibuit / inimicos dilexit
& multas alias virtutes habuit / prout
hec omnia patent ex sacre textus
Si ergo vir tante perfectionis & sanctitatis
verebat opa sua / et specialiter ista quibus
deus erat placandus / quid nos mi
seri & caduci presumere possumus de opi
bus nris / Dicit namque Greg' xi moralium
Bona quidem erant hec omnia opa, sed
timenda / quibus qui vant volunt placere
deo / Ex quibus patet quod omnia opa no
stra / quantumcumque videantur bona sunt in
firma / propter quod bene dicitur quod filius
reguli infirmabatur / Filius quippe
reguli sunt opa nri spiritus in racionis
que de se, … sunt bona / opa vero

carnis mala / De quibus dicit Apostolus Gal. v°
Manifesta sunt opa carnis que sunt fornicatio
immundicia etc. / Et subdit / Qui talia agunt
regnum dei no consequentur / nec mirum quia
no sunt filij regis / De opibus autem spiritus
subiungit ibidem. Fructus autem spiritus est gaudium
et pax etc. / adversus huiusmodi non est lex.
Que quidem opa / quantumcumque magna sint
& regia / necesse tamen dicuntur infirma / filius
enim reguli infirmabatur. Secundo autem
ad zm videndum unde surgat ista infirmitas
qua opa nra qualiacumque bona sint, ti
menda sunt / Sciendum secundum Gregorium ibidem duo
sunt in nobis precipue timenda / accidia
vz & fraus / accidia facit ut nimia
amor sui / faciat amori dei fraudem /
Per accidiam enim opa nra bona deficiunt /
quod fervore quo cepta sunt, frigescente
amore & habere … et fraude sunt pre
proprie depereunt / et hoc contingit dum pro
bonis actibus vel tacita quedam cordis
gra / vel lingue favor, favorem vel quelibet
alia res expetatur / Sed illius qui ex
…ut manus suas ab omni … munere
Cordis oris vel manuum / Solus igitur is
in bono opere fraudem non facit / qui
in bono opere / nec ad humane complacencie
graciam nec ad laudem vanam nec ad corpora
lis rei premia anhelat / et per alterutrum
… se inmiscuit / ubi reguli filius
infirmatur. Tercio autem ad tercium
scilicet qualiter hec infirmitas curetur / Sciendum
quod predicta nrorum operum infirmitas
commodo curatur quo fuit iste filius re
guli curatus scilicet solo verbo salvatoris
cum dixit Filius tuus vivit / Sic nostra
nra opa no sanantur nec sana reputantur
nisi no dominus hec manifestet / Nemo
enim de sua operacione securus est / nisi ei
hoc divinitus revelet / sicut per se ipsum vel
per angelum vel per aliquam revelacionem / Sicut
pluribus patribus olim divinitus reve
latum fuit / quod eorum facta probata fuerunt
coram deo / Unde Gen. iiij° respexit
dominus ad Abel & ad munera eius / Ad
signo claruit credenti quia descendit
ignis de celo / et incendit oblacionem eius
quod indicat deus opus illud sibi
fuisse acceptum / et opus eius fuit sancti
ficatum declaravit / Item in Abraham
quod opus eius in ymmolacione filij sui
Ysaac fuit acceptum / ipse deus verbo

tuo patefecit ei dicens / Quia fecisti hanc
rem et non pepercisti filio tuo unigeni-
to propter me benedicam tibi etc. Gen. 22o
/ Dicitur de david / quod propter ea prima placuit
deo, indicatum est sibi ei post nathan
prophete dicens / Transtulit dominus peccatum tuum,
Quod et sic fuit. atque postquam dixisset filius tuus
vivit / De his et multa sunt alia exe-
mpla in scriptura / De multis enim et propter legitur
quod per apparicionem dei vel angelorum revela-
bat / eorum opera placere deo / Et nihilo-
minus talium preceptorum adaptatur verum salvatorem
filius tuus vivit / Alii autem generaliter de
omni opere nostro verum est quod dicitur Eccles. ix.
nescit homo an odio vel amore dignus
sit / sed omnia in futurum conservantur incerta
Luc. xvijo Cum feceritis omnia que precepta
sunt vobis dicite servi inutiles sumus
fecimus quod debuimus / Contra tangitur
sensualitas vite corruptorum in secunda
in dicitur capharnaum erat enim metro-
polis galilee. ubi fuit confluencia
multorum hominum / ac per hoc est loca volu-
ptuosis / quod etiam importat nomen
interpretatum. nam capharnaum interpretatur villa
pinguedinis vel consolacionis unde per hoc
signatur carnis et sensualitatis delectacio /
Qua plerisque vires anime infirmantur
et infirmantur / De talibus voluptuo-
sis dicitur in ps. prodiit quasi ex adipe
iniquitas eorum / Nam ea que deus eis
dat ad sustentacionem nature et consolacionem con-
vertunt ad sui corrupcionem et corpora-
lem delectacionem / Et talibus dicitur Luc.
vj. ve vobis divitibus qui habetis hic
consolacionem vestram. unde dicit Aug. libro de
doctrina christiana nihil est infelicius
felicitate peccancium / Talium opera lig-
nunt capharnaum non tamen in eius dominum
filii reguli vel regis / qui non propaga-
tur generosi / sed potius degeneres ad exterio-
ra girovagi / Quod conqueritur Eccli. prop-
missus est dicens / Filii tui venient ex-
terius / et de regno dei quod intra
nos est relictis veris ac perhennibus
bonis fordibus quamque vana consolaci-
one vanitatibus. et in sanctis falsis /
Et illis recte dicuntur similes / Immo sim-
iliores / Mirum illud quod legitur de dyo-
gene philosopho quod quadam indignatibus
quod assurrexit imperatori refertur
dixisse / non video similem similiori meorum.

Eam incipit sinis voluptati / et ipsa in sinu
eius ... vel eorum opera decant diviti filii
reguli vel regis / hoc erat de regno
Epicurorum / de quo recitat Aug. de civitate
dei c. 20 quod stoici pinxerunt voluptatem
virtutem ad derisionem Epicurorum
preferentium virtuti voluptatem. depinxerunt
tabulam ubi voluptas in sella rega-
li quasi delicata quedam regina sedebat
ei que virtutes famule subiciantur / observan-
tes eius nutum ut faciat quod illa impa-
rit / que prudencie iubeat ut vi-
gilanter inquirat / quo voluptas re-
gnet et ut salva sit / iusticie iubeat ut
prestet beneficia que potest / ad comparandas
amicicias corporalibus commodis necessarias
/ nulla faciat iniuria / ne offensis regi-
bus voluptas vivere secure non possit.
et ita de fortitudine et temperancia / Sed
istud revera non est regnum dei / nec
spiritus in anima / sed est potius regnum diaboli
ad depingit beatus Gregorius super Canticum
simon xli / in quo diabolus est rex super
omnes filios superbie / Iob xl quod principes
multos habet in regno suo in anima luxuriam
vel avariciam et maliciam / principes tamen
eius sedet in tribus quibus quatuor rotis
volvitur. scilicet ventris ingluvie / vestis
mollicie / carnis libidine / omni soporis
ac resolucionis / duobus equis trahitur /
prosperitate vite et habundancia rerum
Auriga vero presidentes equis sunt igna-
vie torpor / et infida securitas / loco
umbraculorum est conopeum. id est tectum subtili
intextum. ad faciendum umbram prosperitati omnium
loco flabelli / effusionem ad incitandum
ventum adulacionis / ex quibus patet
quod in anima duo sunt regna. primum spirituale
quod est regnum dei / Aliud voluptatis
carnalis. quod est regnum diaboli / Elige
de quo regno volueris esse et sub quo
rege militare. utrique dat stipendium /
Stipendium spiritus est vita. Ro. viijo /
Si spiritu facta carnis mortificaveritis /
vivetis penitus illud abicientes / quod
tamen exigit voluptuose. vincetis hic
in iusticia et in futuro in gloria / Stipen-
dium vero diaboli mors Ro. vj / Stipendia
peccati mors / licet tamen ipse mendaciter
stipendium vite promittat dicens / nequaquam
moriemini sed eritis sicut dii Gen.
3o / ad imperandum ei beatus Gregorius

in delectatione

dt o nequam vbi est id fortitudo ne quaquam moriemini / omnes enim morimur et quasi aqua dilabimur in terra ii Reg xiiii Revertamur igitur nos ad regem nostrum spiritualem / cuius est regimine regali. talis in vita presenti regulem et in regno celestis patrie regem regnum in decore suo sicuti contemplemur / Si vero quod absit spiritus racionalis diminuetur in regimine / et obfuscatus sequatur inordinatas passiones, et non respiciet eius. Ephes 4o ambulat in vanitate sensus obscuratum habentes intellectum / amittet nomen regis et dicetur diminutive regulus tunc filius. i. opus vel affectus infirmatur i. deviat a bono et declinat ad malum / Si enim spiritus racionalis fungeret rex. i. fortis filius eius non infirmaretur / sed quia regulus est / ideo filius eius infirmatur et hic capharnaum / quia habundans temporalium et est ista spiritualis infirmitas. Ezech xvi o haec fuit iniquitas sodome sororis tue habundancia saturitas panis et / Hic sic regulus cum audisset quod ihesus veniret ita quadam adiunctus cupiditate differebat spes homini in validior erat de sanacione a peccatis / Sed cum audit adventus xpi appropinquare spes sanitatis confortatur in nobis / et tunc imus ad deum ita adhuc ipse venit in mundum ut peccatores saluos faceret. luc 19 venit filius hominis querere et saluum facere quod perierat / Sed sic dicit xpm ante oracionem animarum parentibus pergimus quod sit descendendo per depredacionem et sic fecit iste. vnde dicitur quod abiit ad eum Amos iiii Preparare in occursum dei tui / peccatum autem fuit depravacionem filii vnde dicit rogavit eum ut descenderet per misericordiam ysa 6 e vt dirumperes celos et descenderes vt saluares filium eius dicitur et nos debemus rogare. vt sanem a peccatis / secundum illud ps Sana animam meam quia peccavi tibi, ita nunquam per se potest ad statum iusticie redire nisi sanetur. adeo, secundum id Job non est mihi auxilium ex me / Sic et pre ceteris veteris testamenti rogabat pro populo ysrael / vnde de uno eorum dicitur ii machabeorum ultimo hic est fratrum amator qui orat pro populo / iniquitas autem incipiebat laudi fuit vrgens / incipiebat enim mori enim hic tentatus, incipit ei furari, Sed quando temptacio prevalet / ita ut inclinet ad consensum / est prope morte.

sed quando iam consentit incipit mori / Sed vero iam consumat peccatum moritur sicut dicitur Jacobi primo peccatum cum consumatum fuerit generat mortem / de qua dicitur in ps mors peccatorum pessima / quia hic incipit et in futuro absque fine cruciat / Decimo homines sunt opera hominis / quia homo est dominus actuum suorum et affectus per hos serviunt / quia obediunt homini imperanti et dirigenti / Isti autem sacram annunciant quod filius reguli scilicet homines vivit / quando relucet in opere / quando vires interiores obediunt homini / per quod etc. hora autem septima in qua puer a febre dimittitur / significantur septem dona spiritus sancti quibus ac peccatum dimittitur / quia vita spiritualis in anima recreatur ac tota perfecta salus mentis et corporis consistit / haec et septem / quibus anima de peccato per penitenciam resurgit. sicut dicitur iste / vna cum in quatuor tres in confessione / que debet esse vera, simplex et devota seu integra / et tres in satisfactione scilicet ieiunium oracio et elemosina / Iste septem hore signantur in pueri ab heliseo resuscitato, qui septies oscitavit et rediit ad vitam iiii reg 4o quia ipse septem resurgit a portis mortis ad vitam / vnde theophilus regulus est omnis homo non solum quia regi principi propinquior secundum animam existit / sed et quia ipse super omnia principatum suscepit / Cuius filius i. mens febricitat voluptatibus pravis et desideriis / accedit autem ad ihesum et deprecatur ut descendat. i. ut condescensione misericordie vitam a peccatis parcat / prius quam a voluptatum infirmitate moriatur / Sed dominus dicit vade. i. profectum quem circa bonum sudasti et tunc filius tuus vivet / Si autem ambulas temptacionibus mortificabitur, sicut intellectus circa bonum operatorum haec ille / Quando regulus pro filio sanando intercedit / deum placatum quasi prelatus pro suo subdito variis temptacionibus depravato preces effundit / vt a deo sanetur / infirmus autem sanatur dum per culpam depravatus per graciam ad iusticiam renovatur / debemus ergo rogare deum vt a peccatis sanemur / quia non potest ad statum iusticie per se redire / nisi sanetur a deo per graciam / Notandum quod sicut per febrem signatur peccatum et febricitans signat peccatorem / Sicut enim febricitans nunc habet calorem / nunc frigus et tremorem / Sic peccator habet modo impiditer

et inordinatu amorem boni in pectore
Et hic est ane calor, in quo est timorem s
primaz inspiciendi vel peragendi qui
est fugiens ane vii dt Augustinus quod duc res
faciunt oia peta in hoie s timor et cu
piditas. Amor facit fugere omnia
que sunt carni molesta. Cupiditas
facit non contempnere sed potius appetere
que sunt carni suavia. Et sicut ex duo
peccator duplicem penam recebit in infer
no sicut illud Job xxiiii. Ad calorem
nimium transibit ab aquis nivium
Iuxta que secunda est incommoda quod pati febri
citans est gustus, quia eius palatum morbidum
per quod dulcia videntur ei amara
et insipida. Et ego sic eodem modo peccator per i
nordinatum eius palatum quod omnia spiritualia
videntur ei insipida. Dicitur autem febris
a fervore et eo omnis morbidata pas
fervet igne maligno. Febris est ane
patet quod de quolibet peccatore dicitur Ysa
lvii. Cor impii quasi mare fervens
quod quiescere non potest. Hunc fervorem
accendit instigator malorum dyabolus
Job xli. fervescere facit quasi ollam pro
fundum maris. Ex tali fervore generantur
septimplices febres ane. Sicut enim septe
sunt species febrium, sic etiam septem sunt ane
peta. Prima dicitur effimera ab effimero
pisce marino quo eodem die quo
nascitur moritur. Et sunt motus morbidati
passionis et spiritualis subitus vel motus
qui dicitur fumus Augustinus solis occasum secundum id
apostoli Ephesios iiii. Sol non occidat super
iracundiam vestram. Secunda febris est terci
ana, que una die intermittit. Qua
laborant illi qui peccaverunt, dolent quidem
de peccato et sic stant unum diem prius quam
est contritio, sed ad 2am diem confessionis
non pervenerunt, et ideo statim in idem re
deunt. Tercia febris est quartana que
duo dies absque accessione sunt. Quidam
enim post accessionem peccati duos dies pe
nitentie scilicet contritionem et confessionem assumunt
Sed quia iuxta sacerdotis arbitrium ad
diem 3m scilicet satisfactionis non pervenerunt,
non recipiunt in peccati passionem inciderunt.
Quarta febris est quotidiana. Secundum
quam qui absque contritione aliqua sic equi
tat mala, qui omni die gule serviunt
aut mercationibus aut laboribus seu ingeniis
vacant. Sed ad hac sed febris quinta
scilicet continua, ad sequitur secunda continuitas

Et hac febre laborant maxime luxuriosi
invidi et avari, qui propter consuetudinem
difficulter possunt curari. Sexta febris
est ictica generata consuetudinis, quod per ethicam
intelligitur. Ethica vero dicitur que in mo
rem est deducta. Ethicus namque mos appe
llatur. Hec autem febris radicitus inne
scitur et naturalem humiditatem consumit. Et
sic spiritualis per ethicam quod ossa exsiccat
et mortem operatur viii. pro. xvii Spiritus tristis
exsiccat ossa, id est robur virtutum. Septima
febris est acuta, que est desperatio con
fitente in nequicie, in qua ia non
erubescunt neque timent nec pavescunt facere
que conveniunt. De salute talis valde
timendum est quia de talibus et medici
solent desperare, nisi tamen necesse rara
miraculo fiat. Contra quantitatem miraculum in
miraculo credent tu dicit: Hic ergo
miraculo faciente tu dicit. Hoc ergo iterum secundum
signum fecit Ihesus cum veniret a iudea
in galileam. Non dicitur secundum primum tamen quod multa
signa fecerat in ierusalem ut predictum est. Sed
dicitur secundum de hiis que fecit in galilea
Non subditur cum veniret a iudea in galileam
Quod potest adhuc dupliciter intelligi. Uno
modo in isto eorum adventu de iudea in
galileam fecit dominus duo miracula. Quorum
primo non scripto ponitur illud secundum.
Alio modo quod illius duo signa fecit in ga
lilea diversis temporibus. Unum scilicet de vino
et istud est secundum, quod fecit quia filium
reguli veniens de iudea in galileam.
Dicitur autem quod galilei peiores
erant quam samaritani qui nullum signum
expectantes a domino verbo eius [struck-through word] multi
crediderunt ex eis. Sed ad ipsius miracula
solum non credidit Christo nisi regulus et
domus eius tota. Sed iudei per totum do
num paulatim convertebat ad fidem si
cut in mulier vino effectum suum per quod colligit
in ... et ... sequitur satis quidem.

V. Post hoc autem erat dies festus
iudeorum et ascendit Ihesus ierosolimam.
Est autem ierosolimis
probatica piscina que cognominabatur
hebraice bethsaida, quinque porticus
habens, in hiis iacebat multitudo
magna languentium, cecorum, claudorum,
aridorum expectantium motum aque.
Angelus autem descendebat secundum tempus
in piscinam et movebatur aqua. Et qui prior

confessio

descendisset in piscinam post motionem
aque sanus fiebat a quacumque deti-
nebatur infirmitate etc. Tempus circa-
dicitur autem de regeneratione spirituali probatur pro-
bando Christum esse messiam in lege promis-
sum. Hic quidem agit de beneficiis que re-
generatis spiritualiter conferuntur, adeo per eorum
ipsum probando verum esse deum. Sicut enim his
qui carnaliter generantur tria conferuntur a paren-
tibus carnalibus scilicet vita, nutrimentum
et doctrina seu disciplina, sic et ista tria
a Christo regenerati spiritualiter recipiunt. Primo
quidem spiritualem vitam. Secundo post spiritualem
nutrimentum. Hoc in sexto capitulo ibi Post
hec abiit Ihesus trans etc. Tertio spiritualem
doctrinam, capitulo septimo ibi Post hec ambulabat
Ihesus etc. Est enim creator conservator
et doctor. Circa primum ostendit se esse crea-
torem omnipotentem in iustificatione mul-
torum infirmorum. Ubi tria facit. Primo propo-
nit signum visibile in quo manifestatur
virtus Christi sanativa et reparativa vite, secundum
consuetudinem huius evangelii in quo frequenter
doctrine Christi adiungitur aliquod visibile
signum pertinens ad illud de quo est doctrina,
ut sic ex visibilibus invisibilia innote-
scant. Modus enim naturalis cognitionis
humane est ex sensibilibus ad intelligibilia
deduci, quia omnis nostra cognitio oritur
ex sensu. Primo proponit. Et ideo virtus
curativa est ut sequitur, proponit signum
visibile, quoniam signum doctrine. Secundo ponit
occasionem doctrine proponende ibi Erat autem
sabbatum. Tertio ipsa doctrina ibi Respondit
itaque Ihesus Amen amen dico vobis etc.
Circa primum tria facit. Primo describit
locum miraculi perpetrati. Secundo infirmitatem
ibi Erat autem ibi quidam triginta et octo annos habens
in infirmitate sua. Tertio restitutionem
sanitatis, ibi dicit ei Ihesus Surge tolle
grabatum tuum. Locus autem miraculi de-
scribitur duplex, scilicet generalis et specialis.
Locus generalis est Ierusalem, ideo dicit Post hec,
id est post miraculum in Galilea factum, erat dies
festus Iudeorum scilicet penthecostes. Sicut enim
supra fuit mentio de festo pasche
quod in Ierusalem erat, nunc ergo in sequenti
festo penthecostes ascendit Ihesus
Ierusalem, causa ita ut habetur Exodi xxiii
et Deuteronomii 16. Constitutum erat a deo
ut omne masculinum generis Iudeorum tribus
vicibus in anno, scilicet in die pasche, pen-
thecostes et scenophegie, in templo
presentaretur. Prima sollempnitas scilicet azimorum
que phase vocatur fiebat annuatim in
primo mense, hoc est in marcio, ad re-
cordandum beneficium liberationis de Egipto,
quia phase interpretatur transitus. Et hoc
festum spiritualiter celebramus quando a [illegible]
viciis ad virtutes transimus. Secundum
festum est ebdomadarum, hoc est
penthecostes, quod fiebat in recorda-
tionem legis date, que data fuit quinquagesima
die ab exitu de Egipto. Hoc enim celebra-
mus in legibus observandis. Idem fe-
stum dicebatur novarum frugum, quia tunc
de novis panibus offerebant domino.
Tertium festum scilicet tabernaculorum, hoc
est scenophegie, fiebat ad recordandum
divinum beneficium protectionis et ductionis
per desertum, ubi in tabernaculis habitaverunt
sub umbra ramorum, ad designandum quod
per aridam terram deserti duxit eos ad
terram promissionis. Hoc festum nos celebramus
quando mundum quasi peregrini transimus et sic
[illegible] ramos gerimus, qui de
virtute in virtutem proficimus. Ad has tres
sollempnitates Christus ascendebat Ierosolimam,
hominibus sollempnitates celebrantibus
et cum eis dies festos agentibus. Primo propter
hoc ne videretur legi contrarius, cum ipse dicit
Mathei v: Non veni solvere legem sed ad-
implere. Secundo ut plures inveniret in
frequentibus, fidei doctrina animaret et in-
strueret, salutis [illegible] pandet, ac
virtute sua manifestaret, et eos per doctrina
ac signa attraheret secundum illud Psalmi: In me-
dio multorum laudabo te. Et alibi: An-
nuntiavi iusticiam tuam in ecclesia magna.
Unde et ipse dicit infra xviii: Ego palam
locutus sum mundo. Locus autem specialis
miraculi fuit probatica piscina, de qua
subdit dicens: Erat autem Ierosolimis iuxta
templum probatica piscina. Hanc quidem
describit ex quinque, scilicet ex nomine, ex dispositione,
ex multitudine et ex virtute. Ex nomine quidem
cum dicit probatica piscina, in qua aque
pluviales a templo et edificiis [illegible]
stillantes colligebantur. Et dicebatur
piscina quia ex aqua non habens pisces
[illegible] gravitate collecta piscina quasi
[illegible] dici solet. Et probatica a probaton

latrine

grece / quod est omnis gentis / qui origina
rii ordinaria / vel penalis / et ministri
sive nathinei qui aque baiuli in templo
erant / exta et cadavera pecudum / et
precipue dumtaxat / que ut placitum in sacri
ficiis offerebantur / in ea ad sacrificia
pro lavabant / et propterea in lateribus
in atrio sacerdotum existentibus / longe inter
stiterant ponit in hebraico dicitur / Hec
cognominabatur hebraice bethsaida
id est domus pecorum / quia pecora in por-
ticu iacebant donec lavarentur a ministris /
Ex dyspositione autem describitur / quia erat quinque
porticus habens v aditus pervenientes
ut per plura loca possent ministri et
sacerdotes commode ad aquam descendere
absque impedimento et stare ad lavandum /
cadavera describit et cetera abluere / Ex
inhabitatione autem describitur / quia in hiis
scilicet porticibus v in capulis et lectis ad
quiescendum paratis iacebat magna
multitudo languentium cecorum claudorum
aridorum et aliorum infirmorum expectantium
aque motum / ad cuius virtutem infirmi in
sanabantur / Tunc quia nondum convenienter sa
nabat / nec multos simul curabat quod multi
illic expectantes morarentur / Causa
vero curationis subditur cum dicitur Angelus
autem domini descendebat secundum tempus secundum aliquos
quod certis determinatis temporibus / per interpolationem
in piscinam scilicet ad sanandum infirmos / Et
quia descensus subdit signum dicitur et mo
vebatur aqua scilicet ex descensu angeli / quia
dabat illi aque virtutem sanativam / et sa
nabatur unus infirmus / qui primus descen
debat in aquam post eius motum aqua
detinebatur infirmitate / Causa
quia incertum erat tempus quo angelus
debebat in piscinam descendere et aquam
moveri / ideo languentes continuo iacebant
ibi ut parati essent / Dicuntur autem langue
tes / dum ex diuturnis infirmitatibus cruciati
quia languor est longus angor
Causa vero descensus angeli et motus
miraculum / assignatur a quibusdam dicen
tibus quod in piscina fuit lignum crucis
dominice ut recitat [?] glosa propter cuius
presentiam et reverentiam angelus ibi veni
ebat tunc temporis et movebat aquam
et lignum enatabat / et maxime appropin
quante christi passione lignum enatavit

vel domus venatoris vel domus piscatoris vel porticum domus bethsaida

eius motum / propterea cum ostendebat quod
sanativa natura per lignum dominice crucis a
morbo peccati sananda erat / Qualiter autem
lignum dominice crucis in illo loco positum
fuerit dupliciter narratur / Dicitur enim in
hystoria scolastica quod regina saba
vidit in domo saltus libani quoddam
lignum de quo cognovit in spiritu quod in
illo passurus erat esset ille propter quem
deficeret regnum israel / Quod significasset sa
lomoni / ipse volens tollere dubitatem
regni / fecit illud poni in profundis terre
ubi postea in processu temporis facta est piscina
et ideo postea lignum illud apparuit ibi
modo predicto / In quadam vero hystoria
apocrypha crucis legitur / quod seth filius ade
ex precepto patris / ivit ad paradisum
voluptatis ut oleum misericordie [?] peteret
ab angelo custodiente locum illum de oleo
misericordie / Qui accepit tria grana arbo
ris vite dedit ea seth / et ipsa ca
ute [?] plantavit super sepulchrum patris
ade / ex quibus orte sunt tres virgule
que postea in unam arborem sunt [?] coniuncte
que arbor illa fuit secta
tempore salomonis / arbor illa fuit secta
quia videbatur ad edificationem templi
necessaria / sed nichil quia applicabatur ad opus
semper inveniebatur nimis curta vel ni
mis longa / propter quod tanquam inutilis
abiecta / dimissa fuit in quodam atrio
iuxta templum / Omnes autem ad templum
venientes illud lignum quandam reverentiam
facere ceperunt instinctu divino / de quo
dolentes sacerdotes fecerunt illud in piscinam
proici que erat prope templum / quod descen
dens ad fundum ibi diu latuit / postea
vero imminente passione apparuit modo
predicto / Et quia hec auctor tacet / ideo
eadem facilitate contempnitur qua probatur
propter quod [?] nicolaus lira ponit vi cetera
Dominus quod illa piscina reverentiam accepit
tam a facto / tam a ministerio / Ex facto autem du
plici / quia ab ablutione sacrificiorum
et hospitalitate pau
perum hospitare / et ab hospitalitate pau
perum ibi receptorum / A ministerio autem / quia
ibi primus fuit dignitate hospitare
qualium unde valuit propter dignitatem
passionis christi / quia in eius fracta fuit / et
ideo angelus / locum illum visitavit / et
movebat aquam ut infirmum corpore

motu aque, preter gratiam curationis ad
esse / movebat autem forti motu, et tur-
babat / quia ex sanguine eo miscebatur
quod relictum fuit ex ablucione decetim-
bus, scilicet in aqua purificationis et ma-
tionis, ut baptismus signaret commixtus
in passione Christi / qui curationem spiritualem
prestam erat exhibiturus / Et hoc quod
dicit Rufus quod hec piscina in istice ba-
ptismum significabat / ita deus volens
gratiam baptismalem in diversis prefigurare,
primo quidem dedit aquam expurgantem
sordes corporum que erant ex tactu in-
mundorum secundum legem, de qua habetur Num.
xix / Secundo, dedit virtutem huic piscine
que representaret expressius / quam illa aqua
virtute baptismi / non solum ab inmundi-
tiis carnis abluendo / sed etiam ab infir-
mitatibus corporalibus sanando / nam
quanto propinquiores erant signe veritati
/ tanto erant expressiores / Significabat
ergo piscina predicta virtute baptismi
quia sicut aqua illius piscine / prius
quod lavabat corpora / habebat virtutem
ex angelo, non ex propria natura sanandi
infirmitates / ita aqua baptismi
imbuat animam a peccatis, virtute occulta
dei, quamvis in hoc sanat corpus ma-
teriale / Apoc. primo dilexit nos et lavit
nos a peccatis nostris / Et inde est quod pa-
ssio Christi prefigurata fuit per sacrificia
veteris legis / Ro. vi / Quicumque baptiza-
ti estis in Christo etc. / veritas quod sig-
debuit a figurato differre / Non illa
piscina non sanabat nisi corpus /
et una vice non sanabat nisi unum /
Baptisma autem pertingit ad animam et sa-
nat omnes quotquot veniunt ad ip-
sum / ponat impedimentum / Et itaque
piscina sanans infirmitates in visibili
virtute / apparuit ante baptismum Christi /
ad signum virtute ipsius baptismi / Quinque
porticus habens / id est aditus per quos intrant
lex, prophetie, agiographa, evangelium
et apostolica doctrina / Hec enim quinque / men-
tes faciunt de Christo baptismate / quasi
aditum prebentes ad ipsum / tria prima
figuraliter / duo alia exhibitive / Per
angelum autem descendentem in piscinam
signatur Christus qui dicitur magni consilii an-
gelus, Ysa. ix. secundum interpretationem lxx.
/ Qui semel descendens in Iordane virtutem

regenerativam dedit aquis / tactu sue sanc-
tissime carnis / sed quia virtus divina non
alligatur sacramentis / ideo adhuc de preci-
puo languidus iste de quo hic agitur
non fuit sanatus per descensum in piscinam
sed per Christi sermonem, cum ei dixit Surge
tolle grabatum tuum et ambula / Multi
erant ibi infirmi / sed unus sanabatur
/ quia solus in unitate fidei et ecclesie
/ quam unum deum colit consistens iustificatur.
Ephesios iiii. unus deus, una fides, unum
baptisma / Vel ergo illis qui unitatem
odiunt / et in hominibus partes faciunt quod
dicit autem Aug. / Aqua illius piscine
signat statum populi iudeorum / iuxta illud Apoc.
xvii / Aque multe populi multi / Nam
populus gentium non erat conclusus sub li-
mite divine legis / sed unusquisque am-
bulabat secundum vanitatem sui cordis /
Ephesios iiii / tenebris obscuratum habentes
intellectum / Populus vero iudeorum erat co-
ntentus sub cultu unius dei secundum illud
Gal. iii. Sub lege custodiebamur
conclusi in eam fidem que revelanda
erat / Et ideo populus iudeorum signatur per
aquam in piscinam conclusam / Et pro
batica quia ipsi specialiter erant oves
dei, secundum illud psalmi / Nos autem populus eius
et oves pascue eius / Quinque porticus
sunt quinque libri Moysi, in quibus
porticibus iacebat multitudo magna
infirmorum, in quo signatur imperfectio
legis / Sicut enim illa piscina quinque
porticibus cingebatur / ita populus iudeorum
quinque libris Moysi retinebatur / Et sicut
illi porticus continebant infirmos, non tamen
sanabant / ita lex Moysi infirmitates
quidem ostendebat / sed gratiam sanativam
non conferebat / quia lex non poterat
peccatores sanare / hoc debetur Christo / ipse enim
est per sanguinem suum iustificare et auferre peccata
sed ostendebat ea tamen, secundum illud Ro. vii.
per legem cognitio peccati / Et ideo iacebant
in eis infirmi diversis infirmitatibus
/ curari non valentes / Tamen quidem
describuntur quantum ad quatuor, primo quantum
ad statum, quia iacebant prostrati, scilicet per
peccata terrenis inherendo / Tamen enim iacet
/ in toto terre inheret / aug. ix / consistens
est eius quia erant iacentes et ideo iusti
autem non iacent, sed erecti stant / Ad
Hebreos / Propter ipsi sunt peccatores abligati

sunt et tenderunt / nos autem secundum mysticum sentire / x'ma et ceci infirmi / Secundo quantum ad numerum quia multi / unde dicitur multitudo magna iacebat primo / quia ipsis difficile colligitur / corriguntur / et stultorum infinitus est numerus Ecclesiastes primo / lata est via que ducit ad perditionem et multi ingrediuntur per eam / Tercio quantum ad dispositionem seu habitudinem infirmorum / Et ponit quatuor / que habet peccatum inficit / primo namque efficit egrum hoc est quod est subiectus passionibus peccatorum dominantibus / et quantum ad hoc dicitur languentium / unde et secundum Tullium passiones autem ut ire concupiscentie et huiusmodi dicuntur quedam egritudines eius / unde psalmista dicebat / miserere mei domine quoniam infirmus sum et cetera / Secundo vero ex dominio passionum et victoria / in homine excecat racionem / pro cognicione / Et quantum ad hoc dicit cecorum secundum peccata secundum illud Sapiencie 2 / Excecavit eos malicia eorum / et psalmista supercecidit ignis / scilicet ire et concupiscentie et non viderunt solem scilicet iusticie et intelligencie / Tercio homo languens et eger modo deo efficitur instabilis in suis operibus / et est quasi claudus / unde psalmista Cor impiorum facit opus instabile / et quantum ad hoc addit Claudorum / 3 Regum 18 usquequo claudicatis in duas partes / Quarto homo sic in passionibus languidus eger et claudus / eger in intellectu / claudus in effectu / efficitur aridus in affectu / in quantum exsiccatur in eo omnis pinguedo devotionis / quam petebat David in psalmo dicens Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea / et quantum ad hoc subdit / et aridorum psalmista aruit tamquam testa virtus mea

Sed sunt aliqui sic affecti languore peccati / qui non expectant aque motum in peccatis suis requiescentes secundum illud Sapiencie 14 / non suffecerat eos errasse circa dei scienciam / sed et in magno viventes inscientie bello / tot et tam magna mala pacem appellant / Isti sunt de quibus dicitur Proverbiorum 2 / letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis / Aliqui / et cetera quia non abhorrent peccata / necessaria quia non ignorancia vel infirmitate peccant ex ignorancia / sed ex certa malicia / Alii autem sunt non ex malicia peccantes / expectabat aque motum et non quiescebat in peccatis sed desiderabat ab eis liberari / propter quod de ea dicitur expectancium aque motum

Iob xiiii cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutacio mea / Sicut et illi qui sunt in veteri lege expectabant in desiderio Christum / secundum illud Genesis penultimo Salutare tuum expectabo domine / Et hoc quilibet fidelis expectavit vel desideravit in unitate ecclesie permanendo instinctu gracie / sanabitur a domino / Quinto vero sanantur dicit Alexander quod Christus sanat languentes / dando spiritualem fortitudinem / psalmista fortitudo mea et laus mea dominus / Cecos sanat conferendo spiritualem intelligentiam qua petebat David dicens / Illumina oculos meos ne umquam obdormiam in morte / Claudos sanat erigendo spiritualem rectificationem pedes id est affectus rectificando / ne timore male humiliante vel amore male inflamante claudicet / Aridos sanat infundendo spiritualem impinguationem scilicet devotionem / psalmista impinguasti in oleo caput meum / Hec virtute non desierit piscina / quia sanat ab omni infirmitate corporali virtute angeli descendentis / et ideo dicitur Angelus autem descendebat secundum tempus in piscinam / Et quamvis virtus aque piscine concordabat in aliquo cum baptismo / in aliquibus autem differebat / Concordabat quidem in duobus / primo in occultatione virtutis / non virtus aque illius piscine non habuit virtutem ex natura sua / alias semper sanasset / sed ex aqua virtute occulta scilicet ex angelo / unde dicitur quod angelus descendebat secundum tempus in piscinam / Et sic aqua baptismi ex eo quod est aspersa non ex virtute purgativa anime / sed ex occulta virtute spiritus sancti secundum illud Iohannis 3 nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto et cetera / Secundo concordabat in effectu quia sicut aqua baptismi sanat / ita et ista sanabat / et ideo dicitur Et qui prior descendebat / sanus fiebat / Ideo non dicitur convalescat aque illius piscine virtutem sanandi corpora ut homines abluendo / et salutem corporalem / aque facit quere spiritualem / Differt autem quantum ad duo / cum virtute hac fiebat primo quantum ad hoc / quia aqua piscine conferebat sanitatem virtute angeli / aqua vero baptismi virtute intricata non solum spiritus sancti / sed et totius trinitatis / unde Matthei 3 / Christo baptizato tota trinitas affuit / pater

in pote, filius in psona, spus sancti
in spe columbe. et inde est q in nro
baptismate fit invocatio trinitatis.
Ro dicit qm ad efficatiam, quia aqua
pisine no quit ptute sanatiua con
tinuo, sed sm tpus, sz dilato sepe.
Aqua vo baptismi continua virtute est
ablutiua, sm id zacharie xiiio Erit
fons patens domui david et habi-
tantibus ihrlm in ablucionem peccatoris et me-
struate. Tertio qntu ad multitudinez sa-
nandoz, quia ad motu aq illius pisine
sanabat tm vnus, sed ad motu ba-
ptismi sanant omes, vt innuere. qz virtus
illius aq cu sit creata finita est, et
finitu erit effectm. In hac vo aqua vir-
tus est infinita, ad infinitas animas
qui essent abluebat. Ezech 36 Effundam
sup vos aquam mundam, et mundabimini
ab omnibus inquinatis vris. Et h aug
dicit angelus descendebat sm tpus in
illa piscina, ita xpus magni consilii an-
gelus sm determinatum tpus appetepte (?)
dit in mundm. ysa xiiii (?) ppe est ut ve
niat tpus eius. Et gal iiii vbi ve
nit plenitudo tps misit deus filium
suu et sicut angelus ille no vide
batur nisi motus aque, ita et xpm
diuinitatem no cognoscebat, quia si co
gnouissent, nuquam dnm glorie cruci
fixissent. 1 cor 20 (?) [illegible] ysa 45 Ve
re tu es deus absconditus. Et io vide
batur aqua turbata, sed a quo turbaret
no videbat. quia cognoscentes in
firmitatem xpi, diuinitatem eius no cogno
scebant. Et sicut ille qui descendit
in piscinam sanus fiebat, ita et qui spiri
tualiter credit in dni passionem sanatur. Ro
3o iustificati gratis p gratiam ipius
p redemptionem que est in xpo ihesu
quem proposuit deus propiciatorem p fidem
in sanguine eius ipius. Et 5o vto iusti
ficati p fidem pacem habeamus ad deum
p dnm nrm xpm. Et 3o iustitia dei
p fidem ihu xpi sup omes qui credunt
in eum. Sanat autem vnus tm. qz nullus
sanari pt. nisi descendat p fidem in
ecclesiam, i vnitatem, vt tactum est supra.
Sed quid cum tanta esset virtus aque
illius, vn est hoc q scriptura de ea no facit
mentionem in libris legis. Rndeo vno (?)
modo qz licet virtus erat data aque
ab angelo, et erat figura baptismi.

in qua est ablucio p aquam et sanacio p
spm. et io tpe ante baptismum primo fa
cta fuit, et adueniente baptismo cessauit.
Et io quia p modico tpe durauit et tarde
incepit, io scriptura de ea mentionem
no fecit. Sed adhuc queritur. Cum eque
facile erat deo curare omes sicut vnum
et ipe sit largissimus, curam no debebat (?)
aque efficaciam curandi omes. Et similiter
de xpo queritur, cur tm vnum curauit
circa piscinam iacentem, in cum facile po
tuisset omes curare sicut vnum. Rndeo sm
Bede. illa sanatio corporalis magis erat
in signum, quam in beneficium, quamuis illi
tum fiebat. erat beneficium et signabat
aie curationem. Et ideo quia ad eam desi
gnandam et psignandam ordinabatur. de
buit commode fieri quo optime staret.
Et quia sanatio in eccia no est nisi in
vnitate fidei et caritatis, io tm vnus
curabatur. tn ab aliis, quia a [illegible]
Sed tunc vltius (?) quid hic misterium est in
sequentie (?) [illegible] tunc videtur q si fuerit
maior infirmitas, magis debuit cura-
ri [illegible] no qo debebat sanari qui
prior descendebat, sed q magis indige
bat. Rndeo Bede. hic dictum est illa
curatio corporalis signum erat curationis
aie. Et quia aia curatur a deo sm suam
dispositionem ad recipiendam gratiam no sm
quantitatem in culpa, io qui prius et plni-
us descendebat, prius sanitatem obti
nebat. Moraliter aut sm eundem p pi
scinam pdicatio, in qua porticus quinque
significat pmam. Et piscina congregatur ex
aquis pluuialibus, quia in pma est
effusio lacrimarum [illegible] passionis [illegible]
fecit pluuia dicit Jere v to metuamus
dnm qui dat nobis pluuiam temporaneam
et serotinam [illegible] serotina
p bonis [illegible] Hec pluuia descendit
ad valles et ad humiles et no in montes
et superbos. De quibus figuraliter dicitur
2 Reg p° Montes gelboe nec ros
nec pluuia veniat sup vos. Et
piscina pme hz qnqz porticus in qui
bus requiescit multitudo languen-
tium et sunt qnqz consideraciones que dicunt facere
hoiem in pma permanere. Pma consideratio
est reatus pcti, quo se obligauit ad
penam. ps Qm ego in flagella paratus
sum. Scda est consideratio penitus eternam

et non in
manus hominum

medium Ambrosius Si primitus non egerimus
madeamus in manus dei / hebreos x°
horrendum est incidere in manus dei vi
uentis / Tercia est quod deo opportunitatis
locum et tempus satisfaciendi / quia post vitam
non erit locus penitencie / ideo dicitur Ambrosius 9
recepit hoc fine suo / Quarta causa
in terminus status sui / quia recepit prece
fecit aliquid deo placitum / ideo dicit
Ambrosius ix recepit illud an odio vel amore
dignus sit / Quinta est quod ex perpetuitatis
pene quia in inferno nulla est redempcio
Job vi° / In hac piscina domus sanantur
infirmitates / ideo dicitur in littera quod in porti
cibus istis iacebat multitudo magna
languencium / per quos intelliguntur peccatores /
qui describuntur quantum ad quatuor impedimenta
que cum sunt peccatum per ignoranciam de
quibus ait xpo Si ceci essetis non haberetis
peccatum / ambo in foveam cadunt / Claudi
qui peccant per impotenciam hebre. x°
gressus rectos facite pedibus vestris
vt non claudicans quis erret / Aridi sunt
qui peccant per maliciam vel duriciam
de quibus Ambrosius 3a O presumpcio nequis
sa vnde creata es cooperire aridam ma
licia et dolositate / Hii sanantur in aduentu
angeli i. visitatoris domini / Job 33 / Increpat
per dolorem in lectulo et omnia ossa
eius marcescere facit / Sed postquam motum
aque i. lacrimarum intrare Trenorum 2°
Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum
domini / Item per descensum in piscinam aquarum
i. humilitatem penitencie Ysa 38 descende
sede in pulvere virgo filia babilonis /
Erat autem ibi quidam homo 38 an
nos habens in infirmitate sua / Hunc
cum vidisset ihesus iacentem et co
gnouisset quia iam multum tempus
haberet / dicit ei vis sanus fieri / Re
spondit ei languidus / domine hominem
non habeo vt cum turbata fuerit aqua
mittat me in piscinam / dum enim ve
nio / alius ante me descendit
Dicit ei ihesus Surge tolle grabatum
tuum et ambula et statim sanus factus
est homo et sustulit grabatum
suum et ambulabat etc. / Descripto
loco miraculi perpetrati / ponit infir
mitatem / Et primo ponit diuturna infirmi
tas / Secundo ostendit ita diuturne infirmitatis
ibi / Cum vidisset ihesus etc. / infirmitas

diuturna erat / quia erat homo habens 38 annos
infirmitatis sue / In quo ostenditur infirmi
paciencia / qui tot annis expectauit et ipsi
et non desperabat / et per hoc dignior ad sa
nacionem apparebat / Iste namque propter peccatum
precedens infirmitatem incurrerat / et dum
punitus fuerat / et quia penam paciencie su
stinuerat / non dignum erat vt ei subue
niret / Et quod satis pulcre introducitur
hoc / qui curari non poterat a piscina curatur
hic a xpo / quia quos lex sanare non po
terat / xpus perfecte sanauit Ro. viii°
Ad impossibile erat legi in quo infirma
batur per carnem / deus filium suum mittens
in similitudinem carnis peccati de peccato dampnauit
peccatum etc / Ambrosius 36 / In nova figura et mi
nuta in albedia / Congruit autem iste numerus
infirmitati magis ad languorem pertinens
quam ad sanitatem / nam secundum aug. quadrage
narius numerus significat ad designandum
perfectionem iusticie que in obseruacione legis
consistit / lex autem et in x preceptis data est
et predicanda erat in quatuor partibus
mundi vel implenda per quatuor euangelia
secundum illud Ro. x° / Finis legis xpus / Ideo
denarius per quatuor multiplicatus
peruenit ad quadragenarium / recte per
perfecta iusticia designatur / Subtractis
ergo duobus a quadragenario remanent
sunt 38 / Hec autem duo sunt precepta caritatis
quibus implentur omnis perfecta iusticia
et ideo homo iste languebat quia caritatem
minime duobus habebat i. iusticia imperfecta
Quia ut dicitur Mt 22 / In hiis duobus preceptis
lex et prophete / Congruenter cum subditur Hunc
ergo cum vidisset etc / Sequitur ita diuturne
infirmitatis / Et primo ponitur interrogacio domini
Secundo responsio languidi / ibi Respondit ei lan
guidus / Quantum ad primum dicit Hunc ergo
hominem / cum vidisset ihesus iacentem / vidit
sicut inquit non solum oculo corporis sed etiam
miseracionis / qualiter videri petebat
psalmista dicens Respice in me et miserere mei
Et cognouisset quia multum tempus haberet
in infirmitate / quod est contra
et infirmi secundum illud Eccli x Languor pro
lixior grauat medicum / dicit ei vis sanus
fieri / Interrogat autem quasi ignorans
nam salus constare poterat quod sanus fieri
valebat / Sed ut ostendat pacienciam infir
mi qui 38 annos habens in infirmitate
per quinque annos motum aque expectauit

bat ut ab egritudine curaret et non de
sistebat, et exinde cognoscebatur di
gnior ad sanandum. Quasi vult agite
et confortetur cor vestrum. Secundo interrogavit
ut infirmi desiderium excitaret ad
petendum. excitavit autem desiderium
quia fortius et stabilius tenetur quod
cum desiderio percipitur et difficilius acqui
ritur. Unde salvator hortatur nos ad peten
dum dicens, Matth. vii. pulsate scilicet per deside
rium et aperietur vobis. Tertio interrogat
eum ad nostram eruditionem, ut sicut ille
cum desiderio constanti corporalem sanita
tem querebat et ideo eam consequi promeruit,
ita et nos sollicite salutem anime querere
debemus. Quarto interrogat, ut ore
suo fateretur malum suum, quereret et salu
tem a domino. Secundo quis peccatorem interro
gat nimirum homine. vis sanus fieri
Quidam enim ponat hic interrogatio, impius
es ne infirmari, ore suo confitere peccatum
si affectas sanitatem, odire te ostendat
tua infirmitate. Si tibi placet sa
nitas, displiceat infirmitas. Quinto
interrogavit, ut innueret peccatum non
posse peccatorem sanare libero voluntatis
arbitrio, et quod sathanas nullum
vincere in barathrum obstinatorum pos
sit immergere. quia peccator per voluntatem
facit quantum in eo fuit, potest adhuc
magis redire nam potest velle inspiratus,
et potest ei displicere malum. et ideo dicit vis
sanus fieri, quasi dicat in voluntate tua est,
quia tu es per peccatum fuisti tam infirmus,
et ideo voluntatem ad me a peccato converte
sicut ad auctorem tue salutis et mirabe
ris(?), erumpit(?) ego non dubitas, sed ut eum
erigat in spem salutis, de qua iam
quasi desperabat. Ecce magnum donum
collatum est homini, ut libere arbitrium
vinceret. et quibusque magnis peccatoribus sint
non possit amittere, et displicentiam
mali relinquat hominibus a natura appetitum
boni salutis, quamvis per mala desideria
deperierunt. Hec autem eorum ponit in mo
de tappa(?). Quod nondum quod dominus patitur
inde habebat confidentiam, Matth. ix. et ceteris
quos sanavit exposcebat fidei con
fessionem, ut Matth. ix. Creditis quod hoc po
ssum facere vobis. Sed in isto non illud
facit, quia ille quod audierat de mira
culis eius, iste autem nondum, et ideo fidem

ab eo non requirit, nisi post miraculum factum
ut infra dicitur. Consequenter ponitur responsio
languidi cum dicitur. Respondit languidus.
Et duo insinuat. quasi sunt sua duplicis
infirmitatis, scilicet paupertate et debilitate.
Quia enim pauper erat, non poterat homi
nem habere qui mitteret eum in piscinam. unde
dicit Domine hominem non habeo ut cum turbata
fuit aqua mittat me in piscinam. quasi
dicat multum desidero et habeo voluntatem
habeo, sed inopia tanta est, quod non habeo
ad iuvandum et portandum. Et sic infirmus
interrogatus, respondens interrogantem
allegat suam paupertatem, privatim se
fatetur. Quando autem dicit, Dum venio ego de debilitate
ostendit infirmitatem, quia debilis erat et festinare
ire non poterat, ideo semper eo volente
descendere, preveniebatur ab alio va
lentiore. unde dicit Dum ego enim eo venio
alius ante me descendit. Et poterat dicere
cum Job vi. Ecce non est auxilium mihi
in me. Et forte sicut Crisostomus optabat
Christum sibi utilem socium ad mittendum eum
in aquam. Nam quia paralyticus videbat
illum fortem et aptum ad portandum eum
magnum reputavit, si in illis ei vellet
deservire. Sed statim ei contulit Christus sine
manibus, scilicet perfectam sanitatem. Moraliter
autem per istum languidum quilibet peccator
potest designari, qui diuturnitate ipsius
et multitudine tam et magnitudine scelerum,
magnitudine peccandi devenit, et
quasi in barathrum desperatorum tendit, qui
quasi omni destituitur auxilio humano
et hoc quia facit peccatum in homine, quod
tollit amorem proximi per quam debet
habere adiutorium ab alio, et vulnerat
naturam per quam debet habere auxilium a
se ipso, quia quilibet peccator ex se non potest a
morte anime resurgere, nisi Christus gratia preveni
ente respiciat eum oculo sue misericordie
et manum porrigat adiutricem. Osee
xiii°. Perditio tua ex te Israel, tantummodo in
me auxilium tuum. Per hoc etiam significabatur
quod non erat aliquis homo purus qui
posset salvare genus humanum, quia omnes
peccaverunt et egent gratia dei Ro. iii°.
quousque veniret Christus deus et homo
per quem salvaretur. Unde sequitur Dicit ei Ihesus
Surge et tolle grabatum tuum et
ambula. Ubi ponitur restitutio sani
tatis seu perpetratio miraculi. Et post po-

voluntati

sic ex surgere

mandatum domini. Secundo obediens domini
ibi : et statim sanus factus est homo sanus
precepit autem dominus et nature et voluntati
hominis. Hec enim duo sunt sub eius potestate
naturam quidem precepit cum dixit Surge id est
restitutus sanitati. Non enim hic voluntati
precepit quia non erat in eius potestate
sed nature quam dominus precipiendo immutavit
dando ei virtutem qua surgere posset.
Unde dicit Augustinus, quod surgere non operis
imperium fuit, sed operatio sanitatis.
Precepit ergo dicens surge, operatus est in infirmo
sanitatem, qua natura Christi imperio obedi-
vit. Voluntati vero duo precepit scilicet
tolle grabatum tuum, scilicet restitutus pristino
vigori, et ambula scilicet ad declarationem
divini miraculi. Surge ergo per corporalem
sanitatem, tolle grabatum tuum per firmi-
tatem fortitudinis, et ambula per sanitatis
certitudinem. Super quo Lucas dicit. Intuere
divine sapientie simplicem abundantiam. Non
enim solum sanat, sed et grabatum portare
iubet, ut miraculum magis credibile foret
et ne factum estimetur fantasticum. Nisi
enim firmissime et vehementer membra
eius sanata et compacta fuissent
lectum ferre non potuisset. Grabatum
autem secundum Ieronimum dicitur a graba quod est caput
et est lectus portatilis, in quo ca-
piti aliquid substratum est, et solum
caput instramento requiescit, sicut
pauperes infirmi solent habere. Et quoniam
quartum ad literam dominus hec duo pre-
cepit, ut ostendat perfectam sanitatem
homini restitutam. In omnibus enim mi-
raculis, semper optimum illius nature dominus
perfectum opus fecit, sicut de aqua perfectum
et optimum vinum fecit, in nuptiis. Quia
secundum Deutero. 32. Dei perfecta sunt opera.
Iste autem in duobus deficiebat, quia in
viribus propriis se sustentare non valebat,
unde dominus invenit eum iacentem, et alterius
subsidio indigentem. Unde dicebat hominem
non habeo etc. Ut ergo perfecta sanitas in
eo hoc se vt ergo perfecta sanitas in
notesceret, ei qui se sustentare non va-
lebat, precepit ut lectum ipse tollat,
et ei qui ambulare non poterat precepit
ut ambulet. Moraliter tria hic tangun-
tur que dominus in iustificatione peccatoris
precepit fieri. Primo quod surgat scilicet a pecca-
to recedendo, ad Ephes. v. Surge qui
dormis et exurge a mortuis. Surge
enim dicit hic. Primo ut peccatum deserat.
Ro. xiij. Hora est iam nos de somno
surgere. Secundo ut Christo se iungat per intellectum a-
pud Cant. v. Ego surrexi ut aperirem
dilecto meo. Tertio ut dilectum per peccatum
amissum, per deperditum quereret. Cant. 3.
Surgam et circuibo civitatem querens
quem diligit anima mea. Secundo precepit dominus
tolle grabatum, satisfaciendo de commissis.
Per grabatum enim in quo homo requiescit
significatur peccatum. Tollit ergo hic grabatum suum
qui sufferat penam portat, onus pene sibi pro
peccato impositum. Micheas vij. Iram domini
portabo quoniam peccavi ei. Tertio precepit
ut ambulet in bono proficiendo secundum illud
ps. Ibunt de virtute in virtutem. Et ideo dicit
et ambula. Debet igitur ambulare primo
per viam in deum ascendentem, et hec est
via veritatis seu caritatis. Secundo per viam
in proximum descendentem et hec est via
pietatis. Tertio per viam ad seipsum redeun-
tem et hec est via humilitatis. Sic
enim ambulans, ambulat viam tuam
deus ut perveniat usque ad videndum deum
deorum. Ut pervemat usque ad videndum dei
orbes, quia sic ambulans proficit
de virtute in virtutem donec videat deum
deorum in Syon. Unde Augustinus. Duo deserac
bat. Unde Augustinus duo deerant ei
languido scilicet precepta gemine
caritatis. Et ideo voluntati quoque caritate
perficit duo mandat scilicet tolle grabatum
et ambulare, primum pertinet ad amorem
proximi quod prior est ordine faciendi.
Secundum ad dilectionem dei quod prior est in ordine
precipiendi. Dicit ergo tolle grabatum
tuum et ambula quasi dicat secundum Augustinum. Cum esses
languidus portabat te proximus tuus,
cum autem sanus factus es, porta proximum
tuum qui te infirmum portabat. Gal.
vj. Alter alterius onera portate et
sic adimplebitis legem Christi. Secundo dicit
et ambula quasi dicat secundum Augustinum. Alter agitur
quo iam ad dominum deum tuum porta
ergo eum, cum quo ambulas ut ad eum pervenias
ergo eum, cum quo manens desperderas. Per-
venias, in quo manere desperderas. Quod
dicit Augustinus via perveniendi ad deum quod
desperdam quam est mutua supportatio pro-
ximorum. Consequenter cum dicit. Et statim sanus
factus est homo ponitur obedientia, et primo nature quia
statim hic sanus factus est, ad imperium enim
statim hic sanus factus est ad imperium eius
nature, quia ipse est verbum, per quod celum
et terra facta sunt, Gen. primo. Et in ps. Verbo
domini celi firmati sunt. Et alibi, dixit et
facta sunt. Secundo voluntatis quia verbis infirmi
obedivit Christo, et primo quia sustulit gra-
batum suum. Secundo quia ambulabat. Secundo
batum suum secundo quia ambulabat secundo
3. quia acrius precepit dominus faciendi

⁊ ceterique obedientes. Beda. Statim sanus
factus est ⁊ sustulit grabatum suum et am
bulabat. ad ostendendam fortitudinem et
rectitudinem sue sanitatis. ⁊ divina potestas
in uno. magna gratia mire sanationem sal
vatoris ⁊ medicatoris. quia prima voce
iubentis statim impletur. Ceteri vero
per multa tempora in tenuatione proficiunt. Sap.
16. neque herba neque malagma sanavit
eos. sed sermo tuus domine. divina namque
virtus est infinita ⁊ in instanti operatur.
Sanitas autem quam virtute nature restituitur
est in tempore. ut acquiritur in instanti. Mo
raliter autem portat penitens onus peccati
in quo prius quiescebat. an innittatur
sibi penitentiam suffert. ⁊ impletur. et am
bulat sicut gradu corporis ita profectu
virtutis. Grabatum enim in quo iacet
peccator est peccati delectatio quandiu homo
portatur ab isto grabato vel de eo non
potest surgere. est infirmus. Sed cum de eo
surgit ⁊ ipsum portat. tunc est signum
curationis perfecte. Multotiens enim impeditur
homo ne portet grabatum suum ⁊ ambulet
propter peccati consuetudinem inveteratam. Alius
autem dicit adultere. quod hic infirmus 38
annos infirmitatem habebat ⁊ tamen non despera
bat. in quo peccatoribus exemplum patie
datur. ⁊ ut perseverant insistent orationibus
cum spe consequende salutis ab eo qui ait.
Petite ⁊ accipietis querite ⁊ invenietis
pulsate ⁊ aperietur vobis. Unde Crisostomus.
audiens paralyticus iam XXXVIII a
nnis ibi manens. et singulis unumquemque an
no. alios quidem curatos videns. ipse
vero detentus egritudine. neque ita recessit
neque desperavit. et iam non solum
preteritorum tristicia sed ⁊ futurorum desperatione
suppressus erat. cum impossibile esset
abigere ab illo loco. Sed tunc quidem in
firmitatis impedimentum volenti curari
habebat. nunc autem unumquemque potens
est accedere. non enim angelus est qui turbat
sed angelorum dominator. qui omnia operatur.
non est tunc dicere. adiuvate hominem
non habeo. non est dicere. antequam venio
descendit alius ante me descendit. Na
⁊ si orbis terrarum universus advenerat
gratia non consumitur. sed per
manet ⁊ talis qualis ante erat. et sicut
radii solares per unamquamque diem illu
minant ⁊ non consumuntur. neque a multa

largitione minor eorum lux fit. ita ⁊ multo
magis spiritus actio in nullo minuitur
ab eorum multitudine qui ea potiuntur. Et
⁊ erubescamus ⁊ ingemiscamus in multa
desidia. 38 annos habebat iste paraliticus
et non potitus est hiis que volebat et
non paciebatur a sua negligentia sed pre
ventus ab aliis vim patiens. et neque
ita torpebat. nos autem si x diebus
assideamus studiose pro aliquo rogantes.
et non potiti fuerimus negligentia de cetero
eorum uti studio. Et hominibus quidem
tanto assidemus tempore. militantes ⁊ afflicti
et in fine multotiens ab ipsa spe decidentes.
dominatori vero clementi ubi omnino ceterum
spe retributionem multo maiorem laboribus
non sustinemus assidere cum decenti studio.
Et quanto habet supplicatio digna. et
si nichil esset superpre. hoc ipsum fecit co
tinue loqui. nonne infinitis bonis di
gnum esset estimare. Sed dicis laboriosa Bz. d.
est continua oratio. Et quid tibi grave esset
ut eius rei suscipies initium. si non
laboriosa hec res esset. quam etiam illa
magis assiduitate disponitur. cum pro quibus
laborat. Hic Crisostomus. Post hec dominus
sanavit istum inveteratum. quia aliquem
cecum claudum aridum vel aridum. Ad innuendum
quod si deus aliquem iustificat hoc quod peccat
per consuetudinem longam. non debet aliquis
desperare. qui peccavit aut per desidiam
ut languidus. aut per ignorantiam ut
cecus. aut per maliciam ut aridus. aut
per instabilitatem ut claudus. Sed sicut
dominus requirit infirmum an vellet sa
nus fieri. ita nobis sine nostro consensu
salutem non impertietur. facilius enim homo
consequitur veniam a deo. dummodo
velit ⁊ obicem non ponat. Et ideo inex
cusabiles sunt peccatores. voluntati dei
⁊ sue saluti non consentientes. quia sicut
Augustinus. Qui creavit te sine te. Per hoc quod
unus sanatur de multitudine languidorum
significat quod pauci sanantur de multitudine
peccatorum. Qui languebat surgit ac
grabatum suum portat. cum anima surgens
a peccatis ac a torpore ⁊ prava consue
tudine se erigens. peccatorem remissione
curata. sic ad eternam sui custodiam refert
ne quid unde feriatur admittat.
ac de virtute in virtutem ambulans. et in
bono opere proficiens usque ad visionem dei
perveniat etc.

Erat autem sabbatum die illo. Dicebant
ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sab
batum est, non licet tibi tollere graba-
tum tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit
ille michi dixit. tolle grabatum tuum
et ambula. Interrogaverunt ergo eum.
quis est ille homo qui dixit tibi tol
le grabatum tuum et ambula. Is autem
qui sanus fuerat effectus nesciebat
quis esset. Ihesus autem declinavit a
turba constituta in loco. Postea inve
nit eum ihesus in templo. et dixit illi.
Ecce sanus factus es. iam noli peccare.
ne deterius aliquid tibi contingat.
Abiit homo ille et nunciavit iudeis.
quia ihesus esset qui fecerat eum sa-
num. Propterea persequebantur iudei ihesum.
quia hec faciebat in sabbato. Et
peracto miraculo visibili, per quod os
tendit virtus christi ad reparandam vitam spiritu-
alem. Hic ponitur occasio doctrine que
que sumitur ex persecucione iudeorum contra
christum. Circa quod persecucionis du
plex causa sunt ex parte iudeorum, scilicet invidie
una. prima sunt operationes pietatis. Secunda
doctrina veritatis. ibi. Ihesus autem respondit
eis pater meus usque modo operatur. Circa
primum tria facit. primo premittitur occa
sio persecucionis. Secundo ponitur calumpnia il
lata contra miraculum. ibi Dicebat ergo iudei
illi qui sanus factus fuerat. Tercio ponitur
calumpnia illata contra christum. ibi Interroga
verunt ergo eum quis est ille homo qui dixit
tibi etc. Occasio autem persecucionis iudeo
rum contra christum sumitur ex hoc quod sabbato
miraculum fecit. Et ideo dicit euvangelista Erat autem
sabbatum in die illa scilicet quando miraculum
fecit et quando grabatum tollere iussit. In
sabbato namque non erat licitum facere opera
similia. Sed queritur quare dominus in sab
bato cepit operari. Respondetur quod hec multi
plex assignatur racio. prima ab ambrosio
super lucam. christus enim ad hoc venit ut
opus creatoris scilicet hominem deformatum repararet.
Inde autem incipere debebat opus reparatoris
ubi actor in creacione opus consummavit.
hoc autem fuit in die una scilicet sabbati,
ut dicitur genesis primo. Et ideo ut christus ostenderet
se reparatorem tocius creature incepit
a sabbato ut ubi cessavit a creacione
ibi inciperet reparare. Alia racio est quia
dies sabbati celebratur a iudeis in
memoriam prime creacionis. christus autem venit
ut quasi novam creaturam faceret secundum illud
galatas ultimo. In christo ihesu neque circumcisio
neque preputium aliquid valet sed nova
creatura. Et nova creatura est creacio
per graciam que fit per spiritum sanctum secundum illud psalmo
Emitte spiritum tuum et creabuntur. Voluit ergo
christus ostendere per eum sicut recreatorem in
sabbato operabatur. Tercia racio primo ut sicut
immundum aliquod creaturae eius tercia racio
est ut ostenderet se facturum quod lex facere
non poterat. Ro. viii. ad implendum erat
non poterat. Romanos viii. et impossibile erat
legi etc. Iudei autem in sabbato nichil opera
bantur. in sancta quod quedam que erant sabbati
consummanda erant que per legem fieri non po
terant. Et hoc patet in quatuor que
deus circa diem sabbati ordinavit. Nam
diem sabbati sanctificavit. benedixit. in eo
opera sua consummavit. et in eo requievit.
Que quidem lex facere non potuit. Nam
sanctificare non poterat unde et peccata dicebat
Et aliud nichil facit ad neccessitatem que deficiebat.
peccatis neque etiam benedicere. Quoniam quicumque
sunt ex operibus legis sub maledicto sunt sub male-
dicto. ut dicitur galatas iii. Neque consummare et
perficere quia neminem ad perfectum adduxit
lex hebreos vii. Et ideo christus ostendebat
legalium imperfectionem. legalia enim in
adventu christi cessare debuerunt. hec autem
ostendere debuit christus verbo et facto.
Et ideo quasi omnia opera sua fecit in sab
bato. Nec etiam lex potuit perfectam quietem
prestare. quia ut dicitur hebreos iiii. Si ihesus
eis requiem prestitisset. nunquam de alia
loqueretur post hunc diem. Hec ergo que
lex facere non potuit. christus fecit. nam
enim populum sanctificavit per passionem suam.
hebreos xiii. Ihesus ut per suum sanguinem
sanctificaret populum extra portam passus est.
semel introivit in sancta. Ipse benedixit
per gratiam et effusionem. ephesios primo. Benedictus
deus et pater domini nostri ihesu christi qui benedixit
nos in omni benedictione spirituali in celesti-
bus. Ipse consummavit per iusticie perfectio-
nem instructionem. mathei v. Estote perfecti sicut
et pater vester perfectus est. Ipse introducit
in veram requiem hebreos iiii. Nos qui
credidimus ingrediemur in requiem. Et ideo
ergo incepit in die sabbati operari quia
ad sabbatum pertinet perficere a quibus
lex impotens quiescebat. Et secundum allegoriam
quod christus in sabbato curabat hec fecit

ppt quem utilitatem / quia simplices
et pauperes homines quaerebat in sabbato
quos Christus per opera sua sanabat in mente /
Consequenter cum subdit / dicebant ergo iudei
illi qui sanatus fuerat etc. / Ponit calum-
niam illatam contra curatum / Et primo ponit
calumpniae contra curatum illatam / Secundo subdit
curati excusationem ibi Respondit eis Qui
me sanum fecit etc. Calumpnia autem inse-
rebatur contra curatum / de hoc quod in sabbato
grabatum portabat sed non de curatione
unde dicunt sabbatum est non licet tibi tollere
grabatum tuum / Ubi sciendum quod quamvis iudei
Christum quaerebant calumpniari solebant / in proposito
tamen curato calumpniam inferebant
eam in Christum retorquere volentes /
Quare autem curatum calumpniabantur in
ipso est ratio / Prima quia iudei sepe
Christo de curatione in die sabbati calumpniam
inferentes / confutati erant a Christo /
per hoc / quia ipsi etiam iumenta de puteo in
die sabbati eruebant / et salvabant / ut
habetur Luce xiiii / Et ideo de curatione tacere
decrevit verum et necessaria tacent / de portatione
vero lecti / que non necessaria videbatur / calump-
niabantur / quasi dicat / Et si sanitas non erat
dissuadenda / quia erat necessaria / lectum portare
seu portari semper hic erat dissuadendum /
Secunda ratio / quia deus dixit contra eos conclu-
dens quod licet sabbato benefacere / et ideo
quia curari non est benefacere sed bene
fieri / curatum potius quam curantem ca-
lumpniabant / Tertia ratio quia licet
in lege prohibitum esset ultra iudeis ne
aliquid in die sabbati operarentur / specialiter
tamen portatio onerum in die sabbato prohi-
bebatur / Ieremie xvii ne portetis onera
in die sabbato / et ideo specialiter calump-
niati sunt portatorem grabati / utpote
de contemptu hic contrarium / Et tamen mandatum
istud mysticum est / nam per onera non por-
tanda intendebat eos inducere ut in
die sabbati requiescerent ab operibus pecca-
torum / de quibus dicitur in psalmo / Iniquitates mee
super caput meum sicut onus grave gravate sunt super me / Ideo
quia iam cessat tempus solvendi figuras
omnes cultus / mandavit ipsi ut grabatum
tolleret / xxiii in mysticatibus superetate
ut expositum est secundum sanctum Augustinum / Hoc ergo
dicebant iudei illi qui sanatus fuerat /
Sabbatum est / idest dies feriata / non licet

tibi / scilicet propter legis prohibitionem / tollere
grabatum tuum / falso dicebant / quia opera
corporalia que sunt ad cultum et honorem
dei / licite possunt fieri in sabbatis / sicut
sacerdotes corporaliter operabantur in templo
ipsum ornando hostias lavando et ymnos
laudando et similia faciendo / similiter portatio
illius grabati / cedit ad magnificentiam
divini miraculi / Sicut et modo illi qui decan-
tantur et qui liberantur / sua corpora pu-
blice portant ad manifestationem sue
liberationis miraculose / Et secundum alteros
Sabbatum dicitur tribus modis / Est enim
sabbatum detestandum in quo accipitur
quies carnis / sine quiete mentis sicut
quidam qui per voluptatem epicuream esse
sunt in carne / et precordio commisso cru-
ciantur in mente / Contra hec sabbatum dicitur
Ieremias tren. primo viderunt eam ho-
stes et deriserunt sabbata eius / Quos
enim vident homines vacare bonis ope-
ribus / demones derident / Secundum est
sabbatum quod includit quietem mentis
cum afflictione corporis / et hoc est sabbatum
illorum qui quanto magis carnem suam cruci-
figunt cum vitiis et concupiscentiis / tanto magis
consequuntur quietem mentis / De hoc sabbato
potest accipi quod dicitur Levit. xvi / Sabbatum
requietionis est et affligetis animas vestras
religione perpetua / Tertium est sabbatum
quod includit quietem mentis et corporis
et hoc erit sabbatum in ultima resurrectione / Resurrectione
que erit ultimata requies beatorum / De quo
potest accipi quod dictum est ysa ultimo Erit
sabbatum ex sabbato / hanc quietem desi-
gnat sabbatum signum iudeorum / unde Augustinus
super Genesim probat quod deus sabbatum obser-
vandum preceptum fuisse iudeis in umbra
futuri / quia spiritualem requiem figuraret
quam deus tacito sue quietis pollicebatur
fidelibus bona opera facientibus / Sic ergo
iudeis isti calumpniantibus / sicut mali
applicant dies festos est / non licet tibi re-
muare vel primam agere etc. / Consequenter
ponitur excusatio curati cum dicitur Respondit
eis Qui me sanum fecit ille mihi dixit
tolle grabatum tuum et ambula / Et quasi
prudenter se excusat huius enim doc-
trina tam bene probatur esse divinitus
data / sicut per omnem miraculorum
quo nisi divinitus fieri possunt / Quer ultimo

dno cooperante et sequentibus signis confirmate / Et ideo iste auctorem sue sanitatis, calumpniantibus obiciebat dicens, Qui me sanum fecit ille mihi dixit / tolle grabatum tuum q. d. vos dicitis prohibitum esse ne portetur onus in sabbato / et hic auctore domina, sed in causa auctore est impositum ut tollam grabatum, Nam ille qui me sanum fecit / et per sanitatem corporis tam suam domina virtutem hic ostendit / mihi dixit tolle grabatum / Quia enim auctore me sanat / causa auctore mihi precepit, quia domina, et id mandatum eius, qui tanta est et tantae virtutis, et qui in tantum beneficium contulit mihi non obtenebor obedire / propter metum non obtemperare iussioni tuae Quae enim non aliquo accepi sanitatem ipsorum, aquo accepi sanitatem / Et est satis notabile, quod non recedit / Et est satis notabile quod non tenet adversarius, nec timet eum perturbare qui fecit eum sanum / Sed quilibet nunc qui tempora seculi principum vel diaboli propter deum perdit / Contra eum sedicionem interrogant ergo eum / quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatum / Quia malicia calumpniari non poterant, curiosius lucrari conantur, calumpniari intendunt, per quaerere scilicet per invidiam quam enim se exemplaverit ille homo / Et est eum deitate non indicavit, quis esset / maligne interrogabat / Ecce quis est ille / Et ideo circa hoc primo agitur de Christi inquisicione / Secundo de eius inventione ibi postea invenit eum ihesus in templo, Tertio de eius persecutione / ibi propterea persequebantur iudei ihesum. Circa primum tria ponuntur, sic in ideo inquisito curavit ignorancia / et ergo curantis tamen / curatum ad primum dicitur / Interrogaverunt ergo eum iudei / non quidem bona intentione ut glorificarent, sed animo mali gaudio ut persequantur et perderent / Infra vicinio quando tibi medice, et in perito ipsius non cunctanter / Et hic eorum malicia / eorum nequitiam manifestant. Illum enim dominus et languidum sanavit / et grabatum tollere iussit / primum quod erat opus mirum divine virtutis, et inrefragabile signum potentie, aliud quod videbatur transgressio legis / Replicant, interrogando eum dicentes, quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum q. d. Ex modo igitur interrogandi / apparet ipsi maliciose interrogabant, non enim dixerunt quis est ille homo qui te sanavit / sed quis est ille qui tibi dixit tolle grabatum tuum et ambulia / Quia enim hoc videbatur esse contra legem intendebant imponere Christo maculam / Crisostomus / Et bona in mala convertit insidiator / et in electis ponit, et ponere nititur maculas / quasi dicerent malum est hoc / quod illud precepit / Non calumpniabantur ergo eum de collacione sanitatis / sed de portacione lecti / et accipiebat / quod posset saltem apparet reprehendere / non quod potuit invite laudare / Sic mali homines et maliciose, contra aliquos agentes, frequenter considerant malicias quod possunt reprehendere, et non quod possunt laudare et amare / non quod possent ad edificacionem trahere / Et quid bonum videtur in eis tacent / et mala que vident manifestant / Et eos quos bonum in malum convertunt / Crisostomus omelia 3a In edificationem quam malum livor est / et qualiter oculos excecat, adversus eum qui capta est salutem / Invidi enim ipse omnino non sanant salutis / Et scitis sunt detractores et alie quidem aut alio indigentes, aut prius a vobis exacerbati adversus vos armantur / Hii vero, et bene facientes, multociens hiis qui sunt iniusta facientes hostiores dispositi sunt / Ergo et demones hii quidem sunt difficiliores, demonibus parcent fortassis, aut illis detractoribus / Illi enim ad vos quidem inexpiabilem gerunt inimiciciam / hiis autem cum sunt ea quidem non insidiantur / hii vero neque amicos natura reverentur / neque proprios parcent / Plus enim tinea corpora quibus in videntur, propria ipsorum animas torquent / tumultu omni et tristicia implentes eas. Vane et inaniter / Hec passio et fornicatione, et adulterio multo est deterior / Nam hec quidem usque ad eum qui egit stat / livor vero ecclesias integras evertit / et tyrannos / totius orbis terrarum perniciosius lesit / Hec homicidium mater est et insecta sicut cain / ita iacob esau / ita ioseph fratres / ita chore dathan abiron / Et in alio est difficilior / Et per enim infirmis omnibus et per vigiles, et per ieiunes, sordidior factus est inuidens fratri / Sequitur / Is autem qui sanus factus fuerat, nesciebat de illo / quis quod esset / sed tacebat in pena et in patria, sicut pretet in pena et penitentia.

Et quia cum languidus iacuerat non
et facta christi et cuius fama ignorabat / sic in fr
Sanatus iste sunt fideles per gratiam et sana
tos. Ephesios 2o Gratia salvati estis et cui
quis nescivit christum quis esset / sed per fidem
tamen eum cognoscunt secundum illud 2 Cor 5 Quamdiu
sumus in corpore peregrinamur a domino per fidem
enim ambulamus / et tunc cognoscemus christum
quis est / quando videbimus eum sicuti est Io-
hannis 3o Que quidem autem ignorancie causa assignat
Crisostomus quantum ad 3m, cum dicit Ihesus autem
se nolens se iactare de miraculo, decli-
nabat a turba constituta in loco / Ex quo
sunt tamen litteralis et mystica / litteraliter quantum
ad duo / primo ut daret nobis exemplum oc-
cultandi opera nostra bona / et non querendi
in eis hominum favores / secundum illud Matthei 6 Atten
dite ne iusticiam vestram faciatis coram
hominibus / 2o ut declinemus et fugiamus
oculos invidorum. ab omnibus operibus nostris
nec ex hiis eorum invidia crescat Ecclesiastici 50
ne seceteris cum fraudulentum consilium / nec
sedeat quasi insidiator ori tuo / per consilium
tamen examinari secundum sapiens ut eo absente scz
testimonium fiet insuperabile / mystica vero tamen
ad duo / primo ut det intelligere quod non non
de facili christus invenitur in turba id est in hom
inum multitudine, et in turbine rerum temporalium / sed
in spirituali secreto Augustinus omelia 17 super
Iohannem difficile est in turba videre christum
turba enim strepitum habet / visio autem ista se
cretum desiderat / Osee 2o Ducam eam in so
litudinem et ibi loquar ad cor eius / Na-
ta sapientiam audiunt in plenum ut dicitur
Ecclesiastici 20 / 2o ut insinuet quod christus declarare
debebat a iudeis ad gentes / Ysaias primo
Expectabo dominum qui abscondit faciem
suam a domo Iacob vel secundum Allexandrum
declinato illum a turba / designat eius
eminentem gratiam, ut nobis daret intelli
gere / quod ipse preeminet omnem turbam unde
Augustinus super Iohannem loquens de christo dicit quod non
est unus de turba sed excedit omnem
turbam / Litteraliter in dicitur postea invenit
eum Ihesus in templo agitur de inventione
Et primo dicit quod invenit 2o ibi insinuat
quod inventus docet / circa quod per doctrinam
manifestatur / Quantum ad inventionem
duo facit / primo ponit modum inveniendi
christum / 2o locum in quo invenitur / modus
quidem inveniendi christum est mirabilis quia
non invenit / nisi ipse prius inveniat /

prevenit enim nos in suis donis dul
cedinis / 2o cum esset turba malarum cogitacionum
et in vilium sollicitudinum sumus constituti / ideo
non dicitur Crisostomus quod sanatus invenit Ihesum
sed quod Ihesus invenit sanatum unde dicit
postea secundum Plato in Cratilo et soluta turba
invenit eum Ihesus / ita ego sua virtute christum
invenire non potest, nisi se christus ei presentet
unde et propheta dicebat Requirite servum tuum
Sapiencie 6o Preoccupat eos qui se concupiscunt
Locus autem in quo invenit est venlis
quia in templo / id est propter deus in templo sancto suo
volenti ergo christum invenire / necesse est fugere
turbam cogitacionum et pravorum affectuum
et declinanda sunt quetela malorum hominum
et fugiendum est ad templum / ut se faciat
sacre dei templum / in qua Ihesus manere
dignetur / ita et iste cuius invenit eum in
templo Lucas 20 / et hoc ideo quia melius quam
prius sua sunt orabat cum esse / invenit eum
Ihesus in templo / quia ad agendum gratias de
sanitate sibi collata frequentabat templum /
quod est locus deputatus ad orandum / In
turba positus non cognovit Ihesum / sed post
in templo invenit et cognovit eum / in quo
mystice datur intelligi quod si ad conditoris
cognicionem venire volumus / fugienda sunt ma-
lorum quetela et recurrendum est ad templum
cordis nostri / quod deus inhabitare dignatur
ubi in multitudine hominum et curarum temporalium
non de facili deus invenitur / sed in spirituali se
creto et in templo cordis / unde Crisostomus Invenit
eum in templo / quod magne religionis
est signum / non enim recessit ad nundinas
et tabernas / neque voluptati aut negligentie
et remissioni dedit seipsum / sed in templo
conversabatur et ibi cognovit Ihesum in loco
sancto unde et Augustinus Difficile est in turba
videre christum Ihesum / solitudo quedam necessaria est
menti nostre / quia solitudine intendentibus
videtur deus / turba strepitum habet / visio
ista secretum desiderat. Nec sunt magno in
sancto actum est / ut extra templum corporis / et
in templo autem sanitas agetur / ita cuncta in
publicum et officia corporis conferunt / Sapiencia
vero virtutes et sacramenta ecclesie que est
verum templum dei / ad animarum instructionem reparare
et salute ordinata sunt / In optimo ergo
loco per sensus mystica iste inventus est a Ihesu
ad designandum quod si qui ad templum fidei
nostre non veniret / a Ihesu non inveniretur
et per quod ut animam reciperet sanitatem.
Litteraliter inventum docet unde subditur

Et dixit illi. Ecce sanus factus es. Ubi in
docendo primo ipsi sanato rememorat bene-
ficium impensum, dans intelligere quod homines
de beneficiis impensis grati esse debent etc. q. d.
Beneficium tibi exhibitum propter deus in memoria
retineas, secundum illud Ysa. 63: Miseracionum domini recor-
dabor. Secundo etc. docens sanatum tribuit ei
sanum consilium et utile dicens ei: Iam amplius
noli peccare. Eccli. 21: Fili, peccasti, ne adicias
iterum. Dicit autem noli, id est non velis peccare,
docendo quod eciam habere voluntatem firmam
non peccandi, quia ad peccatum ex voluntate procedit
ex radice procedit. Et ideo autem dicitur ipsi parali-
tico et aliis ab eo curatis, doctor fiat
de peccatis et non aliis, ut patet. Audiat infir-
mitates aliquibus ex peccatis prioribus proveniunt,
secundum illud 1 Cor. 11: Ideo inter vos multi infirmi
et imbecilles. Propter hoc etiam sic deus dicit esse
peccata occulta cordis manifestans. Prov. 15:
Infernus et perdicio coram domino, quanto magis
corda filiorum hominum. Non autem omnibus ab eo
curatis facit mencionem de peccatis, quia non omnes
infirmitates propter priora peccata proveniunt,
sed quedam ex naturali indisposicione, quedam vero
propter probacionem, sicut in Job, quedam vero propter
humiliacionem, ut in Paulo, quedam propter divine
glorie manifestacionem, ut in ceco nato, et La-
zaro. Vel ipsis tamen facit mencionem de peccatis, qui
magis erant ad correccionem parati. Prov. 9: Noli
arguere derisorem ne oderit te. Vel in
ipsis omnibus aliis hic mandavit. Tercio
docens predicit peccanti inminens periculum
dicens: ne deterius aliquid tibi contingat.
Quod quidem dupliciter intelligi potest, secundum duo
que in ipso precesserunt. Primo namque peccatum fuit,
propter quod morbum. Secundo consecuta fuit mag-
num beneficium. Et ideo ad duo, ad utrumque potest referri.
Ad primum quidem, quia cum aliquis pro peccato
punitur et ex ipsa pena a peccato non retrahitur,
iustum est ut gravius puniatur. Et ideo dicit
Iam amplius noli peccare, quia si peccaveris
deterius tibi contingit. Secundo per ingratitudinem si
... non recepit. Ad
cum vero qui post beneficia recepta prolabitur
ad peccatum, gravioris supplicii reus efficitur
propter ingratitudinem, secundum illud 2 Petri 2: Me-
lius erat eis viam veritatis non agnoscere
quam post agnitam retro abire. Et ex quibus
patet quam periculosa sit recidivacio, quia hic
dicit meretur recidivium culpe. Dicit: Iam am-
plius noli peccare, minatur quoddam supplicium
terribile dicens: ne deterius tibi contingat,
et hic vel hic vel in futuro per recidivacionem.

Novissima fiunt peiora prioribus. Matt. 12. Jere-
mie 2: A seculo confregisti iugum meum, rupisti
vincula mea et dixisti non serviam. Et
quam vilis facta es nimis iterans vias tuas.
Et illud periculum attenditur primo ex parte dei,
quia recidivans propter ingratitudinem gravius
peccat, et ideo gravius a deo punitur. Secundo
attenditur ex parte diaboli, quia sicut miles
castrum ad periculum amittit, si per pugnam recuperat,
forcius munit et caucius custodit. Sic diabolus
recidivantem, quia sepe septem spiritus nequiores se
ibi ponit, id est ad omnia septem mortalia peccata
ipsum trahit. Tercio attenditur ex parte
hominis, quia recidivans per peccata facilius la-
bitur in peccatum. Iam enim ex quadam mala
consuetudine peccare pro nichilo reputat.
In hiis ergo verbis dominus innuit quod propter
peccatum paraliticus languebat, et quod illa in-
firmitas propter peccatum fuit inflicta. In Glo.
dicitur quod ex peccatis ei nata est hec egritu-
do. Quia enim sepius anima in nobis egro-
tante miserabiliter nos tenemus. Corpus
autem per penam percipit lesionem, de studium
faciamus ut ab infirmitate levarem,
propterea debemus prius corpus penitus quam anima
delinquit. Cum hic eciam distinguendum quod si gravia
ut penitencia pena pro prioribus peccatis,
si in casum deinde incidimus graviora pa-
ciemur. Hic dicit: Cum enim neque supplicio
factus est melior, ut insensibilis de reliquo
conceptor ad maius ducitur tormentum. Cum
autem hic non omnes pro peccatis torquentur, non
confidamus. Nichil enim nobis hic pati pro
peccatis proficuum est, adiuvat illic supplicium
Christi. Caute ergo decimus ne deus contempnendo
tanquam indurati in peccatis permaneamus
vel sanati a domino, tanquam ingrati in
peccatum relabamur, ne propter contemptum vel
ingratitudinem aliquid deterius nobis contin-
gat. Vel quia deteriores efficeremur, vel
graviori supplicio hic vel in futuro traderemur.
Et ... ergo sicut exterius corpore sic interius
mente paraliticum sanavit, premonens ne
iterum peccaret et gravius iudicium incurreret,
q. d. precedens peccatum est tibi dimissum,
ne iterum peccando constituas te magis reum.
Cuius creature sufficit. Mira et magna
opera domini, exquisita in omnes voluntates
eius, que in maiestate sue laude, et in propo-
sito nichil creavit. Vidit deus omnia que
fecerat et erant valde bona, et nichil
odit eorum que fecit. Solum peccatum quod

michil est / odit / persequitur et destruit /
Unde in sex diebus solo verbo mundum creavit /
annis plusquam xxx ad destruendum
peccatum in mundo laboravit / Et solum est
quod ei displicet / quod divine maiesta-
tis eius offendit / quod ipsum mitem et
placidum nobis asperum et durum reddit /
Et est quod de angelo dyabolum fecit / de ami-
co inimicum de libero servum de incorrupto
mortalem / de beato miserum / de [illegible] gentile
et electum / de filio dei / filium dyaboli / Et
est quod in quantum impunitum est relinquendum /
Ideo dicit dominus Iam amplius noli peccare / ne
deterius aliquid tibi contingat / Quod
non tantum illi peccatori / sed et nobis omnibus
dicitur / Propterea dominum quod secundum Alexandrum peccatum
non est propter septem proprietates quas autor de
fide et legibus attribuit peccato / Est enim
quod peccatum est quedam spiritualis vulneratio / Re-
pleat enim naturam expoliat ea gratuitis /
Unde qui peccat ledit animam suam / Secundo
peccatum est quedam spiritualis excecatio / sicut
gratia est spiritualis illuminatio Sophonie primo /
Ambulabunt ut ceci quia domino peccaverunt /
Tertio peccatum est quidam spiritualis casus /
Qui enim peccat spiritualiter cadit / Unde dictum
est de lucifero ysa xiiii / Quomodo cecidisti
lucifer qui mane oriebaris / Quarto peccatum
est quoddam spirituale furtum / Nam qui peccat
se ipsum dividit a deo / Dicitur enim ysa lix
peccata vestra diviserunt inter vos et deum
vestrum / In eo autem quod peccans dividit se
a deo quantum est in eo furatur se a deo /
Quinto peccatum est quoddam vinculum / ligat
enim animam ne ad bonum redeat / Iere-
mie v peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis /
Sexto peccatum est quidam contractus et quedam
emptio infernalium tormentorum / Ait enim
apostolus ad Ro 6 / quod stipendia peccati mors /
Ergo propter hec et alia multa non est peccandum
et signanter secundum Bernardum propter quadruplex
malum / quod propter culpe recidivum homini
contingit / Primo quia homo efficitur
impotentior ad resurgendum Hebr vi
Impossibile est eos qui semel illuminati
sunt et gustaverunt donum celeste / et pro-
lapsi sunt rursus ad penitentiam renovari /
Secundo quia culpa est gravior ad remit-
tendum / Ieremie ii Quam vilis facta es nimis
iterans vias tuas et ab egipto confun-
deris / sicut confusa es ab assur etc

Tertio quia deus redditur implacabilior
ad exaudiendum / Exemplum legitur de Semei filio Gera
ii Regum qui facto peccatis ad imperium
regis salomonis occisus est / Quarto quia
demon fit importunior ad impetendum
Luc xi de spiritu nequam assumente alios
septem nequiores se et sequitur ibi fiunt
novissima etc / Pro omnibus istis dicit Hebr
x / Irritam quis faciens legem moysi
sine ulla miseratione moritur / quanto magis
putatis deteriora mereri supplicia / cum
qui filium dei conculcaverit / et sanguinem
testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus
est / et spiritui gratie contumeliam fecerit / Conter-
[illegible] Christi inventi manifestatio tunc
Abiit ille homo / ad publicandum Christi virtutem /
et nunciavit iudeis quia ihesus esset qui
fecit eum sanum / Et secundum Crisostomum nullomo-
do credendum est quod ille sanatus hic malicose
iudeis nunciavit / Si enim detrahere volu-
isset / sanitatem tacuisset / et transgressionem
dixisset / Sed hoc non fecit / non enim dixit
quod ihesus est qui mihi dixit tolle grabatum
tuum / quod videbatur iudeis crimen esse /
sed dixit / quod ihesus est qui me sanum fecit /
Et per gratitudinem erat de impetrata sibi sani-
tate / et factus erat predicator et annunciator
veritatis / et operum Christi secundum illud psalmi venite
et narrabo vobis quanta fecit deus
anime mee / Nam in mente sanatus fide cognovit
dominum et eo cognito non fuit piger ad
annunciandum illud / Augustinus / Vivit autem ille
per quam vidit ihesum et cognovit eum esse
salutis auctorem / non fuit piger [illegible]
que videbat / Hic et nos cuius credo annun-
ciare debemus opera Christi et doctrine sue veritatem
ut [illegible] Iste quod
annunciavit salutem iudeis ut [illegible]
sed illi ceci persecuti sunt / et maxime propter
opus pietatis sabbato exhibitum / Unde
subditur / propterea persequebantur iudei ihesum
[illegible] / Propter persecutionem sunt nec gratis
persequebantur / iniqua ihesum tanquam viola-
torem legis domini / scilicet quia hec faciebat
in sabbato / agentes secundum cor suum contra
gratiam dei qui requievit in eo / opinan-
tes quod nichil penitus esset in sabbato
faciendum / sed ab omni opere vacandum
quantumque sit utile et divinum / Sed male
de sabbato intelligebant / qui hoc in sabbato

iudei

sanare / et pietate & iniquam esse peccatum
esse putabant / Sic igitur Christum iudei per
sequebantur / opus eius bonum putentes
malum / et multos adhuc sunt sequentes
sermones Christi sequentur ipsi bonum opus
molestantes / per tunc eundem Non est
Exodi xx mandatum de sabbato potest in
telligi quatuor modis / scilicet literaliter & spiritualiter
& hic tribus modis / scilicet allegorice tropo
logice et anagogice / literaliter precipiebat
cessationem ab operibus similibus / unde et
dicitur / omne opus servile non facietis
in eo / Moraliter vero sit cessatio a peccato
/ unde Iohannis viii. Amen dico vobis. de sabbato /
Servitus est corporalis superfluitatis
et superfluorum non nimorum depositio
Sabbatum autem est requies a peccato / et
ista utraque sunt a spiritualibus implentur
qui nulla iniquitate operantur / Allegorice
significabat sabbatum / corporis Christi quietem
in sepulcro post mortem eius / unde Augustinus
libro iiii super genesim ad literam probabilit
dicitur posse / observandum sabbatum fuisse iudeis
preceptum / in umbra futuri / qui spiritualem
requiem significabat / quam quietem ipse dominus
Christus qui non nisi quando voluit passus est
in sepultura sua misterium commendavit
ipso quippe die sabbati requievit in sepul
cro / et eam tota die habuit . sancte
cuidam vacationis / Anagogice vero sit quiete
eterne in patria sua / unde Augustinus in libro
de lapsu mundi / Iterum preceptum est
de sabbato / quod iudei carnaliter celebrant
nos spiritualiter observamus / in quo dominus re
quievit / Ad hoc intelligas dictum quod post
bona opera speras te quieturum unde Exodi
xx. Sex diebus fecit celum et ter
ram / Glosa septimus quia in fine se
natur / sunt nobis opera facienda ut post ea
requiem sperare eternam / Ex hiis habe
quod in hoc mandato intellecto tropolo
gice spiritualiter precipitur vacatio in summa
bonitate non abstractionis ab hiis que
impediunt alia aut per quietam intendunt
& inherent / quia sequitur vacacio & quies
in summa bonitate / ergo a peccato quiescens
& cessans / ergo non aliquid facias / facias
non quietes tunc / Sed nunquid opera
servilia quod duobus modis / Moraliter
peccatum unde glosa Luce xiiio / lex in sab
bato servilia opera facere . id est peccatis gravari

gravari prohibet / Et super illo Matthei xiio Si licet
sabbato curare / dicit glosa opus servile peccatum
dicatur autem opus servile dicitur / omnis actus
impediens vacationem / que est ad deum tempore
quo vacandum est / Et hic modo ad literam de
opus servile non facietis in eo / hoc est /
non implicabitis vos actibus / quibus
impeditur vacatio / Et declaravit lex quos
dam actus ut arare metere et alios Exodi
xxxiiii / unde glosa super illud Luce xiiio Sex dies
sunt in quibus oportet operari dicit / Moyses
sabbato a servili opere & noxia actione
servandum precepit / Prefigurans tempus in quo
nostra servilia opera non erunt / sed religiosa opera / ubi
laudandi deum cessabunt / Ex quo ambo
quintum quod servilia opera dicit similia / non ergo
per opus servile solum intelligitur peccatum / sed
etiam aliquis corporalis actus / non tamen omnis
sed quo scilicet quod corporalis actus aut impe
dit libertatem spiritus in vacando cum deo
quemadmodum sunt opera mechanica ut arare
Sed quidam autem non impedit / quemadmodum est
legere / loqui / moderatus incessus & legere / tales
actus non dicebantur serviles / Et ita autem
corporales qui dicuntur in lege similes / et prohi
bentur vacationem ad deum / aut fiebat cogente
necessitate / aut exigente utilitate / aut nec
sic nec sic / sed sola voluntate / Sed primum
in cogente necessitate non reputatur actus
ille servilis unde erat licitum unde super illud
Matthei xiio / Sabbatum propter hominem factum est / dicit
glosa / Sabbatum custodia preceptum est
ut si necessitas fuit / non sit reus qui vio
laverit / Machabei in sabbato pugnabant
quod non est licitum in lege / necessitas licitum
facit / Sic & hodie in ieiuniis / si quis ie
iunium fregerit necessitate non tenetur reus
Idem dicendum de actibus corporalibus qui fie
bant exigente utilitate unde super illo
Marci iio Sabbatum propter hominem / dicit in libro
Deo prima salus hominis / custodia sabbati
prout hominis utilitas exigit . sic debet servari
Et ibidem dicit glosa / quod sabbato commedi
non est prohibitum / quia necessarium & est utile
saluti / Sed vero sunt actus impedientes li
bertatem spiritus vacandi deo / non exigente
utilitate nec cogente necessitate / tamen lege
serviles putabantur / et illicita in die
sabbati / unde Numeri xvo lapidata est ille

qui ligna colligebat in die sabbati. Tamen adhuc notanda est distinctio circa actus qui sunt serviles exteriores, sed tamen sunt necessarii vel utiles. Quia aut sunt tales quod poterant ante vel post diem sabbati fieri sine detrimento utilitatis vel periculo necessitatis, sicut erat coquere cibaria, ligna colligere et hiis similia, et tales actus reputabantur serviles et prohibebantur in lege. Exodi 16: Requies sabbati sanctificata est domino. Quodcumque operandum est facite et que coquenda sunt coquite. Ergo in sabbato non licebat cibos coquere. Aut non poterant fieri ante vel dimitti usque post sine dampno, sicut pugna contra hostibus vel extractio ovis de fovea. Tunc tales actus non reputabantur serviles. Dispensatur enim hic necessitate vel utilitate. Corporales etiam curationes facte divina auctoritate fuerunt licite que alias non essent licite, ut sacerdotes in operibus tabernaculi fuerunt inculpabiles et Machabei non solum pugnaverunt, sed etiam propugnatores ... dierum in sabbatis septem affligentes solvunt sabbatum et non est iratus eis deus qui legem dedit, sed in orbe septem eis manifestavit. 3 Re 19: Ibunt omnes Israel septem diebus archam domini circumferentes et tandem Jericho muros subverterunt. Secundum Damascenum.

Sed an preceptum de sabbato sit morale vel ceremoniale. Quidam dicunt probabiliter quod in precepto de sabbato tria concurrunt: sanctificatio que est in vacatione ad deum, et hoc exprimitur cum dicitur memento ut diem sabbati sanctifices; ~~...~~ temporis vero determinatio: sex diebus operaberis, in septima requiesces; et expressio quietis laboratoribus servis, cum dicitur ut requiescat servus tuus et ancilla tua. Quantum ad primum scilicet sanctificationem sabbatum est morale; quantum ad secundum scilicet determinationem temporis est figurale; quantum ad tertium iudiciale. Hinc est quod mandatum de sabbato propter primum continetur inter precepta moralia, Exodi 20; propter secundum continetur inter precepta ceremonialia, Exodi 34, ubi dicitur septimo die cessabis sabbatum et requies domini; propter tertium continetur inter iudicialia, Exodi 23: Sex diebus operaberis, in septimo requiesces ut requiescat bos et respiret filius ancille et advene.

Symmachus autem in tertia parte: preceptum de sabbato ponitur in lege ut res et ut signum. Ut res semper debita, hic ad litteram scilicet requies vacatio ad deum. Exodi 16: Requies sabbati sanctificata est domino. Glosa: ut illi soli vacetis. Ut signum futuri, Exodi 31: Videte ut sabbatum custodiatis quia signum est inter me et vos. Glosa aperte dicit signum quia est future quietis et beatitudinis vel quietis sanctorum in patria quo quiescunt a tumultu mundanorum operum et vitiorum. Primo modo sabbatum est morale et ponitur in decalogo. Secundo modo figurale et ponitur inter figuralia. Secundum tamen quod preceptum de sabbato ut est res est morale duobus modis. Est enim morale legis naturalis inquantum dictat vacandum deo aliquando, non tamen hoc diem sabbati. Secundo dies vacationis deo indeterminate observantis diem sabbati per intelligi hoc est tempus vacationis deo. Tunc est morale ... et est legis scripte. Et secundum hoc dies sabbati dicitur talis dies in septimana determinata divine vacationi. Postquam enim ex dictamine legis naturalis constat quod vacandum est deo aliquando, per legem scriptam debuit determinari tempus observandum deo. Et elegit diem septimam ratione mistica. Observatio ergo moralis est inquantum dictat vacationem quemadmodum observatio diei dominice. Et additur ratio circa vacationis, quia sex diebus fecit deus celum et terram et septima die requievit. Inquantum vero in signum ad significandum futurum est ceremoniale. Et sic est secundum Damascenum: Sabbatum quod septima dies vocatur et sit requies. In ipsa enim requievit deus ab omnibus operibus, ut dominica dies septima non primo sic impletur, sed propter quasdam a spiritualibus viris intellectas causas: prima quidem ut qui servivit in predicta et subiugale sabbato ut septimo requiescat, quia vir iustus ...; secunda causa ut circa vacationem agentes ab amplexu qui est etiam naturalis ad deum congregentur in ymnis et orationibus spiritualibus et meditationibus divinarum scripturarum, innuitur septimum diem congruentes et requiescentes. Sed aut obicitur quod si observatio dierum vacationis moralis est, ergo immutatur et hoc est contra ... quod non sequitur, non observatio diei sed dies indeterminate. Et secundum hoc est morale

nature, ita dictamen est legis naturalis quod aliquando
sit vacandum deo racionali creature, vincti in
tempore. Et sic non est immutabile. Alio modo
obseruancia diei sit diuini obseruacionis temporis
dedicati, et istud est morale dysciplinare. Et
sic morale est determinatum ex addita diuina
interpretacione, nam cum sint de tempore dedicanda
nos deo, qualibet parte temporis deberemus nos
deo et vacare deo, tamen propter corporales et
temporales necessitates non possumus vacare
deo qualibet parte temporis. Oportuit aliquod va-
candum tempus, aut istud esse debeat, non
erat hominis determinare, sed dei. Determinata est ergo
ex tunc in lege septima dies ut dictum est.
Sed cum tempore gracie sit sabbatum obseruandum,
dicendum secundum Alexandrum quod obseruacio sabbati
sit in illis duobus modis ut dictum est.
Vno o. indeterminate ut dicatur dies sabbati
requiei seu vacacionis ad deum et sic
non dies dominica sit diuini dies sabbati,
et quelibet dies instituta ad diuina va-
cacionem. Unde ad Deuteronomium v° est interpreta-
tis sabbatum est i. requies domini dei tui.
Unde dies sabbati dicebatur ~~dies~~ dies requiei
domini. Et sic modo semper seruatur, et tempore gracie
aliquo dies sabbati dicitur dies octaua,
si septima. Exodi 34: Sex diebus facietis
opus, septima dies erit sabbatum. Et hoc
modo quamuis esset morale dysciplinare,
tamen erat figurale. Unde si ante impleta fuisset.
Sz. d. in illa dies eligebatur racione figure,
quia significabat futurum, sicut dies dominica
eligitur ad significandum futurum. Ergo tempore
gracie non sunt seruande figure tamen racione
non seruatur sabbatum, causa tamen seruabitur
dies dominica, quod est iniquus. Dicendum quod
sabbatum habuit figuram principalem, qua signi-
ficabat futurum, videlicet quietem animarum post mortem
Christi, et hec erat principalis racio institu-
cionis sabbati. Habuit et figuram minus
principalem, videlicet faciendi cessacionem a peccato,
a duobus modis recipit vel secundum partem
temporis, sicut accipiebatur a iudeis et
carnalibus iudeis, qui credebant solum
tunc ipsis vacandum a peccato, aut semper sicut
accipit a christianis, qui semper se debe-
ant omni tempore ab illicitis abstinere. Ideo pri-
mula ipsi ad significandum cessacionem eligitur
a iudeis, christianis vero non sit dicendum.
Ideo sabbatum in quantum est figura futuri
futuri non est seruandum tempore gracie,

sed dies dominica que non est instituta ad
significandum aliquod futurum est, sed quod iam preteritum
est prius, videlicet resurreccionem domini que facta
est octaua die, et etiam gloriam resurgentis
prius est intellectum. Unde Innocentius papa: Diem
dominicam ob venerabilem resurreccionem domini nostri Iesu
Christi non solum in pascha celebramus, sed
et per singulas ebdomadas ipsoque ~~dei~~ diei
imaginem frequentamus, de consecratione dis. 3 c.
sabbato. Iam patet ex precedentibus
preceptum de sabbato precipit temporis vacacionem
aliquod, et secundum hoc in determinacionem tunc est
morale legis nature, et sic non sunt
indeterminatos precipit dies dominica tempore gracie
et septima tempore legis. Secundum vero determinacionem
tempore legis precipit dies septima certa
instituta et signata futura sicut dictum est,
et est morale dysciplinare. Tempore vero gracie
precipitur dies octaua ad determinacionem
ipsius vacacionis, sed non certa per significacionem
futuri, sed certa ~~per significacionem futuri~~ per iustitiam
dicit Leo papa quod dies dominica tantis diuinarum
dispensacionum misteriis est consecrata,
ut quicquid insigne a domino est constitutum
in huius diei dignitate sit gestum.
In hac die mundus sumpsit exordium.
In hac per resurreccionem et mors interitum
et vita accepit principium. Secundum sicut
quod in sabbato signata fuit requies per gra-
ciam in Christo et quies eterna, tamen species
nobis reuelata est. Ideo non manet in
nobis ad legendum solum et non ad obseruandum.
Sz. d. cum Exodi 31 dicitur: Custodiant filii
Israel, et subditur: pactum est sempiternum
inter me et filios Israel, signumque perpetuum.
Sed si pactum est sempiternum, semper re-
manet illud quod pepigit deus cum
filiis Israel. Dicendum quod sabbatum dicitur
pactum sempiternum significacionis, quia
significabat eternam quietem, sed non
sempiterna obseruancia. Unde ibidem ad decla-
racionem addit quod est signum perpetuum. Sed
d. si est signum perpetuum, ergo perpetua-
liter est obseruandum. Dicendum quod sabbatum dici-
tur signum perpetuum duobus vel racione perpetui
signati, quod est quies eterna, vel
racione perpetui signi, quod est duplex.
Est enim signum in facto et signum in verbo.
Signum in facto est ad aspectum, signum
in verbo est ad auditum. Tale est signum

in opere. et signum in littera. Secundum quod quod sa-
batum est signum preceptum non in observancia
operis, sed racione in septem lacionis. Ergo dicendum
quod id quod est institutum auctoritate divina
non possit mutari nisi eadem divina auc-
toritate. Tamen quod sabbatum est evacuatum.
Secundum quod quod observanciam sabbati retractat
salvator secundum Augustinum in libro questionum veteris
et novi testamenti. sabbato operatus iussit quod
et infirmos sabbato lectum portare precipi-
ens ut hic. Secundum Iohannem in dictorum sabbatum
polluebat, non tamen solvit, quia ea sabbati
tempus cessavit. Sed queritur a quibus operibus
cessandum est die dominica. Respondet secundum Alexandrum
quod ab opere servili. Opera autem servilia dicun-
tur quatuor modis. Primo peccatum dicitur opus
servile. Alio opus prohibens vacacionem
addendum que debita est ab eterna vita
dei. Unde et sic peccatum sit dampnabile omni tempore,
tamen est magis dampnabile. Non
sit tempore debito vacacionis, unde et ideo
qui fornicatur die dominico peccat duobus
peccatis secundum quod incurrit peccatum racione actus
et racione diei. Sicut ille qui defloando
virginem interficit, duplex peccat. Primo actu
interficiendo et stuprando. Unde sic peccatum
incurrit racione actus et reatus duo sunt
peccata. Sed racione actus unum peccatum duplex
dicitur quod hic. Opus vero servile dicitur
ab ecclesia mechanica opera agricultura
et secularia negocia ut mercatum placitum.
Unde extra de feriis c. omnes dies dominicos
a vespera in vesperam cum omni veneracione
decernimus observari, et ab omni illicito
opere abstinere et mercatum in eis minime
fiat neque placitum neque aliquis ad
mortem vel ad penam iudicetur nec sa-
cramenta nisi pro pace vel alia necessitate
prestentur. Et in eodem dicitur nichil aliud
est faciendum nisi deo vacandum. Intelligen-
dum est nisi quod impediat vacacionem. Et
hic excepta indulgencia in temporibus
necessitatis. Unde glossa dicit quod diebus
feriatis licitum est operari que gracia
vindemiarum vel messium ab necessitatis
hominum indulgetur. Magis autem apparet
quod sit necessitas adhuc per indulgencia
dicitur in dominica, sicut piscium hostium,
vel cum alias non possit differri que
admodum est de capcione allecium. Papa

Alexander tercius dicit. In indulgencia ut diebus
dominicis et aliis festis liceat prochianis
vestris presbyter in maioribus anni solempni-
tatibus si allecia terre se inclinaverint
eorum capcioni inquietate necessitate intende-
re, ita quod facta captura ecclesiis circumpositis
et Christi pauperibus congruam faciant porcionem.
Sed dicendum. Primo tempore gracie non tenemur
precise vacare deo quam tempore legis. Sed ergo tempore
legis non erat licitum cibos coquere
in die vacacionis nec ambulare. Unde quod nec
erit licitum tempore gracie facere aliquid in
die dominica in huiusmodi corporalibus actibus
multo magis arguitur. Dicendum quod in lege
quod debita cessacio erat figuralis et illa tempore gracie
non servatur. Unde distinguendum quod cessacio a servi-
libus operibus necessaria quam potavit aliis preeminen-
ter in lege servabatur non solum racione va-
cacionis presentis sed etiam racione significacionis
quietis eterne in qua ista non essent in-
digebant et necessitas preeminebat. In signum
quod denique hic preeminere premia eternam
eciam, in qua non erit meritum pro bona
opera. Ut dicit glossa super id Exodi XVI:
Eras quod coquendum est coquite. Et in
tempore gracie credimus nec videamur figuras
iudaizare. In aliis vero conformiter est ro-
cessacionis ab operibus servilibus tempore
legis et gracie. Sed aut queritur de operibus
in exemplo que servilia sunt et tamen pietatis
ut portare lapides ad edificandas
ecclesias et construere hospitalia et domos re-
ligiosorum que vix aliter umquam possent
edificari. Utrum licita sint die dominica.
Dicendum sicut supra dictum est de sabbato. Matthei XII. Sab-
bato propter hoc secundum glossa sabbatum iusto
dici preceptum est ut si necessitas fuerit
non sit reus qui violavit. Hic autem in-
telligitur nihilominus maxime intercedente dispen-
sacione illorum quibus dispensacio debita
est. Sed aut obiicitur de eo quod sit mora-
le decalogi, quod recipit dispensacionem
ab homine. Dicendum quod morale decalogi
dicitur duobus modis. Primo quod est de sub-
stancia decalogi et secundum hoc vacare
secundum tempus aliquid indeterminate est morale
decalogi. Alio modo dicitur morale
ad determinandum decalogum et secundum hoc va-
care die dominico est morale decalogi.

tempore gratie sicut dicens scriptura tempore legis /
et ymo est morale dupliciter s. morale
ex institucione diuina per instinctum nature / et
in hiis dispensacionem habet eciam exigente
neccessitate / sicut dicit beatus Ambrosius in libro de
dispensacione et precepto ex auctoritate leonis
pape. Vbi necessitas non est. inuiolabiliter pro
cedunt sanctorum patrum instituta. Vbi uero neces
sitas fuerit ad utilitatem ecclesie qui potestatem
habet ea dispenset / Ex necessitate enim fit
mutacio legis et cetera.
Jhesus autem respondit eis pater meus
usque modo operatur et ego operor. Propter hoc
ergo magis querebant eum iudei inter
ficere. quia non solum sabbatum solue
bat / sed et patrem suum dicebat deum
equalem se faciens deo et cetera. Respondit
hic ponit responsa sua per rationes quibus fuit
ex doctrina ueritatis / Et primo proponitur
doctrina ueritatis / Secundo persecucio indicatur per
uitatis / Ibi propter hoc ergo magis et cetera / doctrina
ergo ueritatis proponit duas / excusando se
a solucione sabbati / Circa quod notandum
quod duas de causis solucionem / quandoque se ex
cusauit / alias uero discipulos / Et discipulos quidem
primi homines erant / excusauit per similitudinem
hominum s. per exemplum sacerdotum / qui in templo
operabantur in die sabbati / nec sabbatum
soluebant / Et dauid / qui sub abyathar
sacerdote / in die sabbati fugiens a facie sa-
ulis / panes propositionis accepit / de ipso
ut habetur mathei xii / De se uero quia fuit deus
et homo. quandoque quandoque excusat se a solucione
Qui no honorificat filiu et Vt go
ideo pr omne iudiciu dedit filio
sim hanc nam quia in incarnatione
sic filius exinanit, forma servi accipies
in qua inhonorata e ab hoibus
s. io infra v Ego honorifico prem
et vos inhonorastis me ideo go in
ipa na assumpta datu est ei iudiciu
vt honorificet filiu sic honorificat
prem Qui em videbant filiu hoie
venientem in ptate mag et maiestate
sue ro Et apoc primo Et videbunt
infantes et adorabit et bn dictio
et claritas et gratiarum actio Sz posset
aliquis dice volo honorificare pa-

trem et no curare de filio Sed hic no
pt esse quia qui no honorificat filiu
no honorificat patrem qui misit illu
aliud em est honorare deu, quia deus e
et aliud honorare prem qua tn pt ds
honorare deu inqualitu creatorem et omnipo
et incomutabilis, absque hoc qd honori-
ficet filiu Sed honorare deu vt prez
na pt nisi honorificet filiu na pr
dicit no pt, s filiu no hzt Sed p iuho
norans filiu dumodo cuius virtutem
inhonoras et prem Ubi em tollis vir-
tute prius vbi minorez das filio vel
alit sim Aug xo debet dare honor
s si dimitatez si qua debet ei honor
equalis pri et qntu ad hoc dt vt oms
honorificent filiu sic honorificant
prem Alius debet ei sim quantitate
sed no equalis pri de isto dt Qui no
honorificat filiu no honorificat prez
qui misit illu Luc x Qui vos spernit
me spernit vn ibi signat dt sicut hic
vo no dicit sic sed simpr dt filiu ee
honoradu sim aut gre et Crisi expo-
magis ad lram quis pare mutetur
hic mo Sup dns dixit filius quos
vult vivificat dicitur aut aliquid
fac plibo volt arbito agit expo in
dico Sup vo dctm est qd oia quecumque
facit pr hec et filius silr fac go
filius est de oibus libere volu arm
qd ex pmo iudicio pcedit et io statim
facit mencoem de iudicio dt neqz em
pr iudicat quequam scorpu s a filio
et hic mo loqui duis vpus est Infra
xii Si quis audierit vba mea et non
custodierit Ego no iudico eu s. solus
sed simo que locutus sum ille iudica
bit eu et Sed oe iudiciu dedit filio
sicut et dedit ei oma Sic em dedit
ei vita v genuit eu viuete ita dedit
ei omne iudiciu v genuit eu iudicez
om infra xo Sic audio iudico idest
sicut hco esse a pre ita et iudiciu
Ro hq est quia sicut dctm est sup filiq
nil aliud est qua vim cceptiu sapie
prie ingenuis aut p cceptiu sue sapie
iudicat vn sicut pr oma fac p filiu
ita ecc oia iudicat p ipm Et fructus
hq est vt omes honorificet filiu sicut
honorificat prem. v exhibeat ei cultu

latet sicut pri(m)s / tota no(n) mutans. Nota
dei filius est. Honorandus et timendus ra
tione iudiciarie p(otes)tatis / quia p(ate)r corpus
et a(n)i(m)am p(er)dere in gehenna. ait et ratio
vero quare p(ate)r filium vult honorari / quia
honor filii est honor p(at)ris et e co(n)tra. Vn(de)
dicit qui no(n) honorificat filium no(n) ho
norificat patrem q(ui) m(isit) illum. Si in nor
ricedet filius p(at)re / p(ate)r inhonoraret
/ quia vel invideret nollet equalem
genuisse / vel infirmus no(n) posset. Et
s(ecundu)m hyl(arium) attendenda est hic mirabilis
q(ui)lib(et) vero / vt errores s(ecundu)m g(rego)r(ium)
contra consistunt. Due namque heresis
circa ipam (gen)eratione(m) exorte fuerunt /
vna Arrii dicentis filium minorem p(at)re
q(ui) est contra equalitate(m) et vnitatem. Alia
Sabellii dicentis no(n) esse distinctionem p(at)ris
in divinis. Et io(hannes) p(ro)vincus facit mentionem
de vnitate et equalitate / statim addit
et distinctionem p(at)ris / s(cilicet) dicit(ur) et ego vn(de)
et duo ... p(at)re / dicens no(n)
p(otes)t filius a se facere quicquam nisi q(uo)d
viderit p(at)rem facientem / ne crederes in
equalitatem / statim subiungit quecumque
enim ille facit / h(ec) similiter et filius facit.
Et ego / in duo inmuit equalitatem
dicens sicut p(ate)r suscitat mortuos et vivi
ficat / sic et filius quos vult vivifi
cat. Ne dis(tinctionem) diceres inmuit et filium
genitum subiunget / neque enim p(ate)r iudi
cat quemquam sed o(mn)e iudicium dedit filio.
Modo est ... equalitate p(at)ris
dicens vt omnes honorificent filium sicut
honorificant patrem / statim subiunget
de missione in qua demonstrat origo
dicens qui no(n) honorificat filium non
honorificat patrem / q(ui) misit illum / non
p(er) separatione(m) a se ipso / missionem audi non
separationem misit vnita. Qui in me misit
meum est / filius enim missus est origine
a p(at)re mittente. Et dicitur ab eo ...
Sed quia post dicis q(uo)d dixit no(n) p(otes)t
filius facere a se aliquid / alia potentior
... q(uo)d hic a se quam ab alio. Ergo
filius no(n) p(otes)t quicquam a se / sed tantum ab
alio / vt a patre. Ergo p(ate)r potentior est filio
q(uo)d est falsum. Ergo et p(ri)mum. Et dicendum quod maio
ritas potentie ... et hic a se
dicit solum modum ... / no(n) virtute / et ita
no(n) sequitur / quod p(ate)r sit potentior filio. Et
addit obicit / quod nobilior modus habet

q(uo)d habet a se q(uam) q(uo)d ab alio. Ergo p(ate)r p(ote)r(it)
... potentiam a se / nobiliori modo habet
eam quam filius qui habet ab alio quia
a patre. Ad h(oc) r(espon)d(e)t(ur) habere ab alio
est duobus modis / vel per ...
vel per emanatione(m) / per ... nobil(ior)
est modus / quia modus ... no(n)
... per essentiam. No(n) equatur / per ema
nationem dicitur ... emanat
ita habet per essentiam / sicut ille qui dat
/ et hic ... ponit ignobilitate(m)
sed omnimodam equalitate(m) / ... a p(at)re
ita nobilis est in filio / sicut ... quare
in p(at)re. Sed quia dicit quod dicitur filius
no(n) p(otes)t nisi q(uo)d viderit patrem facientem
et ... quod p(ate)r demonstrat filio quecumque
facit. Ergo ... prius est ... q(uo)d operari
quia videre / prius operatur p(ate)r quam filius
/ et post filius ad eius operatione(m) tamquam
ad exemplar. Et ... nichil omnino p(otes)t
operari ... filio / quo ... quod filius
operatur / sicut videt patrem operantem
sed ... idem dicitur ... pater
demonstrat filio. Et filius videt patrem
operantem / Et ... est q(uo)d ad ... intelligendum est autem / quod ista verba translata
sunt a creaturis ad deum / duplicem ...
p(ro)prietate importat. vnum demonstrandi
similiter et videndi. vna est emanatio
cognitionis vt quia ... video te /
operantem / relinquitur in me cognitio
operandi / alia est ... ante
sicut operatio tua et demonstratio / p(re)bet
meam cognitionem tamquam ... ergo
... proprie ... ad
omnia ... emanationis / ... anterior
no(n) ... patrem demonstrare no(n) est quod p(ate)r
prius cognoscat quam filius sed quod p(ate)r
dat filio ... filium videre patrem
operantem / no(n) est quod p(ate)r prius operetur
sed quod filius ... a p(at)re ...
quia dicit quod ... quecumque p(ate)r facit
h(ec) et filius similiter facit / Contra p(ate)r generat
filium / ergo filius generat filium / Et dicitur
quod generare no(n) dicit operatione(m) sed relatione(m)
... quia mittere filium dicit operationem
ergo quecumque operationes facit pater
... facit et filius / p(ate)r p(ate)r mittit filium
ergo et filius mittit filium / Et ... trinitas
omnino ... in substantia et operatione
/ manifestatio et apparatio fiat ... operatio

vt q noo potest appare vel mani-
festari trinitas de eternitate magis proprie
ypostasis / ad q(ue)q(ue) intelligentia notandu(m)
q(uod) q(ue)dam v(erb)a dicta de deo dicunt pura(m)
relatione(m) sicut generare. Queda(m) pura(m)
actione(m) et relatione(m) sicut mittere. Queda(m)
actione(m) et et situatione(m) sicut apparere / Dico
ergo q(uod) q(uan)do dicit(ur) omnia pater fecit /
intelligit(ur) quantum ad operatione(m) que com-
munis est. Si ergo inferat(ur) verbum situatio-
[margin: me] actione(m) ~~et relatione(m)~~. bona est illatio
Si inferat(ur) relatione(m) / erit sophistica
et per figuram dictionis. Si aut(em) v(er)bu(m)
significat actione(m) et relatione(m) / et p(er) ratione(m)
actionis tenet illatio / falleret ratione(m)
relationis incluse. sic sunt mittere et
incarnari. Similiter est de v(er)bo importante
actione(m) et situatione(m). fallet r(ati)one(m) situationis
sic dicit Augustinus / et p(er) omnis actio sit a
[margin: fit] tribus personis / tamen alia specialiter precise
alia filium alia spiritum sanctum / exemplum est
de hac voce inventa / ad perfectionem operacion-
tuum pater et sic incontrario vel volo
vel velle et tamen alterum illarum sit ... est
impossibile. Sancta fruit(ur) exponere hec
[margin: ¶] Amen amen dico vobis / q(ui)a qui
verbum meum audit / et credit ei qui
misit me habet vitam eternam / et in iudicium
non venit sed transit a morte in vitam
Amen amen dico vobis quia venit
hora et nunc est / qua mortui audient
vocem filii dei et qui audierint vivent
[margin: ¶] Omnipotens dominus ostendit se esse virtute verbi
fructum / hic ostendit modum quo ad
per ipsum vitam participare potest / et primo
ponit modum quo aliquis per ipsum vi-
tam participat. Secundo ad quod ... impletorum
pertineat / ibi amen amen dico vobis
quia venit hora et nunc est. Circa primum q(uod) notandum
q(uod) sunt tres gradus vite / prima in-
venitur in plantis que nutriuntur augentur
generantur et generant. alia in aliis que
tantum sentiunt. aliquis in hiis que moventur
que sunt animalia perfecta. alia est vite gradus
in hiis que intelligunt / et tot agit(ur) exemplis
gradibus vite / imperfecte est vel vita
que est in plantis / vel ea que est ex
sensu / aut ea que est ex motu / esse prima
vitam nam prima vita d(icitu)r esse perfecte vita
et non separata nulla aut(em) vita potest esse
talis nisi sola vita intellectualis / que
est prima vita et que est vita spiritus /

Alie vero sunt quedam corporali et spirituali tractate
Corpus aut(em) quod vivit / non est ipsa vita
sed vita participans / et ideo vita intellectualis
est prima vita / que est vita spiritus / que
in mente participat(ur) a primo vite principio
unde est vita sapientie / et propterea hec in scriptura
vita attribuitur sapientie / prov. viii qui me
invenerit inveniet vitam. Vita(m) sic ergo vita(m)
a Christo qui est dei sapientia participamus quantum
ad nostram / ab ipsa sapientia participat / hec et
vita intellectualis perficitur in vera cognitione
divine sapientie / que est vita eterna / infra
xvii / hec est vita eterna ut cognoscant
te et deum / ad nullam sapientiam potest homo
pervenire nisi per fidem. unde in scripturis / nulla
ad ipsam pervenit. nisi prius fides adhibeat
dictis a magistro / si ergo nos volumus advia(m)
ipsam pervenire / oportet nos per fidem credere
ea que dei a nobis proponuntur. hebr. xi
Accedentem ad deum oportet credere. ysa.
vii / sicut aliam litteram nisi credideritis non
intelligetis. Et ideo dominus convenienter modum
perveniendi ad vitam ostendit esse per fidem
dicens qui verbum meum audit. Et primo
ponit initium fidei / secundo subdit premium
eius / ibi est vitam eternam. Circa initium
fidei primo ponit id per quod fides intro-
ducitur / secundo id cui fides inniti(tur) / intro-
ducitur autem fides per verbum hominis / Ro. x
fides ex auditu. auditus aut(em) per verbum dei
[margin: ¶] innititur aut(em) fides. non verbo hominis
sed ipsi deo. Gen. xv / credidit abra-
ham deo. et reputatum est ei ad iustitiam
Augustinus. cum vincit deum credere illi
sic nos inducim(ur) per verbum hominis ad cre-
dendum / non ipsi homini qui loquitur
sed deo. tamen verba loquitur / i thess. ii. qu(u)m
acceperitis a nobis verbum auditus
dei acceperitis illud. non ut verbum hominis
sed sicut est vere verbum dei qui operatur
in nobis / Et ad hec duo dominus ponit
primo id per quod fides introducitur
unde dicit qui verbum meum audit / quod intro-
ducitur ad fidem. exponendo ad Ro.
x / fides ex auditu / secundo id in quo
innititur cum dicit et credit ei qui misit me
audito consentiendo / infra xii / qui cre-
dit in me. non credit in me sed in eum
qui misit me / Dicit aut(em) qui credit ei
qui misit me / non michi. sed illi in-
quantum virtute loquor. Sed quare quidem verba pertinent
competere Christo / sicut quod homo / inquantum per
verbum eius humanum / Hereticus quidam sunt ad

[margin: Hec 2 enim fides ex auditu sed dicit apostolus ad Ro. x]
[margin: vo]

ad fidem / Et si quod deus / in ipso in Christo
/ est verbum dei / cum enim Christus sit verbum dei,
manifestum est quod audientes Christum au-
diebant verbum dei / et credebant deo / Non
dicit Qui verbum meum audit, i. me verbum
dei et credit ei secundum patri, ita sum verbum
Filius quia non dixit Qui audit me et
credit in me, confitentes enim gratie esse minorem
et gloriam maiorem sit superflua / Sed autem et
credit ei qui misit me supra nominem sequitur eum
sicut patrem secundum morem / Ex duobus enim patrum
similiter simplex faciunt / et melius compara-
tur credit ab eo qui ipsum audit / et
melius quod multis bonis ponitur / unde
consequenter premium fidei ponit cum dicit
habet vitam eternam / Et ponit tria que
nobis habemus in gloria / sed ordine
retrogrado / Primo quoque consistentiam mortuorum
a mortuis / Secundo liberationem a futuro
iudicio / Tertio vitam eternam / quia ut dicitur
Matt 25 / Ipsi in iudicium ibunt iusti in vitam
eternam / Et hec tria ponit ad fidei
premium pertinere / Et primo tamen quasi
magis dependentium unde dicit / Qui credit
in me, s. per fidem formatam habet vitam
eternam / que consistit in plena dei visione
Et dignum est ut qui credit per fidem
hiis que non videt perducatur ad plenam
eorum visionem / infra xx / Hec scripta sunt
ut credatis et ut credentes vitam
habeatis eternam / Et intelligendum quod talis
habet vitam eternam talem / quia habet gratiam
que facit eum dignum vita eterna. Ad
hoc ergo ... fides est vera / quod sicut
Alexander / Credit primo mens glorificatio
Tota enim mens humana glorificanda
est / Tota autem glorificari non potest nisi
tota preparatur gratia / tota ergo mens
est glorificanda / inter quas gratias prima
dicitur esse fidem. Secundo est idem credit
mentalis religio / Non est enim tota
mentem esse religiosam / ita quod in aliquo pugna-
naturam vel irreligiositas sit in ea. Si
autem tota mens est religiosa / tunc et
omnia membra sunt religiosa / et hec est fides.
Tertio hec idem credit mentalis subiectio
Fides enim ... tenetur humana intellectum
esse subiectum deo / quo tenetur affectus
Et sicut affectus per ipsum tenetur diminuere
contra seipsum / ita et intellectus propter
ipsum deum tenetur bellare contra suas
operationes / Tunc operationes autem intellectus
/ solum credere videtur, habere bellum / na-

ture corporis eundem ... cuius ad saltem, bellum non
quia intellectus statim acquiescit / Secundo
ponit 2m cum dicit Et in iudicium non
venit Sed contrarium videtur apostolus dicere
2 Cor 5 Omnes nos astare oportet
ante tribunal Christi / et ipse apostolus / Quod
credit in iudicium veniet. Respondetur quod
duplex est iudicium, s. condemnationis et
in istud non veniet illi qui fide for-
mata credunt in deum, et de isto hic
intelligitur cum dicit Qui credit, s. fide
formata non venit in iudicium, i. in
penam et damnationem, de quo in psalmo
Non intres in iudicium cum servo tuo
Et infra 3 / Qui credit non iudicatur.
Aliud est iudicium discretionis quo boni
distinguntur a malis Et ad istud oportet
nos omnes ante Christi tribunal exhiberi
ut dicit apostolus / et de hoc iudicio dicitur etiam
in psalmo Iudica me deus et discerne causam
meam de gente non sancta / Tertio ponit
3m premium dicens Sed transit vel transiet
secundum aliam literam a morte in vitam
Quod quidem potest exponi dupliciter / Uno
ut referatur ad rationem anime / et sic pla-
num est sensum q. d. non solum per fidem
adipiscitur vitam eternam / et liberatur
a iudicio / sed etiam consequitur remissionem
peccatorum, unde secundum hoc dicit sed transit a
morte in vitam s. de infidelitate
ad fidem, de iniustitia ad iustitiam /
Alio ut referatur ad rationem corporum
/ et tunc est expositio huius quod dicit habet
vitam eternam, posset enim aliquis
credere quod qui credit in deum nunquam
moriretur, sed viveret in eternum / Quod
non potest esse, quia omnes homines oportet per-
venire debitum pene prime prevaricationis secundum
illud psalmi Quis est homo qui vivet et
non videbit mortem / et ideo non est
intelligendum quod qui credit perfecte
vitam eternam quasi nunquam moriturus
sed quia declarat vitam transiet per
mortem in vitam, i. per mortem corporis
reparabit ad vitam eternam vel transiet
quantum ad causam, quia cum hic credit
iam habet initium glorie resurrectionis / Ys.
26 Vivent mortui tui interfecti
mei resurgent / et tunc soluta a morte
veteris hominis / suscipiet vitam novi
hominis s. Christi vel transit de morte ad vitam

x depnti vita que mors est / transit ad
vitam eternam in iudicio condempnacionis
Sup. 30 arch. credit in eum non iudicatur
vita vero prius mors dicitur, quia sic dicitur
ro. vi° Corpus propter peccatum mortuum est.
Ab hac morte transeunt iusti ad vitam,
quibus spiritus moritur et transit ad vitam
vnde Aug. ne putares credendo te non
moriturum carne, sciens te mortem
quam debes supplicio adam prolubitur
accepit enim ie in quo fuit omnis humana
morte moriemini. nec potes omnino
evadere. Sed tu per solius mortem
venis horis, suscipies vitam non habens
et transitum facies ad vitam, ad eam vitam
ad eternam. Resurrecturi enim ipse sola
mortui, in vitam eternam transibunt. Vita
enim ista, nec vita nominanda est, quia
non est vera vita nisi que est eterna. Et ut
id dicit de viris quos videmus homines
amatores prius vite temporalis aut saluter.
pro illa laborare. Ut cum venit mor-
tis metus, quiete prius faciat, non ut
auferatur, sed differat mortem. Ergo
tanto labore tanta cura medici agitur
ut quinque vel plus vivat. Et si precedentes
videre quam modis omnibus agunt ut diffe-
rat mortem et vivat paucos dies,
quam multi faciunt qui nec vivunt ut per-
dant eternam vitam et [illegible]. Et quia possunt
aliqui dubitare utrum ad de morte
transeat, sed transibit ad vitam, ideo dubius
quiter [illegible] ad impletionem dicti
quod hic iam adimpletur. Unde subdit
Amen amen dico vobis. Iste evangelista
solus duplicat hanc dictionem amen
que in hebraico designat affirmacionem
quia ipse sublimiora de Christo describit
que maiori indiget affirmacione, propter quod
vicit quomodo predicta duplicacione. Ergo
go amen amen dico vobis quia venit
hora, non fatali necessitati subiecta,
sed a deo preordinata. Sicut supra in mo
nonnulla hora est. Et ne credat di-
stare subiungit, Et nunc est. Secundo
hora est iam nos de sompno surgere.
Et quia nunc est, cum mortui audient
vocem filii dei, et qui audierint
vivent. Ad dicta primo exponi
ut referatur ad resurrectionem corporis, et di-
catur: venit hora et nunc est quando

mortui audient vocem filii dei, quasi dicat verum
est quod omnes finaliter resurgent, sed etiam
nunc est hora quia aliqui quos resusci-
taturus erat dominus audient vocem filii dei
et qui audierint vivent. Sic audiunt lazarus cui
dictum est ei veni foras et revixit, ut
infra xi. Sic audivit filia archisinagogi
ut habetur [illegible] et filius vidue ut dicitur luce
vii. Et ideo signanter dicit nunc est. Quod
per hoc incipiunt mortui vivificari. Et
intelligitur de vivificacione corporali, quia
ad vocem Christi quidam sunt resuscitati.
Aliter secundum Aug. exponitur sic, ut hic quod
dicit nunc est referatur ad resurrectionem anime.
Sicut dictum est supra, dux est resurrectio:
corporum que non est generaliter sed erit in
iudicio futuro. Alia est autem de morte
infidelitatis ad vitam fidei, et iniusticia
ad iusticiam, et hec iam nunc est. Ideo dicit venit
hora et nunc est quando mortui infideles
et peccatores audient vocem filii dei, et qui
audierint, secundum veram fidem vivent. Quasi dicat
veniet hora vivificandi corpora, sed iam
nunc est hora vivificandi mentes. Et
ponit modum vivificandi, quia per obedi-
enciam voci dei. Ideo dicit et qui audierint, idest
obedierint, vivent. Quia sermo eius vivificat
audientes, infra x. oves mee vocem meam
audiunt. Circa quod primo notandum ex parte credencium
operacio virtuosa, quia obediunt voci filii
dei. Secundo notatur ex parte Christi donacio
gratiosa, quia credentibus largitur vitam.
Sunt autem obedientes voci Christi, quia habebat
virtutem ex ore. Unde de ea dicitur in psalmo
vox domini in virtute. Secundo habebat ma-
gnificenciam miraculorum, ideo subdit vox
domini in magnificencia. Tercio habebat hu-
miliacionem superborum, ideo subdit vox domini
confringentis cedros. Quarto habebat
inflammacionem amorum, ideo sequitur vox domini
intercidentis flammam ignis. Quinto habebat
fecundacionem mitorum, ideo sequitur vox domini con-
cucientis desertum. Quarum desertum quantum
dum simile viam expellitur et aliquando virtu-
tibus fecundatur. Sexto vox domini contine-
bat revelacionem secretorum, ideo subdit
vox domini preparantis cervos, id est contemplativos, et
revelabit condensa. Secundo Christi donacio
gratiosa in qua includitur: Et qui audierint vi-
vent. Nichil enim gratiosius vita eterna.
Quod sit primo, si pensemus quod ex

cludit. Ita excludit omnem modum mortis
et ideo vocatur vera vita. Illa enim est vera
vita que mortem excludit, quia unumquodque
tanto verius est, quanto contrario
impermixtius. Unde Augustinus super Io(hannem): In
hac vita que nobis est vita, transitur
de morte ad vitam. Si enim vita ista
esset vera vita, non dixisset dominus: Si vis
ad vitam ingredi serva mandata.
Apostolus etiam scribens ad Thimotheum 6: Et divitibus
quod thesaurizent sibi fundamentum bonum
in futurum ut apprehendant veram vitam.
Secundo patet quod hec donacio est gloriosa per
preeminenciam quia includit, includit in
visionem et amorem dei, quia dicit salvator:
Hec est vita eterna ut cognoscant te solum
deum et quem misisti Ihesum Christum. Patet ergo quod
non loquitur hic de resurrectione generali que erit in
futuro, sed de vivificacione spirituali que
est per fidem Christi, et de resurrectionibus corpora
libus particularibus que facte sunt ad confirma
cionem fidei: et ista incepit a primo
predicacionis Christi. Sed duo mirabilia in
hiis verbis implicantur. Unum quia dicit mor
tuos audire. Aliud quia subdit eos pau
citum reviviscere. Sed si hic refertur ad
resurrectionem corporum verum est quod mortui audiunt
et obediunt voci filii dei. Vox enim est ex
pressiva conceptus interioris. Tota autem
natura ad nutum obedit voluntati
sue et concepcioni ad verbum. Ergo cum vocat
ea que non sunt, tanquam ea que sunt. Unde Hieronymus
ergo non solum ligna lapides sed etiam
ossa arida et cineres corporum mortuorum
audiunt vocem filii dei in proprio adven
tu, obediunt ei et hoc non convenit Christo
in quantum filius hominis est, sed in quantum
est filius dei, quia voci dei obediunt
omnia. Et ideo signanter dicit filii dei. Alia quaestio
naturalis est hec quia venti et mare
obediunt ei. Si vero refertur hic ad resurrectionem
animarum, tunc quod dicitur ista vox filii
dei que interius per inspiracionem vel
exterius per predicacionem suam vel aliorum corda
fidelium movet, habet vim vivificativam
infra 6: Verba que locutus sum vobis spiritus
et vita sunt. Hec vivificat mortuos, id est
iustificat impios. Et quia auditus est via
ad vitam nature per obedienciam ac recepa
cionem nature, vel auditus fidei ad repa
racionem gracie, ideo dicit: Et qui audierint per

obedienciam quantum ad resurrectionem corporum vel per
fidem quantum ad resurrectionem animarum vivent in gloria
in eterna vita et in iusticia in vita gracie.
Sicut enim pater habet vitam in semetipso
sic et filio dedit vitam habere in
semetipso. Et potestatem dedit ei iu
dicium facere, quia filius hominis est.
Nolite mirari hoc, quia venit hora
in qua omnes qui in monumentis sunt au
dient vocem filii dei et procedent qui bona
fecerunt in resurrectionem vite, qui vero
mala egerunt in resurrectionem iudicii. Te
Supra dominus ostendit se habere potestatem vivifi
cativam et iudiciariam, et explicat utramque
per effectum. Hic manifestat quomodo potestas
utraque sibi competat. Et primo ostendit
hoc de potestate vivificativa, que respicit
benignitatem misericordie. Secundo de iudiciaria,
que respicit veritatem iusticie, ibi: Et potestatem dedit
ei iudicium facere. Dicit ergo quantum
ad primum quod ideo sic pater suscitat mortuos
ita et ego, et quod qui audit me habet
vitam eternam. Ratio est hec, quia sicut
pater habet vitam in semetipso ita et filius
habet vitam in semetipso. Ad cuius evidenciam
sciendum quod aliqui vivunt sed non habent vitam
in semetipsis. Sic Paulus ad Galatas 2:
Autem nunc vivo in fide filii dei. Vivo
autem iam non ego, vivit vero
in me Christus. Vivebat ergo Paulus sed
non in semetipso sed in alio per quem
vivebat. Sicut corpus vivit sed non
in semetipso sed in anima per quam vivit.
Illud ergo habet vitam in semetipso quod
habet vitam essencialem et non participatam,
id est quod ipsum est vita. In quibuslibet autem
generibus rerum quod est per essenciam est causa
eorum que sunt per participacionem, sicut ignis est causa
omnium ignitorum. Quod ergo est vita per
essenciam est causa et principium omnis vite
in viventibus. Et ideo addit quod ad hoc quod aliquid
sit principium vite requiritur quod sit per
essenciam vita. Et ideo convenienter manife
stat se dominus causam vite, principium dicens:
Sicut pater habet vitam in semetipso, id est sicut
est vivens per essenciam, ita dedit et filio
vitam habere in semetipso, id est esse vitam
per essenciam. Et ideo pater est per auctoritatem
vite, ita et filius vite, cum equalitate

est causa vite per essenciam

particularibus

filii ad patrem / et tamen hic distinctio qua-
litate in dicit sicut pater / Distinctionem
tamen dat dedit filio / Sunt enim equales
in vita pater et filius / sed distinguuntur /
quia pater dat / filius accipit / Nec est
intelligendum quod filius a patre dante, sic
accipiat vitam / quasi preexistat / ea
non habens / sicut in istis inferioribus
materia prima existens / accipit formam et
subiectum subiciatur accidenti / quia nichil ipso
preexistens est / acceptioni vite. Unde sicut
dicitur filius nichil est nisi natum / id quod per
nativitatem accepit / et tamen sit ipsa vita in
eo / intelligendum est ergo / dedit filio vitam
id est produxit filium vitam. Sicut si dicitur
vivens dat vivo vitam / non quasi vivum
preexistat, et postea vitam recipiat / sed
producit vivum in ea vita / qua ipsa vivit
Destruuntur autem per hoc verba tres errores
scilicet hereticorum. Primo de primo / Primo Arrianorum
qui dicebant filium minorem patre / Tractatum sic
per hoc / quod supra dictum est / et in eternitate patris
stat / quia et sicut filiis fuit. Dicitur quod licet fi-
lius sit equalis patri in virtute / sed tamen
adhuc negabat eum equalem esse
patri in natura. Sed iniuste confutatur per hoc quod
dicitur Sicut pater habet vitam in se et filio dedit
habere vitam / Unde in vita pertinet ad naturam.
Si filius habet vitam in semetipso sicut
et pater / manifestum est quod tenet inse
dignitatis sue in duplicem et equalem
cum patre natura. Secundo error eorum
quantum ad hoc / qui negabant coeternitatem
filii ad patrem / dicentes filium ex tempore re-
cepisse / quod destruitur in hoc quod dicit
quod filius habet vitam in semetipso / nam
in omnibus viventibus ex tempore incipie-
re est aliquid invenire quod fuit ali-
quando non vivens. Sed in filio numquam e-
st ipsa vita / et ideo sic accepit ip-
se vitam et quod vitam habet in semetipso
ut semper fuit vivens. Tertio per hoc quod dicit
dedit / destruitur error Sabellii negantis
distinctionem personarum. Si enim pater dedit filio
vitam, manifestum est quod alius est pater
qui dedit, et alius filius qui accepit.
Postmodum dicit Augustinus super Johannem
pater generando dedit filio ut esset vi-
ta in semetipso / ut non alicuius vite in-
digeret, sed ipse esset plenitudo vite
Sed dicit quia pater est vita non nascendo,
filius est vita ex patre nascendo / vitam autem
dedit non quod aliquando filius fuit sine vita /
sed nasceretur ex eo vita. Dedit ergo vitam
id est vita genuit vitam / non per propagationem
sed per essentiam. Et quia id quod est vita per
essentiam / omnibus influit vitam ut dicit
Dionysius / ideo filius seipso potest dare vitam. Jo-
hannis xi. Ego sum resurrectio et vita / qui credit
in me etsi mortuus fuerit vivet. Et illud
infra xiiii. Ego sum via veritas et vita /
id est non sum vita aliena vivens, sed
sum vita aliis dando vivere. Circa eiusdem
declarationem notat sanctus Thomas in prima parte
summe q. 18 quod vita est natura apta ad
utendum alimento vel generandum vel intelligendum
Et sicut hic in istis inferioribus sunt eorum
genera viventium quorum quedam habent solum
naturam ad utendum alimento et que consequuntur
augmentum et generationem. Quedam vero ultimus
ad sentiendum, ut in aliquibus immobilibus
sicut sunt ostrea. Quedam vero ultra ad
movendum se secundum locum ut alia perfecta
ut quadrupedia et volatilia et huiusmodi
Quedam vero ultra ad intelligendum scilicet homines.
Vita vero maxime proprie est in deo. Unde cum
viventia dicantur aliqua secundum quod operantur
ex se ipsis et non quasi ab aliis mota,
quanto alicui perfectius convenit aliud tanto
perfectius in eo vita invenitur. In moventi-
bus autem et motis tria per ordinem inveni-
untur. Unde primo finis movet agentem.
Agens vero principale est quod per suam formam
agit et hoc instrumentum agit per aliquid ultimum
quod non agit ex virtute sue forme sed
ex virtute principalis agentis cui ut instru-
mento competit sola executio actionis. Inveniuntur
ergo quedam que movent seipsa solum quantum
ad executionem motus sed forma per quam
agant et finis propter quem agunt determinatur
eis a natura. Et huiusmodi sunt plante que
secundum formam inditam eis a natura movent
seipsas secundum augmentum et decrementum. Quedam
vero ultra movent seipsa non solum habito
respectu ad executionem motus sed etiam
quantum ad formam que est principium motus
quam per se acquirunt. Et huiusmodi sunt alia
quorum motus principium est forma non a
natura indita sed per sensum accepta.
Unde quanto perfectiorem sensum habent tanto
perfectius movent seipsa. Nam ea que non
habent nisi tactum movent solum seipsa

motu dilatacionis et constrictionis ut ostrea parum excedencia motum plante. Que vero sunt virtute perfectissima perfectam non solum ad cognoscendum quieta tangencia sed eciam ad cognoscendum distancia movet seipsa in remoto motu progressivo. Si quibus alia forma quam est principium motus per sensum accipiat non tamen seipsa constituunt sibi finem sue operacionis vel primi motus sed est eis indita a natura cuius instinctu ad aliquid moventur per formam sensu apprehensam. Unde super alia alia sunt illa que movent seipsa eciam habito respectu ad finem quem sibi prestituunt quod quidem non fit nisi per racionem et intellectum cuius est cognoscere proporcionem finis et eius quod est ad finem et unum ordinare in alterum. Unde perfeccior modus vivendi est eorum qui habent intellectum. Hec enim perfectius movent seipsa. Et hoc patet quia in uno et eodem homine virtus intellectiva movet potencias sensitivas et potencie sensitive per suum imperium movent organa que exequuntur motum. Sic eciam in artibus videmus quod ars ad quam pertinet usus navis id est ars gubernatoria precipit ei que inducit formam navis et hec precipit illi que habet execucionem tantum in disponendo materiam. Sed quamvis intellectus noster ad aliqua se agat tamen aliqua sunt ei prestituta a natura sicut sunt prima principia circa que non potest aliter se habere et ultimus finis quem non potest non velle. Unde licet quantum ad aliquid moveat se tamen oportet quod ipsum ad aliqua moveatur ab alio. Illud ergo cuius sua natura est ipsum eius intelligere et id quod naturaliter habet non determinatur ab alio hoc quidem obtinet summum gradum vite. Tale autem est deus. Unde in deo maxime est vita. Unde philosophus xii metaphysice ostenso quod deus sit intellectus concludit quod habeat vitam perfectissimam et sempiternam quia intellectus eius est perfectissimus et semper in actu. Consequenter cum dicit Et potestatem dedit ei iudicium facere etc. manifestat se habere iudiciariam potestatem. Et primo manifestat [illegible] potestatem iudiciariam [illegible] racione dolorem aggravat ibi Non possum ego a meipso facere quicquam. Circa primum duo facit primo proponit iudiciarie

potestatis originem secundo ostendit iudicii equitatem ibi Et procedent qui bona fecerunt etc. Circa primum [illegible] quod dicit Et potestatem dedit ei iudicium facere etc. potest legi dupliciter uno modo secundum Crisostomum et tunc hec pars dividitur in duas partes. primo proponit iudiciarie potestatis dignitatem secundo excludit dubitacionem ibi quia filius hominis. Secundum enim Crisostomum hec littera sic punctuanda potestatem dedit ei iudicium facere et postea respondit quia filius hominis est nolite mirari hoc etc. Et hec punctuacio racio est quia paulus samosethanus quidam antiquus hereticus qui sicut fotinus Christum purum hominem esse et initium sumpsisse ex virgine dicebat sic punctuabat potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est et postea respondit nolite mirari. Quia venit hora qua intelligens per hoc quod ideo nate sunt dare potestatem iudiciariam Christo quia filius hominis est [illegible] purum hominem esse non [illegible] hominis iudicare et ideo dicit quod si iudicat aliunde sibi debet potestas iudicandi. Sed hec secundum Crisostomum non potest stare quia nullam consequenciam habet quod dicit. Si enim ideo suscepit iudiciariam potestatem quia homo est hinc et pari racione omnes homines habent iudiciariam potestatem per humanam naturam non plus competit ei quam aliis hominibus. Non ergo sic legendum est sed dicendum quia ineffabilis dei filius est propterea et iudex est. Et hoc est quod dicit non solum dedit ei pater ut vivificet sed eciam potestatem dedit ei per eternam generacionem iudicium facere sic per eandem dedit ei vitam habere in semetipso. Et ideo hic est qui constitutus est a deo iudex etc. Dubitacionem autem excludit cum dicit nolite mirari etc. Et primo movet eam secundo excludit ibi quia venit hora etc. Dubitacio autem oriebatur in cordibus iudeorum quia estimantes Christum nichil amplius esse quam purum hominem. Ea vero que deo dicebantur erant supra hominem et eciam supra angelum mirabantur cum audirent. Et ideo dicit nolite mirari hec. Si que dixi quod filius vivificat mortuos et habet iudiciariam potestatem [illegible] quia filius hominis est [illegible] enim mirabatur quia purum hominem estimantes

videbant in eo sicut dicta agit q ammira
bant^r omnes dicentes qualis est hic quia
mare et venti obediunt ei. Et subdit
tamen quare non mirentur quia s. ipse idem
qui est filius hominis est filius dei
Et licet secundum Crisostomum non exprimatur
ista propositio q idem est filius hominis qui est filius
dei, ponit tamen dominus istud ex quo de neces
sitate sequitur illa propositio. Sicut videmus q philo
sophantes in doctrinis frequenter non propo
nunt intentum principaliter sed istud ex quo
ex necessitate sequitur. Et ideo dominus non dicit q ipse
est filius dei, sed q filius hominis est
talis q ad vocem eius resuscitantur omnes
mortui ex quo necessario sequitur q sit filius
dei, nam resuscitare mortuos est proprium opus
dei. Et ideo dicit nolite mirari hoc quia
venit hora in qua omnes qui in monumentis
sunt audient vocem eius, sed non dicit
et nunc est ut prius dixit quia ista ho
nunc non est. Similiter hic dicit omnes quod
non prius quia in prima resurrectione aliquos
tantum resuscitavit s. lazarum filium vidue
et puellam archisinagogi sed tunc in futura
resurrectione que veniet tempore iudicii omnes
audient vocem filii dei et resurgent
Ezechiel 37 aperiam tumulos vestros et edu
cam vos de sepulcris vestris. [illegible] autem
Augustinus sic legitur: precipuitur, a deo potestatem
dedit ei iudicium facere quia filius hominis
est et post subditur nolite mirari hoc
Et secundum hoc dividitur in duas partes In
prima tangitur collatio iudiciarie potestatis
facta filio hominis. Secundo manifestatur
per collationem maioris ibi nolite mirari
hoc et [illegible] circa primum secundum Augustinum, q prius
locutus est de resurrectione anime q fit per filium
dei, hic vero loquitur de resurrectione corporum
q fit per filium hominis. Et quia ubi resurrectio
corporum futura est tempore iudicii
ideo hic premittit de iudicio dicens Et potesta
tem dedit s. pater ei iudicium facere et hoc
quia filius hominis est, i. secundum naturam
humanam. unde et post resurrectionem dicit data est mihi
omnis potestas in celo et in terra. Corpora
enim Christi est instrumentum divinitati coniunctum
ad cuius vocem virtute divinitatis omnia
corpora resurgent de cineribus et unus
quisque apparebit ante tribunal eius. Est autem
Christo data iudiciaria potestas secundum q homo
propter tria primo ad ostendendum [illegible] iudicium
iudicandi omnes sunt vel boni et mali
Ratio autem est ut iudicandi videat

iudicem. Et ideo ut ab omnibus videatur
necesse est ut appareat in humana forma
Boni quidem Christum videbunt secundum deitatem
et humanitatem, mali autem secundum divinitatem
eum videre non poterunt quia hec visio
est beatitudo sanctorum ut videtur iuxta [illegible]
dicitur beati mundo corde, ut autem [illegible]
quoniam ipsi deum videbunt. Et ideo ut videatur
in iudicio non solum a bonis sed etiam a ma
lis iudicabit in humana forma apostolus
videbit eum omnis oculus etc. Secundo quia
per humilitatem passionis promeruit gloriam
exaltationis. unde dicit Alexander q Christus col
latum est iudicium facere secundum humanam naturam
Et factum est ad ostendendum Christi meritum, quia
Christus per humilitatem passionis promeruit gloriam
exaltationis. unde sicut ille qui mortuus
est resurrexit, ita iudicabit in illa
forma qua iudicatus est et sedebit iudex
in iudicio homo qui stetit sub iudice homine
dampnabit vere reos qui facti sunt eius flo
reus ut dicit Augustinus libro de verbis domini.
Job 36 causa tua quasi impii iudicata
est etc. Tercio ad insinuandum iudicis cle
mentiam nam q homo iudicet a deo est
valde terribile quia horrendum est incidere
in manus dei viventis Hebreorum 10. Sed q
homo iudicem habeat homines confidentia prebet
et ideo ut iudicis experiatur clemenciam
iudicem habebit hominem. Hebreorum 4 non habemus
pontificem qui non possit compati infirmitati
bus. ergo potestatem dedit Christo iudicium facere
quia filius hominis est. Sed hoc quod
nolite mirari quia maiorem ei contulit
potestatem s. resuscitandi mortuos unde dicit
quia venit hora s. novissima que erit
in fine mundi Ezechiel unde venit tempus
prope est dies etc. in qua omnes. Sup. autem
non dixit omnes quia ibi loquebatur de
resurrectione particulari vel spirituali, secundum quam
non omnes in primo adventu resurrexerunt
quia dicitur 2 Thess 3o non omnium est fides.
Fidelis autem deus est qui confirmabit
vos et custodiet a malo etc. Hic vero
loquitur de generali resurrectione corporum in quo
vero omnes resurgent. Et addit qui
in monumentis sunt quod prius non dixit
quia anime non sunt in monumentis sed corpora
quorum erit resurrectio. Cum ergo qui in monumentis
sunt audient vocem filii dei vox ista
erit surgite filii dei. ad quod omnes resusci
tabuntur 1 Thess ipse deus in iussu et

in voce archangeli et in tuba dei de-
scendet de celo. ubi glosa. ad poten-
ter facere quam ipse dominus est et ipse de-
scendet in propria persona de celo locat
uel de celo i. de occulto. descendet
in quo non similis ut prius sed in impu-
x in impios s. iubens ut dominus et in
voce qua dicet Surgite mortui.
voce dico archangeli uel principis archan-
geli uel angelorum, qui faciet mortuos re-
surgere de qua voce addit et in tuba
Tuba namque erit magna vox angelorum
que dicitur tuba quia erit manifesta
vel ideo dicitur in tuba descendere quia
manifeste veniet unde videbit omnis
caro salutare dei vel ideo aut in tuba
quia quasi ad bellum veniet sicut tu-
ba in bellis sonat quia suos inimicos
debellabit et sicut tuba in festis
sonat sic amicos ad sollempnitatem
eterne glorie invitabit. vox ergo illa erit
quasi tube propter excitacionem et malos
terrens que tuba erit dei i. christi uel dei
quia deus ei dabit efficaciam ista que-
vox habebit virtutem exprimente christi propter
dabit vox sue voce virtutis Sed quia
secundum Aug. Resurrectio corporum fit per virtutem
tamen secundum resurrectio vero anime per virtutem ideo
quitur quo hic intelligat aut enim loqui-
tur de causa primaria aut de causa
mitoria. Si de causa primaria tunc est divi-
nitas que est causa spiritualis et corporalis
resurrectionis i. corporum et animarum secundum illud
de verbo Ego occidam et ego vivere
faciam Si vero de causa mitoria tunc hu-
manitas que est causa utriusque resurrectionis
quia primissima que in carne que completa
sunt reparantur non solum quantum ad corpora
ad vitam incorruptibilem sed etiam quantum
ad animas ad vitam spiritualem Romanorum 4 traditus
tus est propter iniquitates nostras
et resurrexit propter iustificacionem nostram
Non ergo videtur unum quod dicit Aug. secundum dominum
quando Aug. loquitur de causa exemplari
uel de causa qua id quod vivificatur con-
formatur vivificato nam dicit id quod per
aliud vivit conformatur ei per quod vivit
Resurrectio autem anime non est per hoc quod
anima conformetur humanitati christi sed verbo
quia vita anime est per solum verbum Resurrectio
vero corporum erit. per hoc quod corpora nostra
conformabuntur corpori christi uel per prima glorie

uel per claritate corporum secundum illud philippenses 3
Reformabit corpus humilitatis nostre
et secundum hoc dicit resurrectionem corporum fieri per hu-
manitatem christi. Ex quibus patet quod christus
est vita ecclesie non formaliter sed
Ego sum via veritas et vita. Deus est
vita causaliter et producte et hoc magis deus
iusta illud Ego sum panis vite christus 57
est vita exemplariter et imitative secundum illud
Romanorum 8 conformes fieri ymaginis filii sui Resurrectio
enim corporum ex hoc erit quod corpora nostra
conformabuntur corpori claritatis christi
i. assimilabuntur corpori illius in claritate
qua fulsit in transfiguracione uel in resurrectione
quod utique fit facere secundum operacionem i.
potenciam operandi qua possit non solum
corpora reformare sed etiam subicere sibi
omnia philippenses 3 et similiter dicit Aug. de re-
surreccione fieri per humanitatem christi. Conse-
quenter dicit et procedent qui bona fecerunt
ponit equalitatem uel equitatem iudicii
quia boni premiabuntur unde dicit procedent
qui bona fecerunt s. finaliter in resurrectionem
vite i. adhuc quod vivat in eterna gloria
secundum formam a me statutam procedet quod
de monumentis non corporibus suis in resurrectionem
vite qua ipsi a morte qua detinebantur
nunc primi peccati vitam quam in adam
amiserant consilio dei recuperabunt
mali autem dampnabuntur unde subdit
qui vero male egerunt s. finaliter in re-
surreccionem iudicii i. resurget in condemp-
nacionem Danielis 12 Evigilabunt s. mali in
supplicium eternum iusti vero in vitam eternam
Danielis 12 multi ex hiis qui in pulvere
terre dormiunt evigilabunt alii in vitam
eternam alii in obprobrium sicut magister in 4
dicit Augustinus inquit porro est ab hominibus
morti datos spem recipere a deo iterum
resuscitandos tibi enim resurrectio ad vitam
non erit sed ad iudicium i. contra vita
Et hos qui fecerunt deus iudicabit
qui fecerunt s. per fidem uel malam vitam
deus iudicabit s. iudicio condempnacionis
Sequitur igitur equalitas iudicii ex propor-
cione que est inter meritum et premium bonorum
de qua proporcione dicit hic procedent qui bona
fecerunt in resurrectionem vite In quibus verbis
duo tanguntur que respiciunt opera iustorum
mortem i. [illegible] respiciunt iustorum per natu-
ram secundum autem per modum primum primo namque
tangitur iustorum vita glosa enim dicit

qui bona fecerunt / Secundo iustorum gene-
ralitas in publicum procedet in resurrectionem vite
Secundo generis peccatorum consistit inter malorum
dementiam et eorum supplicium de qua peccato-
rum dicitur in littera qui vero mala egerunt
in resurrectionem iudicii et accipitur hic iudicium
pro pena et dampnatione. Notandum quoque
quod propheta loquitur de resurrectione alia quam dixit qui
audierint vivent. Hic vero dicit et procedet
et hic propter malos qui vadunt in eodem
premiacionem nam eorum vita non est condigna
vita sed potius mors eterna. Sed licet
propheta fecit mencionem de fide tamen dicit qui
verbum meum audit et credit etc. hic nec quis
credat solam fidem sine operibus ad salutem
sufficere fecit mencionem de bonis operibus
dicens qui bona egerunt quasi diceret non qui credit
tantum sed qui in fide bene operatur procedet in
resurrectionem vite et per fidem in operibus monstrat

Non possum ego a me ipso quicquam
facere sed sicut audio iudico et iu-
dicium meum iustum est quia non quero
voluntatem meam sed voluntatem
eius qui misit me patris. Si ego
perhibeo testimonium de me ipso te-
stimonium meum non est verum. Alius est qui
testimonium perhibet de me et scio quia
verum est testimonium quod perhibet de me /
Assignat racionem premissorum. Deo autem
primum erat .s. originem potestatis et equi-
tatem iudicii. Et ideo utriusque racionem
assignat primo de primo secundo de se-
cundo ibi Et iudicium meum etc. Circa quod
sciendum quod ista littera potest dupliciter legi secundum
Augustinum primo ut referatur ad filium hominis.
Hic enim posset aliquis dicere au-
diens quod habeat potestatem resuscitandi mo-
rtuos, quia filius hominis est, sed nunquid
hoc est tibi inquantum es filius hominis.
Ad quod respondet quod non dicit non possum
ego a me ipso facere quicquam sed sicut
audio iudico non dicit sicut video sicut
quod dixerat prius filius non potest a se facere
quicquam nisi quod viderit patrem facientem
Hic autem dicit sicut audio quia audire
in proposito idem est quod obedire. Obedire
autem pertinet ad illum cui fit imperium
Imperare autem pertinet ad superiorem et
ideo quia Christus inquantum homo minor
est patre / dicit Sicut audio i. secundum quod inspi-
ratur a deo in anima mea et secundum quod lu-
men summe veritatis recipio. De isto

auditu dicitur / in psalmo Audiam quid loquatur
in me dominus deus. Secundo autem quia
loquebatur de Christo secundum quod est verbum dei di-
xit videretur aliter. Cum dicit Et iudicium
meum verum est manifestat equitatem
iudicii. Dixerat enim procedent qui bona
fecerunt etc. Sed posset aliquis querere
nunquid faciet gratiam aliquibus magis
puniendo vel plus remunerando. Ideo respondet
quod non dicens Et iudicium meum verum est.
Cuius racio est quia non quero voluntatem meam
etc. Intelligendum namque ipse in Christo sunt due vo-
luntates una divina qua est eadem cum
patre alia humana que est sibi propria
sicut ipsum corpus est. Ista humana voluntas
que fertur in bonum proprium in Christo sed
per rectitudinem racionis regebatur et re-
gulabatur ut semper in omnibus divine vo-
luntati conformaretur. Et ideo dicit non
quero implere voluntatem meam propriam
que secundum quod in se est inclinatur ad bonum proprium
sed voluntatem eius qui misit me
patris scilicet ut fiat voluntas tua de qua
Matthei 26 non sicut ego volo sed
sicut tu vis. Et si quis diligenter attendat
Et probat suum iudicium esse iustissimum et
equissimum per duas raciones. Prima racio est
illud iudicium est certissimum quod procedit
ex certa sciencia sed iudicium Christi procedit ex
sciencia certissima et infallibili ergo est certissimum
Et secundum hanc racionem littera continuatur ad pre-
cedentem ac si dicat Sicut audio
iudico sed audiendo recipio scienciam certi-
ssimam et infallibilem. Et ideo iudicium meum
iustum est, quia scilicet scienciam infallibilem
que mentiri non potest. Secunda racio tangitur in
hoc quod dicit quia non quero voluntatem meam.
Illud enim iudicium aliquod est iustum quod
procedit ab eo secundum regulam legis volun-
tas autem divina recta est et lex volunta-
tis create et ideo voluntas create et racio
que regulatur secundum racionem divine voluntatis
est iusta et iudicium eius iustum ideo dicit
Et iudicium meum iustum est .s. quia non
declinat a regula iusticie per discordiam
voluntatum. Ergo si vellet arguere ille
iudex esset iniustissimus in iudicando quod in
iudicando conformat se regule divine
Sed Christus in iudicando conformat se regule
divine quia non querebat voluntatem suam sed
patris ergo est iudex iustus. Et hanc
racionem Christus ostendit in littera cum dicit

Et iudicium meum iustum est quia non quero,
etc. Verba ista non exponit ut refertur
ad filium dei. Et manet racio dubii
que prius posita est. Dicit ergo Christus inquantum
unum manifestans originem sue potestatis
non possum ego a me facere quicquam,
nam suum posse et suum facere et suum esse
essencialiter est ei ab alio scilicet a patre. Et
ideo sicut non est a se ita non potest a se
facere quicquam iuxta verbum Augustini in ipso
sancto etc. Hec aut quod dicit sed sicut au-
dio iudico, exponendum est sicut
illud supra quod videt patrem facientem.
Nos enim scienciam seu cognicionem aliquam
accipimus per visum et per auditum. Isti
enim duo sensus magis deserviunt disci-
pline. Sed quia in nobis aliud est
visus aliud auditus, non aliter accipit
scienciam per visum quam inveniendo, aliter
per auditum quam addiscendo. In filio
verbo dei idem est auditus et visus, et ideo
sive dicatur audit sive videt idem significat,
in accepcionem sciencie. Et quia iudicium
in qualibet natura intellectuali procedit ex scien-
cia, consignater dicit Sicut audio id est sicut scio in-
dico. Et est sicut cognicionem sic et esse
accepi a patre per generacionem. Ita iudicium
iusta Christo, omnia quecumque audivi a
patre meo etc. Manifestans aut iudicii
equitatem dicit Et iudicium meum iustum
est. Causa racio quia non quero volunta-
tem meam etc. Sed cum non sit alia voluntas
patris et filii, dicendum quod eadem quem
est voluntas utriusque, sed pater non
est voluntate ab alio, filius autem eius-
dem ab alio scilicet patre. Sic ergo filius implet
voluntatem suam ut alterius id est ab alio
existentis, patris vero ut suam id est non existentis ab
alio. Et ideo dicit non quero voluntatem
meam que sit michi originaliter a me
ipso, sed que est mihi ab alio scilicet patre.
In quo docuit quid nobis sit faciendum.
Sit quociens voluntas mea contra dei volun-
tatem aut per superbiam se erigit aut per
quamcumque concupiscentiam ab ea declinat
in decorum aut per ea vicia que in super-
fluitate et diminucionem consistunt quia sunt
parum et nimium, vel in dexteram vel in
sinistram declinat, ad normam et conformitatem
divine voluntatis eam reducemus. Et
hec est vera pax et rectitudo voluntatis
humane, videlicet et conformem non deo velle

nulla talis est pena vel miseria voluntatis
humane nisi quod eius divine resistitur
aut contra eam sit. Cum enim divine volunta-
ti fuit omnino conformis ut sit una
id est unica per omnia cum ipsa, tunc sic nil
adversatur divine voluntati vel repu-
gnat, sic nichil ei sic humane adversa-
bitur vel resistet. Et hec est pax eius
scilicet voluntatis humane nichil sibi esse
rebellionis vel inquietacionis. Similiter
et totum obtinet quod vult, nam ad eam
rectitudinem reducta fuit quo totum
obtinet quod deus vult eam obtinere.
¶ Sed hic quod dicatur in textu Sicut audio
iudico, posset id usurpare Christo necessitatem au-
diendi aut iudicandi arguet videtur quod non in-
dicat secundum auditum exteriorem et revela-
cionis sed secundum interiorem et paterne
illacionis etc. Dicit quod non querit propriam
voluntatem in iudicio sed patris. Hec est
voluntas propria discordat a volun-
tate dei, ergo videtur intelligi non querat vo-
luntatem singularem que respiciat bo-
num privatum, sed dei que regulat vo-
luntatem suam in per omnia ad nutum obe-
dient et nunquam ab eo discordavit.
Sed nunc etc. quod iudiciaria potestas est multi-
plex. Est enim potestas auctoritatis. Hec est
potestas tocius trinitatis in iudicio quia trinitas
iudicabit auctoritative. Item est potestas ex-
cellencie et hec est Christi hominis in illo
iudicio. Item est potestas comparacionis quasi sit
comparacio ad iudicandos, sicut apostoli
iudicabunt, sicut dicitur de regina austri
et viris ninivitis id est comparacione meliorum
sunt iudicabunt deteriores. Ista namque cum
legibus erant educati iudei et isti
non ipsis credentibus illi credere noluerunt.
Item iudicabunt ut socii quia sicut erant
associati Christo ipsum imitando in pa-
ssione et ..., sic erunt associati in
iudiciaria potestate. Item iudicabunt ut testes
vel assessores. Sed primo modo ...
testes etc. Ipsa ergo trinitas iudicabit auctoritate
id est prima digna imitacione, quia dele-
gabit Christo hominem ut iudicet. Et apostoli
idem senserunt in iudicio quod trinitas unum
trinitas senciet ita esse iudicandum.
Trinitate duce
Christus et apostoli imitabuntur. Trinitate posita
... per hec testimonium etc. posita
doctrina ... potestatem filii ...
hic ... confirmat eam. Et primo

confirmat ea, que de excellentia sue potestatis
dixerat, per multiplex testimonium. Secundo
redarguit eorum tarditatem ad creden-
dum, ibi: Claritatem ab hominibus non
accipio. Circa primum duo facit. Primo
proponit necessitatem inducendi testimonia.
Secundo inducit ea, ibi: Alius est qui
testimonium perhibet de me. Necessitas tes-
timonii inducendi erat ex parte iudeorum
qui ei non credebant. Et ideo dicit: Si ego
testimonium perhibeo de me ipso, testimonium
meum non est verum. Sed admirationis
prebet materiam, nam sicut dicitur viii infra:
Ego sum veritas. Quomodo ergo testimonium eius
non est verum, si veritas est vel tunc [?] Christus
veritati non credet. Et ideo dicendum secundum
Crisostomum, quod dominus hic de se loquitur secundum
opinionem aliorum, ut sit sensus: Si ego te-
stimonium perhibeo de me ipso, testimonium
meum non est verum quantum ad vestram re-
putationem, qui non accipitis id quod
de me dico, nisi per aliud testimonium
confirmetur. Iuxta illud viii: Tu de te ipso
testimonium dicis, testimonium tuum non est verum.
Testimonium ergo Christi in se consideratum
fuit verissimum, quia Christus est veritas
et in ore eius non est inventum men-
dacium, sed reputatione iudeorum qui
reputabant eum purum hominem reputabant [?]
id esse falsum. Quia secundum id Ro. iii: Est autem
deus verax, omnis autem homo mendax;
nullus enim homo per se testatus dignus est fide.
Et ideo ad confirmationem propositi multiplex
inducit testimonium, scilicet loquentis et operationis
ac patris ac scripturarum. Vel hic dicit:
Si ego perhibeo testimonium de me ipso,
testimonium non est verum, id est efficax, secundum re-
putationem vestram, quamvis in se sit efficacis-
simum. Vel secundum Crisostomum hic, quod dicit
non est verum, id est non congruum ad dignitatem suam,
sed quantum ad illorum suspicionem loquebatur.
Pro quo sciendum quod in testimonio filii fuerunt
quatuor testes, quia in testimonio puta [?]
quatuor requiruntur: veritatis declaratio,
veritatis confirmatio, veritatis immobili-
tas et ipsa veritas. Declaratio autem
fiebat per Iohannem, nam ipse locutus ad
quem iudei miserunt et quem magis
omnibus fide dignum putabant testimonium
perhibuit non sibi, sed Christo veritati
sicut amicus veritatis. Confirmatio fie-
bat per opera fortissima; talia enim terribil-
[?] illuminaverunt, aures surdorum aperuerunt, ora

mutorum reseraverunt, demonia fugaverunt, mor-
tuos suscitaverunt. Hec opera testimonium Christo
perhibebant. Immobilitas veritatis
patebat per attestationem patris, qui te-
stimonium perhibuit Christo, quia vox patris
audita in baptismo et in monte
ipso suprasignato. Veritas autem ostenditur
ex scripturis, que mentiri non poterant,
eo quod a spiritu veritatis processerunt.
Scriptura enim legis, que data est per
Moysen, et scripture prophetarum de Christo per-
hibent testimonium, et sic per hec hec quatuor [?]
que fuerunt omnia testimonium veritatis
ista quatuor testimonia accepit. Et
quamvis essent per tot incontradicibilia
inducti et convicti testimonia, tamen in eum
credere nolebant. Unde subiungit: Alius est
qui testimonium. Hic inducit predicta
testimonia. Et primo testimonium Iohannis,
secundo divinum, ibi: Ego autem habeo testimonium
maius Iohanne. Circa primum duo facit.
Primo inducit testimonium Iohannis. Secundo
rationem assignat inducti testimonii,
ibi: Ego autem non ab homine testimonium
accipio testimonium. Circa primum duo facit.
Primo inducit testem. Secundo commendat eius
testimonium, ibi: Et scio quia verum est. Te-
stem inducit dicens: Alius est qui testimonium
perhibet de me. Iste alius, secundum Crisostomum, est
Iohannes Baptista de quo dicitur supra primo:
Fuit homo missus a deo cui nomen erat Iohannes.
Hic venit in testimonium. Testimonium autem comme-
dat dicens: Et scio quia verum est testimonium,
et est hic probatio a veritate et ab auctoritate,
quia fuit ab eis requisitum, ibi: Vos mi-
sistis ad Iohannem. A veritate quia commendat
eius testimonium dicens: Et scio, id est pro certo experior,
quia verum est testimonium eius, scilicet Iohannis,
quod perhibet de me. Sicut enim pater eius
Zacharias de eo prophetaverat, Luce primo:
Tu puer propheta altissimi vocaberis,
preibis enim ante faciem domini parare vias eius
ad dandam scientiam salutis plebi eius, sic fuit.
Ergo testimonium Iohannis salutiferum. Constat
autem quod testimonium mendax non est saluti-
ferum, sed mortiferum, quia mendacium est
causa mortis. Os enim mendax occidit animam.
Si ergo testimonium Iohannis est ad dandam
scientiam salutis, verum est testimonium eius. Et
secundum Crisostomum Iohannis testimonium erat divinum;
ab illo enim didicerat dicere quod dixit.
Et quia fuit testimonium divinum, ideo fuit verum.
Licet enim homo per se consideratus sit mendax

[illegible]

tamen Christo adeo illustratus. verum dicere potest
sicut ex testimonium loquens ordinatum
quia non sibi sed veritati perhibuit te-
stimonium, amicus enim sponsi non desertus
de sponso testificatus est. Ex quo etiam
sequitur quod loquens testimonium sicut verum quia
de veritate. Quintum vero glosa: iste alius
qui testimonium perhibet est deus pater,
et similiter continuatur ad precedentia. Superius
Christus locutus est de se secundum quod deus. hic
vero loquitur de se secundum quod homo et similiter
est sensus. Si ego. scilicet homo de me testimonium
perhibeo. scilicet absque deo. id est quod deus pater
non perhibeat mecum, quod testimonium
meum non est verum. Quia verum humanum
nisi adeo fulciatur, nichil veritatis
habet. Homo intelligatur Christum ut homo a dei-
tate separatum et ei non conformem,
et in essentia ... inveniretur
et in verbis et in vita iustitia vero. Si
ego testimonium perhibeo de meipso testi-
monium meum verum est et iusta causa
ego solus non sum sed ego et qui me
misit pater. Et ideo quia non erat solus
sed cum patre verum est. testimonium non contra
veritatem ... ex eius humanitate
simpliciter inequalitatem est quia ex divinitate
et verbo dei verum. Secundum istam glosam intelligitur
... et refertur ad deum. premittit aliquis est
qui testimonium perhibet de me scilicet deus pater
non loquens nam ... testimonium Christi hominis
de se non est verum et efficax multo magis
quod efficax testimonium loquens non ... ti-
ficatur testimonio loquens sed testimonio
patris de quo subdit. Et scio quia
verum est testimonium eius. Cuius ratio quia
ut dicitur prima Johannis primo deus lux est et veritas
et tenebre scilicet mendacii in eo non sunt.
Ille testimonium autem perhibuit deus
pater Christo primo in baptismo adstitit
... secundo in transfiguratione
ad ... ... tertio in pa-
ssione ad ... iusta ...
primo acceptat patrem. Ideo dixit in
quo michi complacui. In transfiguratione beati-
ficandos invitat ad obediendum. Ideo
dixit ipsum audite. In tempore passionis
ad purificandum ut aptus sit homo
splendori glorie. Et ideo dixit et clari-
ficavi et iterum clarificabo. Prima expo-
sitio est ... magis ... literalis quam
secunda. Consequenter commendat testimonium
Johannis ab auctore quia sicut a iudeis

requisitum ... vos misistis ad Johannem et
possent enim illi dicere scilicet non est verum
testimonium tuum quod dicis nomine quod verum est
testimonium Johannis. Ideo ad eorum suppositionem di-
cit. Vos misistis ad Johannem te-
Vos misistis ad Johannem et testimonium
perhibuit veritati. Ego autem ab homine
non accipio testimonium sed hec dico ut vos
salvi sitis. Ille erat lucerna ardens
et lucens. vos autem voluistis exul-
tare ad horam in luce eius. Ego autem ha-
beo testimonium maius Johanne. Opera enim
que dedit mihi pater ut perficiam ea
ipsa opera que ego facio ... testimonium
perhibent de me quia pater me misit.
Et qui me misit pater ille testimonium
perhibuit de me. Neque vocem eius
audistis unquam neque speciem eius vidi-
stis et verbum eius non habetis in vobis
manens. quia quem misit ille huic
vos non creditis. Scrutamini scripturas
quia vos putatis in ipsis vitam habere
et ille sunt que testimonium perhibent de
me. et non vultis venire ad me
ut vitam habeatis etc. Consequenter
... quia verum est testimonium eius
sed ut debetis illud repudiare. quia
propter magnam auctoritatem quam erat apud
vos Johannes requisivistis ab eo te-
stimonium eius quod non fecissetis scilicet eum
... fide non opinaremini propter quod
miserunt iudei ab urbis sacerdotes et
levitas ad Johannem. Et loquens hic testimonium
perhibuit non sibi sed veritati ...
sicut amicus veritatis. veritati Christo testi-
monium perhibuit. Propter primo confessus
est et non negavit et confessus est quia
non sum ego Christus. Iste testimonium perhi-
buit veritati tanquam testis fidelis
propter secundo testis fidelis non ...
verum loquens si non ingessit sed adeo cre-
... petitionem reddidit. Ego non sum Christus
Consequenter cum dicit Ego autem non ab homine
accipio testimonium assignat rationem testi-
monii loquens inducti. Et primo ex-
cludit rationem opinatam. Secundo assignat
veram ibi. Sed hec dico ut vos salvi
sitis. Ratio autem inducti testimonii est
quia posset ab aliquo credi esse re-
ficatam de Christo propter eius insufficientiam

- sed

Et ideo ne videretur testimonium Johannis quasi mendicare, excludit hoc dicens: Ego autem testimonium ab homine non accipio, scilicet propter meam indigentiam. Psalmus: Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Sed recolo propter salutem vestram. Unde dicit: Sed haec dico ut vos salvi sitis, scilicet per testimonium eius in me credendo, quia postea dicitur Marci ultimo: Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit. Deinde cum [illegible] aliquando probatur aliquid per magis notum non secundum se, sed magis notum quoad nos, aliquando autem per aliquid magis notum secundum se et simpliciter. Et consimiliter fit in hoc loco. Debebat quidem probari quod Christus esset Deus, et licet veritas Christi magis esset nota secundum se et simpliciter, voluit tamen probari testimonio Johannis, quod quantum ad Judaeos magis notum erat. Et ideo Christus secundum se testimonio Johannis non indigebat. Et hoc est quod dicit: Ego testimonium Johannis non accipio ab homine. Sed contra hoc videtur, quia dicitur infra: Quia vos eritis testes mei [illegible]. Et ipse Christus dixit apostolis: Eritis mihi testes in Jerusalem etc. Quomodo ergo dicit hic: testimonium ab homine non accipio? Dicendum quod hoc dupliciter potest intelligi. Uno modo ut sit sensus: non accipio ab homine testimonium quasi sim illo tamen contentus, sed habeo maius testimonium, per quod [illegible] modo. Item aliter, ut a vobis inducere [illegible] Christo dicere hominibus [illegible] non desiderans [illegible]. Tertius sensus: Aliud testimonium ab homine non accipio inquantum testificans est homo, sed inquantum est illustratus a Deo ad testificandum. Unde supra posuit: Homo missus a Deo. Et infra [illegible]: non quaerentes ab hominibus gloriam. Infra viii: Ego gloriam meam non quaero. Sic ergo accipio testimonium Johannis non inquantum fuit homo, sed inquantum missus et illustratus a Deo ad testificandum. Tertio et melius: Ego non accipio testimonium ab homine, idest testimonio humano, quantum est ex me, scilicet non accipio ab aliquo sed a Deo, qui demonstrat me clarum. Secundo cum subdit: Ille erat lucerna, ostendit rationem veram quare ipse [illegible]. Et primo ponit rationem, secundo exponit eam. Ratio non inducti testimonii erat ut Judaei credentes Christo testimonio Johannis salvarentur. Et ideo dicit: non accipio

testimonium Johannis propter me, sed haec dico ut salvi sitis, idest hoc testimonium ad salutem vestram ordinavi. I Tim. primo: Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. I Tim. 2°: Vult Deus omnes homines salvos fieri. Et exponit hoc quod dicit Ut vos salvi sitis, quia scilicet inducto testimonio a vobis acceptato. Et vere ad testimonium Johannis credere debuissetis. Unde subdit: Ille erat lucerna etc. Ubi ponit Johannis acceptationem. Et primo quod Johannes fuit testis secundum se acceptabilis, secundo quod fuit acceptabilis apud eos, ibi: Vos autem voluistis etc. Quod autem Johannes fuit testis acceptabilis secundum se, ostendit per tria quae eum perficiebant: primo quantum ad conditionem naturae, et hoc est quod dicit: Ille erat lucerna; secundo quantum ad perfectionem affectus, quia ardens; tertio ad perfectionem intellectus, quia lucens erat. Ergo in natura perfectus quia lucerna, illustrata videlicet a luce Verbi. Differt enim lucerna a luce. Nam lux est quae per se propriam lucet, lucerna vero quae non per se lucet sed per participationem lucis. Lux autem vera Christus est, ut supra primo: Erat lux vera etc. Johannes autem non erat lux, ut ibidem dicitur, sed lucerna, quia illustrata erat ut testimonium perhiberet de luce, deducendo ad Christum. Unde quia lucerna dicitur in Psalmo: Paravi lucernam Christo meo. Secundo erat in affectu ardens et fervens. Unde dicitur ardens. Nam aliqui sunt lucentes solum quantum ad officium, sed tamen quantum ad affectum sunt extincti. Nam sicut lucerna non potest ardere nisi igne accendatur, ita et lucerna spiritualis non potest lucere nisi prius ardeat et inflametur igne caritatis. Et ideo ardor praemittitur illustrationi, quia per ardorem caritatis datur cognitio veritatis. Infra xiiii°: Si quis diligit me sermonem meum servabit, et ad eum veniemus etc. Et infra xv°: Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audivi a Patre meo nota feci vobis. Unde dicitur Eccli. 2°: Qui timetis Deum diligite illum et illuminabuntur corda vestra. Ignis habet duo, scilicet ardorem et splendorem. Ardorem autem ignis significat dilectionem propter tria. Primo quia ignis inter cetera corpora magis est activus, et ardor caritatis in tantum quod nihil quasi impetum ferre potest, secundum illud II Cor. v°: Caritas Christi urget nos. Secundo quia sicut ignis per [illegible] quae est maxime [illegible] faciunt multum

estuat. ita et caritas estuo tangat quo-
usque sic constringatur intentio. Canit ut
lampades eius lampades ignis
Tercio quia sicut ignis est perspicuo di-
recto ita et caritas in ista quod quiquid
vos deo pa ioh. iiii cum manet i
caritate etc. Erat etc. in intellectu lucens
primo quia per veritatis cognitionem intellig
ys. Ecce implebit splendoribus
i. splendere faciet animam tuam
Secundo per predicationem extra. prover. 20.
ut quos lucens etc. Tercio per honore
operum manifestationem quod ut videat lu
ceat lux vestra coram hominibus etc. Cuma
go loquitur sic acceptabilis erat
quia erat lucerna non extincta sed
ardens non tenebrosa sed lucens
dignum est quod esset apud vos accepta
retur. Tamen quia non ita fuit quod
vos voluistis exultare ad horam
in luce eius. Et congrue exultationem
luce adiungit quia in illo sic exul
tat in quo magis delectatur nichil
aut in rebus corporalibus est delectabilius
luce. sicut id ecc. xi. delectabile
est oculis videre solem. Dicit autem no-
luistis exultare ad horam in luce eius.
i. voluistis videre in luce veritatis
qua ipse nunciat sed in doctrina vestra
et primaria premanifestis. vel voluistis
exultare ad horam in luce eius. s. ut
eius doctrine et testimonio crederetis
et meam imitaremini quemadmodum
vidistis. et sic publicani et meretrices
crediderunt ei. vos autem non credidistis
ei sed dixistis demonium habet quod
venit ad vos iohannes in via iustitie
et non credidistis ei. Tante namque
iustitie erat in victu et habitu quod veste
de pilis camelorum induebatur et zona
pellicea erat circa lumbos eius et esca
eius locusta et mel silvestre. ad qua
iustitia obstupuit iudei quod ut z et luce
40 propter quod est lucifer dicitur iob 38
numquid producis luciferum in tempore suo aut
vesperum consurgere facis super filios hominum
et ideo peccato graviori non credidistis
ei. ys. 43. domine quis credidit audi
tui nostro et brachium domini cui revelatum
est. Sicut alios autem in ista la. po
instabilitas iudeorum quia in exulta
verunt in luce iohannis ad horam tantum

exultaverunt et sic instabiles extiterunt
quia videntes iohannem trahentem homines
ad alium. et non ad se duxerunt causam sui ab
eo. unde dicitur act. xxii quod iudei non credide
runt iohanni. Offenderunt enim de illis de quibus
dicitur act. xiiii. ad ipsius redeunt et contra
in dicat. Ego autem habeo testimonium etc. ponit
testimonium divinum. Et primo inducit eius
magnitudinem. Secundo de ipso prosequitur ibi
opera enim que dedit michi pater etc.
Quantum ad primum quod ita dixi quod est
quantum est de me non accipio testimonium
ab homine. sed propter vos. sed ego habeo
testimonium maius iohanne i. testimonium maius
testimonio iohannis. s. testimonium dei per ma
ior ultio. Si testimonium hominum accipimus
testimonium dei maius est. Et maius inquantum
propter maiorem auctoritatem cognitionem et infal
libilem veritatem. nam deus non mentitur. non
sicut numeri xxiii. non est deus ut homo
ut mentiatur. Testimonium autem prosequitur
dt Et opera enim que que dedit michi pater etc.
Triplex autem deus pater testificatus est
de christo s. per opera per scripturam et per scripturas
Et ideo primo ponit modum testificandi
quantum ad opera miraculorum. Secundo modum
testificandi per scripturam ibi Et qui misit me
pater etc. Tercio per scripturas ibi Scrutamini
scripturas etc. Dicit ergo primo habeo aliud te
stimonium maius iohanne et hoc quantum ad
opera divina opera. s. maiora quam dedit
michi pater etc. Sciendum quod valet homine
virtute et naturam rerum ex causis
cognoscere Et ideo quiter dominus per opera
que fecit et facit dixit se posse cognosci qualis
sit. Cum ergo ipse propria virtute divina faciat
opera credendum est in eo virtutem divinam esse
infra xvo. Si opera non fecissem in eis
que nemo alius fecit etc. Et ideo ad ... co
gnitionem per opera sua ducit. Dicit opera
que dedit michi s. pater per eternam generationem
dando in virtute equalem vel dedit
michi s. homini in conceptione dando ut plu...
sim una persona dei et homini ut per
faciat ea i. ut propria virtute perfecte faciat
quod dicit ad differentiam aliorum qui miracula
faciunt non virtute propria sed impetrando
a deo. unde dicebat petrus act. 3o. in
nomine domini ihesu christi nazareni
tibi dico surge. Et ideo non ipsi per se

sed deus xpus vel ppa virtute p[re]dicabat
infra x[i]o lazare veni foras / Et ideo
ipsa opa que ego facio / ipa testi
monium p[er]hibent de me / infra xo di
micht non creditis saltem operibus cre
dite / Et aut opa miraculorum sunt testi
monium dei patet act ultio dominio
cooperante et sermonem confirmante seque
ntibus signis / Et nunc opa .i. virtus
operandi p[er]hibet de me / quia pr me
misit sicut deus filium suum qui ei ta
ta opa qu[...]taut infra xiiii° pater
in me manens ipse facit opa / Secun
do dicit Et qui misit me pater et est pot
sedm modum testificandi p[ro]pin de[...]
et primo posuit ipm modum secundo
ondit eos huiusmodi non esse capaces
neque vocem eius audistis unquam et c.
dicit ergo non solum opa que dedit michi
pater meo dicto / testimonium p[er]hibent
de me sed qui misit me pr sine p[er]
incarnationem ipse testimonium p[er]hibuit de
me .s. p[ro]prio p[ro]pter interiorem inspirationem
quia ut infra vi nemo pt venire
ad me nisi pr meus qui misit me
traxerit illum / vox voce intellectuali re
uelat illum que iudei carnales non
potuit audire nec ipm loquentem
videre pr enim testimonium p[er]hibuit filio
primo in iordane cum fuit baptizatus
m[a]t[the]i iii° secundo in monte cum fuit transfi
guratus m[a]t[the]i xvii° dicens hic est filius
meus dilectus et c. utrobique enim vox
patris audita est / tam in baptismo quam
in transfiguratione et ideo credendum est ei sicut
vero et naturali filio p[ri]ma ioh[annis] ultio hic
est testimonium dei quod maius est / quia
testificatus est de filio suo et c. qui non
credit eum esse filium dei non credit
dei testimonio / Sed posset aliquis dicere
quod deus eciam aliis testimonium p[er]hibuit
p[er] se ipm sicut moysi in monte multis
audientibus testimonium vero suum non aud
iuit / Et ideo subdit dns neque vocem eius
audistis unquam et c. Sed quod dicitur deutronomii
quarto dicit facta est aliquando res huiusmodi
ut audiret populus vocem dei loquentis
de medio ignis sicut tu audisti et vi
disti / ecce quod est ergo quod hic dicit xpus nec
vocem eius audistis unquam / Respondet sum
[...] quod dicit eos in p[ro]phetia qui cor
[...] vult ondere quod dei testifica

alium dupliciter .s. sensibilis et intelligibilis
Sensibilis quidem sicut p[er] vocem sensibilem
tm et sic non testificatus fuit moysi in
monte synai deutro. quarto vocem eius audi
stis et formam eius vidistis et c. et p[er] sensibilem
spem sicut apparuit abrahe gen. xviii
Et ysaie vi° vidi dominum sedentem et c.
Sed in misticis visionibus neque vox
corporalis neque figura dei est sicut credebat
aliquis sed efficitur inquantum adeo formata
nam non deus sicut spus nec vocem sensibilem
de se emittit nec figurari pt et intelligit
aut testificatur inspirando cordibus
aliquorum quid credere debeant / aut tene
p[ri]us audiam quid loquatur in me dominus
deus ozee ii° ducam eam in solitudinem
et ibi loquar ad cor eius / p[ri]me ergo testi
ficationis capaces fuistis / nec mirum quia
non fuit dei in se efficitur vocis illic / et
spes ut dictum est sed primus intelligibilis
vocis neque vocem audistis unquam neque
spem spem vidistis .i. p[ro]phetas non fuistis
infra vi° / omnis qui audit a patre et didicit
venit ad me / Sed vos non venitis ad
me ergo non audistis vocem eius nec vi
distis spem eius et non habuistis istud testi
monium intelligibile / ideo subdit Et verbum
eius non habetis in vobis .s. interius inspiratum
Et huius racio est quia quem misit ille .s.
pr huic .s. filio non creditis verbum enim dei
ducat ad xpm / nam ipse xpus est naturale
verbum omne aut verbum adeo inspiratum est
quedam p[ar]ticipata similitudo illius / Cum ergo omnis
similitudo participata ducat in suum primum
/ manifestum est quod omne verbum inspiratum
adeo ducat ad xpm / Et ideo quia vos
non ducimini in me non habetis verbum dei in
spiratum in vobis manens p[ri]ma ioh[annis] ultio
qui non credit in filium dei non habet testi
monium in se / Et dicit manens / quia mu
lti sunt qui aliquam veritatem habeat adeo
illi tamen habent p[ro]prietatem et verbum in illis ma
nens in quibus in tm cognitio proficit
ut p[er]ducat ad veram et naturalem cognitionem
Et p[ate]t quod dicit neque vocem et c. ondit
triplex modus quo adeo aliquid reue
latur alicui / quia vel p[er] vocem sensibilem
et sic testificatus est xpo in iordane et
in monte ut dictum est et petri i° voce
dilapsa de celo et hanc iudei non au
dierunt et hic modus tangitur cum dicit neque
vocem eius audistis unquam / Secundus modus
est p[er] visionem [...] et hanc revelat deus

hanc speciem ipsius non viderunt quia dicitur
2 Cor. 5 quamdiu sumus in corpore peregrina-
mur a domino, i. remoti sumus a domino tamen
in mente ipsum habemus per fidem et sic ubique
deus est non tamen sic videtur sicut in celis
homini namque vita mortalem adhuc agenti
non potest attingere ut dimoto ac discusso
omni nubilo fantasmatum corporalium sere-
nissima incommutabilis lucis veritatis po-
tiatur et mente penitus a consuetudine vite huius
alienata constanter et indeficiabiliter illi
hereat et hic modo tangitur in littera cum
dicitur neque speciem eius vidistis. unquam
Greg. 28 moralium non videtur in via. Secundo
modo est sensitiva inspiratione sicut est per
mutuam vim inspirabo et hic isti non
habebant unde dicitur in littera et verbum eius non
habetis in vobis manens. Sic ergo nec
vocem eius audistis per internam revelationem
sicut Petrus audivit Matth. 16 Beatus es Simon
Bar Iona quia caro et sanguis non
revelabit tibi sed pater meus qui est in ce-
lis neque speciem eius vidistis per apertam
visionem Exod. 33 non videbit me homo
et vivet. infra primo deum nemo vidit unquam
Et verbum eius non habetis in vobis manens
et ratio subditur quia quem misit ille hunc
non creditis et sic non est ex dei defecti-
bilitate sed ex vestra infidelitate quia
ille quem misit est per verbum et in cordibus
manet per fidem. Ephes. 3o ut det vobis
habitare Christum per fidem in cordibus vestris.
Tertio agitur de testimonio operum. Et enim salvator
opera que ego facio testimonium perhibent de me.
Sed eadem opera et miracula fecerunt prophete
et apostoli ipsum sequentes et maiora, ergo
non per opera poterat cognosci sufficienter
quod esset Christus. Dicendum de quolibet. Pro
solutione quod miracula bonorum et malorum di-
scretionem sumunt sicut dicit Aug. Cognoscere ergo
poterant quod miracula Christi essent opera
hominis veri et sancti. Sed Christus dicebat se
esse deum, nullus autem homo bonus ergo mentiens
homo, potest se facere deo equalem, ergo
per ipsum poterant cognoscere scilicet per opera
per que opera fuerunt sufficiens testimonium
quod ipse dicebat verum et per consequens quod esset Christus
Secus autem de aliis hominibus quod ipsi dicerent
verum sed ipsi non dicebant de se sed de Christo
ut apostoli. Aliter dicitur quod opera non sunt testimonium
cogens sed inducens. Et ideo testimonium
vocis et scripture sed testimonium prius preve-
latum est compellens. Secundo agitur de
testimonio patris. Dicit enim iudeis testibus

neque vocem eius unquam audistis neque
speciem eius vidistis. Nonne multi aderant
quando Luc. 3 vox de celo audita est tu
es filius meus dilectus. Item Deuterono-
mio facie ad faciem locutus est nobis
de medio ignis in monte. Item Exod. 20
vos vidistis quia de celo locutus sum vobis
Ad quod dicendum deus dupliciter loquitur et
dupliciter apparet uno modo in se et per se Et loquitur
per internam mentis revelationem non quidem
in visibili sed tamen quodam intelligibili et sic
non loquitur malis. Alio modo per subiectam crea-
turam et locutus est in legis datione et
ideo viderunt eum in subiecta creatura et au-
dierunt sensibiliter sed per se non et de hoc
loquitur hic. Unde Aug. super ista verba pater
testimonium perhibuit de me dicit tamen me etiam
sensibus hominum visibiliter exhibuit intus
corda hominum ad me cognoscendum accendit
unde ex littera potest formari talis ratio cum
nunquam non sit verbum inspiratum intra ma-
nens non possunt audire vocem patris
Sed vos iudei non habetis verbum intra ma-
nens ergo non potestis audire vocem patris
Illa enim singularis habet verbum in se ma-
nens qui per internam inspirationem tanquam
forma manentem producit ad veri et
naturalis vi cognitionem ut scilicet in ipsum verbum
credant et ideo dicit salvator quod illi non
credunt habent verbum in se manens qui non credunt
missum dei. Et similiter iudei vocem
patris spiritualem non audierunt quia non
fuerunt eum amare et precepta eius obedie-
speciem eius non viderunt quia deus
exterioribus oculis videri non potest sed
fide et dilectione. Quidam enim verbum audiunt
et auditum memoria tenent et opere com-
plent et hii habent verbum dei manens.
Quidam autem verbum dei audiunt auditum at
nec memoria tenent nec opere complent
et hii non habent verbum dei manens. Quarto
dicit scrutamini scripturas hic ponit 3m
modum quo deus testificatus est Christo
per scripturas. Et primo inducit scripturas
testimonium secundo ostendit eos consequenter ante
eius testimonium non esse capaces ibi Et
non vultis venire ad me ut vitam
habeatis. Dicit ergo scrutamini scripturas q.d.
vos non habetis verbum dei in cordibus vestris
sed in scripturis. Ideo oportet vos illud alibi
querere. Et ideo scrutamini scripturas scilicet veteris
testamenti nam fides Christi in veteri testa-
mento continebatur sed non in superficie

quia in profundo obumbrata figura late
bat. 2 Cor. III usque in hodiernum diem
velamen manet etc. Et hoc significat dicat
Scrutamini quasi in profundo queratis sudo
re. Si quesieris eam quasi pecuniam
et ps. da mihi intellectum et scrutabor legem
tuam. Racio autem scrutinii ponitur ex opinio
ne vestra quia putatis in ipsis scripturis vi
tam eternam habere quia dicitur Ezech. XVIII° qui
fecerit iudicia mea vita vivet etc. Sed
estis decepti quia licet precepta veteris
legis vitalia sint non tamen vitam eternam in
scripturis sed in hiis dicuntur vitalia in quantum
ducunt ad me Christum. Ideo hii vos vitam
eius tanquam in se vitam habentibus. Quod
decepit vos. Nam iste scilicet scripture sunt que
testimonium perhibent de me id est in tantum
vitalia sunt in quantum ad meam cognitionem
ducunt, ut apostolus prescribit ut ysa. VII°
Ecce virgo concipiet et pariet filium etc. Et
deut. XVIII prophetam suscitabit vobis
deus etc. Sicut me audietis. Item de
actuum X huic omnes prophete testimonium perhi
bent. Scripture namque veteris testamenti de
clarant tempus eius adventus Gen. penultimo
non auferetur sceptrum de iuda. Dan. decimo
nono declarat adventum christi sub
certo numero ebdomadarum. Declarant eius locum
nativitatis quoniam Michee V° Et tu bethleem
effrata parvulus es in milibus iuda. Ex te
enim egredietur qui sit dominator in israel.
Declarant eius modum quia ex virgine
ysa. VII. Et modum conversandi scilicet in paup
ertate. Zach. IX Ecce rex tuus venit tibi
iustus et salvator et ipse pauper etc. Et modum
moriendi. Ysa. LIII Sicut ovis ad occisionem
ducetur. Et etiam operibus prophetarum designatur
Osee XII In manibus prophetarum assimilatus
sum. Vel sacramentis et figuris sicut est
ymolacio agni et alia figuralia sacra
veteris legis. Hebreorum X Umbra habens
futurorum bonorum. Et dicunt omnia christi
misteria in veteri testamento in parte
expressa et in christo completa. Et ideo
ex scriptura veteris testamenti potuit veni
re ad cognitionem quod ipse erat christus in lege pro
missus. Et ideo quia scripture veteris testamenti
multiplex testimonium perhibent de christo
dicit apostolus ro. primo Quod ante promiserat
per prophetas de filio suo. Sed hunc fructum
quem putatis in scripturis habere scilicet vitam eternam
assequi non potestis quia scripturalibus testi
moniis non credentes non vultis venire

ad me scilicet per fidem et a me querere salutem
quia pro maiori parte iudei remanserunt
in infidelitate. Vel non vultis michi
credere in quo est fructus earum scripturarum
et ut in me vitam habeatis nunc in spe
et in futuro in re, que habetur per fidem
caritate formatam. Quia sum vita con
de credentibus in me. Infra X° Ego
vitam eternam do eis. Item XIIII° Sapiencia
in filiis suis etc. Prover. VIII° Qui me in
venerit inveniet vitam. Quia de ordine
istorum testimoniorum et sufficientia eorum quo
notandum quod primum testimonium colligitur scilicet Iohannis
inducens secundum scilicet operum promovens tercium
scilicet patris complevit quartum scilicet scripture
in veritate stabilivit. Et ex hiis resultat
unum testimonium completum et perfectum et gra
datim ordinatur secundum dictas condiciones.
Claritatem ab hominibus non accipio
sed cognovi vos quia dilectionem dei
non habetis in vobis. Ego veni in
nomine patris mei et non accepistis
me. Si alius venerit in nomine suo
illum accipietis. Quomodo potestis credere
qui gloriam ab invicem recipitis
et gloriam que a solo deo est non queritis.
Nolite putare quia ego accusaturus
sim vos apud patrem meum. Est
qui vos accusat moyses in quo vos
speratis. Si enim crederetis moysi for
sitan crederetis et mihi. Si autem litteris
eius non creditis quomodo verbis meis cre
detis. Hoc usque ad capitulum sextum.
Supra dominus excellenciam sue potestatis
affirmat testimonio hominum et divinarum
scripturarum hic autem redarguit tarditatem
incredulorum ad credendum. Supplendum ac racione
iudei persequebantur christum scilicet propter solucionem
sabbati in quo videbatur contrarius legi
et quia se dicebat dei filium in quo vi
debatur contrarius deo. Propter hoc videbatur
persequi christum propter reverenciam quam habebant
ad deum et propter zelum quem habebant ad
legem moysi. Et ideo dominus intendens ostende
re quod non propter hoc eum persequebantur sed propter
contrarium primo ostendit irreverenciam ipsorum ad
deum. Secundo causam incredulitatis ipsorum.
Tercio quod irreverencia quam habebant ad moy
sen fuit causa incredulitatis ibi nolite pu
tare etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit
irreverenciam ipsorum ad deum. Secundo ma
nifestat eam per signum ibi Ego veni

in nomine meo. Circa primum adhuc duo
facit. Primo excludit intencionem opi-
natam que ex verbis premissis accipi
posset. Secundo assignat veram ibi: Sed co-
gnovi vos. Intencio opinata est
quia dominus supra quesiverat tot te-
stimonia. de Iohanne. dei operum.
patrum et scripturarum. posset opinari a
iudeis quod hoc fecit quasi quereret
humanam gloriam. Contra hoc dicit: Claritatem
ab hominibus non accipio, id est laudem
humanam non quero. Non enim veni ut ha-
berem et quererem gloriam hominum. prima
thy. 2o. neque querentes gloriam hominum.
non enim veni ut acciperem ab hominibus
honorem temporalem sed ut darem spiritualem
legem. unde in sequentibus patet quod fugit quando
in eum volebant regem facere. vel
claritatem ab hominibus non accipio
id est claritate humana non indigeo
sicut sol a lumine lucerne non recipit
incrementum. multominus ego ab hominibus
qui ab eterno claritatem habeo apud
patrem. infra xvii. Clarifica me pater
apud temetipsum claritate quam habui
priusquam mundus fieret. Non igitur veni clarificari ab
hominibus sed potius eos clarificare.
Omnis claritas a me procedit. Sap.
vii. habeo propter hanc sapientiam clari-
tatem. Si dicatur: Si clarificari decuit
et glorificari ab hominibus sicut dicitur
Glorificate deum quantum potestis.
non ut ipse inde gloriosior fiat
sed in quantum gloriosus apparet in nobis.
Ergo de quo dicit: Claritatem ab hominibus
non accipio. Cum dicatur infra ultimo de
petro significans qua morte clarificaturus
esset deum. et per apostolum Phil. primo: magnifica-
bitur christus semper in corpore meo sive
per vitam sive per mortem. Glossa: fama
et gloria magnificabitur apud gentiles
in meo corpore fragili ipsum predicabo
et per mortem eum relinquam et fortiter
pro eo moriendo. Respondeo dicendum quod aliud est dicere
clarificari in homine et per hominem et ab
homine. Clarificari in homine est per
claritatem hominis revelare. Clarificari
per hominem est per illum aliis manifestari.
Clarificari ab homine est gloriam aliquam
ab homine sibi dari et augeri. Primis
duobus modis est verum sed tercio est falsum.
Secundum quosdam quod claritatem habet christus
in divinitate quam a deo patre nascendo
recepit et est divina natura quam a patre

eternaliter generatur que est lux mentis. Alia
est in corpore quam recepit in resurrectione
forma gloriosi corporis. quam similiter habet
a deo patre immo a tota trinitate. Et
secundum utramque non fit gloriosior ab aliquo
homine, nisi in quantum ab hominibus in mundo
et in humanitate gloria predicatur, laudatur,
et in premium expectatur. Deinde subdit
non habet esse causam propositorum testimoniorum
sed aliam scilicet istam quia cognovi vos
quoniam scilicet quod non habetis dilectionem dei
in vobis. quia habere vos fugientes sum
gentes, unde nec propter amorem dei me
suscipitis, ita tunc propter deum me susci-
peretis sed cum ut scriptura in testimo-
nium non perhiberet. Sed ipse deus testatur
per opera et scripturas et prophetas. Sed ut
dictum est et idcirco si deum amaretis
oporteret ut per me ab ipso ... ad
me veniretis. Non ergo diligitis deum
vel aliter. Sed cognovi vos quod
non induxi hec testimonia quasi in-
digens vestra clarificatione sed pro et
condoleo vobis errantibus quia non
diligitis deum et volo vos ad viam
reducere veritatis. infra xv. Nunc autem
et viderunt et oderunt et me et patrem. Hec co-
ntra, secundum Crisostomum. Christus ostendit se misso
a deo per multiplex testimonium. Hic redar-
guit caritatem iudeorum qui mentis oculum
clauserant veritati. Unde quia clau-
sura oriebatur ex defectu vere dilectionis
de quo defectu dicit christus: Cognovi
vos quia dilectionem dei non habetis in
vobis. Atque dicat: claritatem a vobis
non quero sed condoleo vobis errantibus
volens enim vos reducere ad viam veri-
tatis. Iudei mentis veritati clauserunt quasi
ipsam veritatem odientes. Sed contra
videtur quod veritas possit odiri. vel quod non
quia purum bonum odiri non potest. veritas
autem prima est ipsum purum bonum. ergo non
potest odiri. Respondeo dicendum quod veritas prima sive
deus tribus modis considerari potest. vel secundum se
vel secundum omnes effectus suos vel secundum
aliquem effectum in speciali. Si primo modo consideretur
deus scilicet in seipso a nullo potest odio
haberi. si secundo modo consideretur secundum omnes suos effectus
similiter odiri non potest quia impossibile est
quod aliquis habeat odium omnis boni quia
ad minus esse et vivere diligat. Si autem
consideretur secundo quantum ad aliquem effectum
in speciali puta penam vel aliquod aliud

Augustinus ... dicit

Magister ... cum
tantum ... dicitur ... et
... quedam ... et
claritatem ... apud
... dei ... et
et ubi non
... in
... a
... non ... in
...
2

sixp

R

preter proprie est quod veritas contrariatur. Odio secundum illos effectus qui contrariatur alicui affectui alicui. Signum autem quod dilectionem dei non habetis ponit cum dicit: Ego veni in nomine patris mei etc. Ubi circa primo ponit unum signum de presenti quod dilectionem dei non habetis. Secundo aliud de futuro ibi: Si alius venerit etc. Signum de presenti sumitur ex eius adventu. Et io dicit: Ego veni in nomine patris mei, et non accepistis me. Quasi dicat: manifeste apparet quod dico, nam si deum diligeretis dominum suum, manifestum est quod eum honorat et recipit eum qui venit ex parte eius et honorem eius querit. Sed ego veni in nomine patris mei manifestans nomen eius mundo, manifestans patrem manifestum non in nuntium hominibus, et vos non recepistis me. Ergo non diligitis eum, quia quicumque habet veram dilectionem dei accipit illum quem deus mittit. Sed vos non accepistis illum quem pater misit. Ego enim veni in nomine patris mei, id est ad manifestandum nomen patris mei, et ad honorem patris mei, ut per me glorificetur, quod patet per predicta testimonia. Et non accepistis me, nec in me credidistis, sed magis persecuti estis, quia dilectionem dei non habetis. Dicit autem filius manifestare hominibus patrem suum hominibus, quia licet patri in proprio deus notus esset secundum illud psalmi: Notus in Iudea deus, tamen in proprio est naturalis pater filii, non erat notus ante adventum Christi. Et io Salomon querebat: Quod nomen eius et quod nomen filii eius, si nosti. Signum autem de futuro sumitur ex adventu antichristi, et equiparatione posset. Cum Iudei dicerent: licet tu venisses in nomine eius, tamen ideo te non recipimus, quia numquam recipere volumus nisi ipsum deum patrem. Sed contra hoc dominus dicit quod hoc non potest esse, quia vos recipietis alium qui non veniet in nomine patris sed in nomine suo ipsius. Et quod plus est, veniet contra eum. Et hoc est quod dicit: Si alius, scilicet antichristus, venerit in nomine non patris sed suo, qui non querit gloriam patris sed suam propriam, nec attribuet patri quod faciet sed sibi. II ad Thess. II: Qui adversatur et extolletur super omne quod dicitur aut quod colitur deus, illum accipietis. Unde ibidem subdit: Mittet illis deus operationem erroris ut credant mendacio. Et hoc ideo quia doctrinam veritatis non receperunt. Propterea quia Iudei noluerunt recipere Christum qui [illegible] caritate in omnibus

condidit et veritatem implevit ut salvaretur. Ideo sequitur: et sic non receperunt veritatem, mittet illis deus, id est permittet ad eos venire operationem erroris, id est eum qui est ipsa malitia, quia est pater omnis malicie et iniquitatis, ut credant mendacio, scilicet antichristo, sicut deus ut omnes qui non crediderunt veritati, id est Christo qui vere deus est, sed consenserunt iniquitati antichristi, tamquam apte iudicetur. Qui interim occulte mordicant, ut dicit Glosa ibidem. Manifestum est ergo quod persecutio qua me persequimini non est ex dilectione dei sed ex odio et livore. Ad eum procedit et ex hoc errore in credulitatis confirmabatur. Quia ergo Iudei Christum non acceperunt, veniet eis quasi pena peccati quod alium, id est antichristum, in nomine suo venientem, id est pro dictis testimonia non habentem et suam gloriam querentem accipient pro Christo et pro deo. Ut secundum apostolum credant mendacio qui noluerunt credere veritati. Quasi ergo dicat: Quia non accepistis me, id est non credidistis me esse Christum, hoc pena vobis infligetur ut decepti iusto dei iudicio pro Christo recipiatis antichristum. Et probabiliter arguitur quod Iudei primi erunt qui querent ad antichristum et faciet ei templum. Quia faciet se circumcidi et dicet se eis promissum, et ei adherebunt quousque falsitas eius per Enoch et Heliam detegatur. Et secundum Augustinum antichristus cerimonias legis tepta[illegible]bit restaurare et civitatem [illegible], que rex Iudeis eum pro Christo recipere suadebit. Et secundum Hieronymum Danielis nascetur in Babilonia de tribu Dan iuxta quod ait Iacob patriarcha: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita. Et quando venerit Ierosolymam dicet se Iudeis: Ego sum Christus vobis promissus. Tunc confluent ad eum omnes Iudei et reedificabunt templum a Romanis destructum, sedebit [illegible] dicens se deum esse. Unde extollet, id est efferet se super omne quod dicitur deus vel falsa opinione ut dii gentium, vel secundum gratiam ut sancti, aut quod colitur ut deus [illegible], ita ut sedeat in templo dei, II Thess. II, ostendens se tamquam sit deus. Nam sicut in Christo omnis plenitudo divinitatis habitat, ita in antichristo plenitudo malicie et omnis iniquitatis habitabit. Quia in ipso erit caput omnium malorum diabolus qui est rex super omnes filios superbie. Que dominus

dns insufflavit spiritu oris sui .i. virtute
spiritus sancti qui dicitur spiritus oris sui quia
ab eo procedit vel .i. precepto et virtute
.s. potencie missionis sue. sic perse
qui per michaelem ut videtur, aut in
monte oliveti in papilone et in solio
suo in illo loco contra quem dominus ascen
dit in celum ut tradunt doctores.
Secundum hoc dicit Quomodo vos credere po
testis et ponit causam incredulitatis,
eorum quia tenuerat ostium veritati.
Hec enim causa est hic dicebat
quia querebat proprium honorem et non dei
et ideo dicit Quomodo vos potestis cre
dere .s. veritati, qui gloriam ab invicem
accipitis id est queritis laudem humanam
et gloriam hominum, et eam que a solo deo est
non queritis .i. humilitatem que est vera
gloria vel gloriam celestem. Dicit autem non
credebat, subdit non quia non est apta
veritas, sed quia superbia eos excecat
et ambicio laudis que de se appetit
existimari quod in se non habet et se super
alios efferre. Ideo namque non poterant
in xpm credere, quia cum per superbiam
mentis eorum gloriam et laudes appeteret
et sese super alios efferret, reputabat
ingloriam et dedecus in xpm credere
qui abiectus et pauper videbatur et
ideo ei credere non poterant. Sed ille potest
in eum credere, qui cor habens humile
solius dei gloriam querit et ei soli pla
cere appetit. Infra xii capitulo multi ex prin
cipibus crediderunt in eum, sed propter
phariseos non confitebantur ut de sinago
ga non eicerentur. Ex quo patet quod multum
periculosa res est inanis gloria nam
sicut Crisostomus nichil ita deformat animam
sicut gloriam desiderare. Seneca non
enim est parvule qui hanc gloriam amat per
gloriam querere crucifixi. Unde dicit Tullius
quod tenenda est hominum gloria que aufert
animi libertatem, pro qua magnanimis viris
omnis debet esse contencio. Et ideo sequitur gloriam
magnum vicium est iactancia. Humane
laudis ambicio, que est de se existimari
appetit quod in se non habet et gloriam sua
non dei querit. Honor vero magna virtus
est humilitas que se minus reputat et solius
dei gloriam querit, ei soli placere
cupit. Ille quoque querit gloriam dei qui
credit omne bonum quod est in humana
natura vel quod est in alia creatura

esse ex deo, et cui placent opera dei et
non sua. Sed ille querit gloriam suam
cui opera sua placent et aliquid bonum
putat esse ex se. Hec gloria. Hec enim est causa
cur mandata dei non impleamus quia
non humiles sed superbi sumus et ambiciosi
presumentes de industria et viribus nostris
et ut ad ea implenda nequaquam
humiliari possimus. Ut hec impediunt
iudeos a fide xpi impleta, quia solum
intendebat et adhuc intendunt ad gloriam
et ad exaltacionem temporalem danda eis
per messiam. Videbant autem xpm pauperem
et abiectum et ideo non acceperunt eum non
attendentes spirituales prophetias que deceret
paupertatem et abiectionem hominis, et gloriam et
exaltacionem que per xpm danda pro
mittitur, est gloria celestis quam non intellige
bant et ideo gloriam que a solo deo est
non querebant, et propter hec in infidelitate
permanserunt. Ipse vero solus potest cristo
pauperi et abiecto credere, qui non propriam
sed dei gloriam querit. Ubi de vicio va
ne et inanis glorie dicit Beda quod hic
vicium melius caveri non potest quam ut
ad conscientias nostras redeamus, nos quod pul
verem esse consideremus, ut si quid bonum
nobis inesse deprehendamus non nobis
sed deo ascribamus. Et Crisostomus vanam
gloriam fugiamus omni studio, tamquam
superabimus si ad illam respiciamus gloriam
que in celis est, a qua nos hec curare
cogit. Hec igitur speres nobis erit salutis
cum super ceteri a celis esse primus et
illorum que sunt illic causa. Hanc in sensi
bilitate deterius fiet unquam. In sim
unaquaque dicens, ea que indignum est
ea que regum sunt audientes carere que sub
noce et in prodomus erant. Intuentes
cuiam reges expetentes omnia dispergere
minime quia et per hec omnia illa prepta
sunt ut si quis futurus discredit ab
eis que facta sunt manifestam et desu
periis demonstracionem acceperet. Et igitur
intelligentes, et preterita et futura parare
saltem respiremus a diffusali hac et se
iuste et aliqua aut fusaque ione
ut et preteritis et futuris ponam
Bonis. Hic. Non quod aliqui veritatem
impugnat multi de causis et eam
non recipiunt. Primo propter naturam simpli
tudinis humile enim salvat sunt ple
et impugnat simplex suum varietas aut

et proprietas opponitur et ideo quomodo veritas
hereticorum verum et veritatem impugnat. Unde
Baptista 2o dicit de quomodo vero gravis
est nobis ad videndum, et est in malorum
et impiorum. Ideo lux et veritas odiuntur
propter nam manifestacionis nam qui male
agit odit lucem propter 2o Tercio oculus
lippi et infirmus odit lucem quia non
potest portare radiis refulgacionem et sic
modo iudei lippos oculos habentes quia
non poterant aspicere in propriam gloriam
non poterant portare veritatem que
manifestabat gloriam Christi sic et communis
omnis mundi veritatem odiunt. Contra
inferius dicit nolite putare quod ego et Christus
ostendit quod iudei clauserant adhuc vici
quos ducebat ex destru timoris non
enim timebat moysen qui eos accu
sabat in ei se primus essent contrarii
et rebelles. Dividitur autem hec pars
in duas quia primo Christus excludit quoddam
opinatum 2o concludit quoddam verum
ibi est qui accusat vos moyses. Ex
cludit ergo primo Christus quoddam opinatum
dicens nolite putare id est opinari quia accu
saturus sim vos scilicet solus apud patrem
cuius quidem dicti racio triplex est. Una
quia filius dei non venit in mundum ut
condempnet eum sed ut salvetur et ideo dicit
nolite putare quod in primo adventu vene
rim ad condempnandum sed potius veni
ad salvandum. propter 2o non enim misit deus
filium suum in mundum ut iudicet id est conde
pnet mundum sed ut salvetur mundus per ipsum
et ideo sanguis Christi non clamat accusationem
et vindicte expeticionem sicut sanguis abel
sed clamat veniam et omnium peccatorum
remissionem. Hebreos xii accessistis sanguinem
Christi melius loquentem quam abel
scilicet qui clamabat accusando. Genesis 4o
sed Christus veniam prestando et postulando
pater ignosce illis quia nesciunt quid
faciunt. Romanos viii° Quis accusabit adversus
electos dei Christus est qui iustificat quis
est qui condempnet id est qui possit inferre
mortem quasi dicit nullus. Alio sic nolite pu
tare quod accusaturus sim vos apud patrem
scilicet de hoc quod facitis michi, quia eadem
moyses accusabit vos de hoc quod non
creditis ei in hiis que de me dixit. Et ideo
ne pereant / i ut nec minima bnficia oblumis
/ nunq no perit qd donatur ingrato
Ingratitudo inimica est aie exinanicio
meritorum / virtutum dispsio / bnficiorum pdicio
ventus vrens siccans sibi fonte pietatis
/ rorem mie / fluenta gracie ppter quod
et Crisost omel 24 sup mt ait aut optima
bnficiorum custos / est ipsa memoria
bnficiorum / et ppetua confessio graciarum
/ nunqt em sibi subuenire facit / cui
collatum bnficium ante oculos ppetuo assistit
sm Cassiodorum sup io ps cum insta
ma ante oculos meos est / d antiqs
quiappe rependi gra q ab accipiente
no pt / qua si grabo quit qd gratis
accepit mq bnd q in epla ad ame
ricum cancellarium Circa quod nota qui
aly ncos ewangte de grarum actione non
exprimunt / sed tria explicat q xpus
fecit aspexit em in celum / bndixit
pane et fregit quorum prima duo solus
designant per grarum actionem z in cophen
dit sub distribucione no em poterant
distribui / insup p fractionem diuidentur / pr
dicta bn tria no vacat mystio Nam
sm Crisost aspexit in celum ad deum
patrem / a quo omnis diuinitatis equalitas
est in filio ut ondat se a deo patre
na esse ppter ad operand miracula ho
norem referens deo ut ondet qui oe
bonum de celo nobis emanat Jacobi
po oe datum optimum et oe donum pfectum
de sursum est descendens a pre lumin
Tercio ut nos doceret / debere deum
laudare conuersacionem / antequam vadamq
ad mensam / i thm 20 michil rationem
qd ad grarum actionem pripitur ps Edent
pauperes et saturabuntur et laudabunt dnm
Tercio ut ondat qui no ppter se orabat sed
ppter turbam q tunc pns erat / et orabat
ei persuaderi qui a deo venerat et io ad
coram multis miraculum facit / orat
ut ondat se deo no esse contrarium

sed secundum voluntatem eius operari. Benedixit
etiam panes ad innuendum quod illa multiplicacio
panum erat spiritualis benediccio que secundum Gre-
gorium nichil aliud est quam donorum dei
collacio et eorum multiplicacio. Sic enim
in principio creacionis rerum omnibus creaturis
benedicens contulit illis naturalem virtutem
ut ex se invicem naturaliter multiplicarentur,
ita nunc, quia ista multiplicacio panum
erat spiritualis, nova fuit singularis
benediccio. Et illam benediccionem Christus forte
verbis aliquibus expressit quibus sanctificatur
et multiplicatur creatura, sed que fuerunt
illa verba non ponit evangelista, quia forte
secrete ea protulit. Et hoc in eo quod benedixit
secundum Cirillum [illegible] quod in omni-
bus sit benediccionem premittendam. Fregit ergo
panes ut ipsis frustatim et per magis
porciones non primitivas ipsis darentur
et dividerentur, et ut nos doceret pa-
nem nostrum frangere debere et dare paupe-
ribus iuxta illud Ysaie lviii: Frange esuri-
enti panem tuum. Et sic multiplicata est
ea materia inter manus Christi frangentis,
quia hic fiebat virtute divinitatis. Tunc
mistice fuit quantitas. Christus panes etiam
frangendo fecit multiplicari ut pluri-
mos pasceret, ad designandum quod dum legem
exponit, multos libros facit in expositione
luce clarior. Notandum est quod ter dominus
legitur panem fregisse. In una fraccione
panem multiplicat, ut hic. In secunda panem
in corpus suum mutavit, ut in cena.
In tercia se manifestavit ut in Emaus, co-
gnoverunt eum in fraccione panis. Et in qua-
libet illarum fraccionum tria tanguntur,
quia benedixit, fregit et dedit disci-
pulis. Hic notandum est quod distribuit discum-
bentibus non immediate sed media-
tibus apostolis, ut dicit Lucas, qui magis
distincte ponit qualiter dominus egerit circa
panes. Dicit enim quod accepit quinque panes
et duos pisces, et respiciens in celum
benedixit ac fregit eos et dedit discipu-
lis ut ponerent ante turbas. Quare autem
dominus non immediate sed mediantibus
apostolis distribuit panem, racio mistica potest
esse, ut ostendat quod ministri ecclesie obsequentur
ei in cibo spirituali et sacramentis, que sunt vasa
gracie, ea ministrando, i Petri 4, tanquam
boni dispensatores multiformis gracie dei.
Similiter et ex piscibus quantum volebant.
Ubi attenditur habundancia divini bene-
ficii, quia sacietas refeccionis prestita fuit,

quia quantum volebant. Solus enim Christus est
qui saciat animam inanem et animam esuri-
entem replet bonis. Saciabor, inquid
psalmista, cum apparuerit gloria tua. Alii nam
quia ex inopia virtutis gracia mino-
ra faciunt; Christus autem absoluta virtute
faciens, tamen multa superhabundancia omnia
faciebat. Unde et hic retinuerunt xii cophinos
fragmentorum. Sed quare Christus non creavit
novos panes, postquam multiplicavit
illos quinque, videtur. Quod ad hoc assignatur
plures raciones. Prima secundum Theophilum
ut confundat errorem Manichei dicentis
corporalem substanciam esse malam, quia a ma-
lo deo creata. Si enim illa creatura ma-
la esset, nequaquam eam qui bonus est
malam multiplicasset. Alias raciones assignat
Crisostomus, quarum prima est quia non creabit
ad miraculum veritatis, nec aliene ab eius
sapiencia esse videntur. Secunda ut ostendat se esse
victualium largitorem, secundum illud psalmi: Qui dat
escam omni carni. Tercio ideo panes
multiplicat, ut ostendat se illum esse qui
dixit: Germinet herba terra virentem.
Pisces etiam multiplicavit ut se probet
eum esse qui in principio dixit: aquatilia
produxit. Quarto ut per hoc ostendat se
terre maris et domini. Quinto ut det exem-
plum quod si etiam pauca habemus, ea libenter in-
digentibus tribuamus. Thobie quarto:
Si multum tibi fuerit, habundanter tri-
bue; si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter
impertiri stude. Quemadmodum hic apostoli fe-
cerunt, qui hoc quod propria necessitate
vix sufficiebat, profeccione aliorum
prompte exponebant. Sexto ne putaret
quod fictum esset fuisse fantasma, ideo
de subiecta materia fecit. Septimo quia
secundum doctores scolasticos omnia simul a deo creata
fuerunt a principio, ad minus in materia, secundum
illud Ecclesiastici xviii: Qui vivit in eternum creavit
omnia simul. Et ideo nunc non est visum
novos eum panes creasse. Octava racio
secundum Albertum, quia quod novos non creat
sed allatos multiplicat, significat quod veteres
scripturas non reprobavit sed apiciendo
patefecit. Nona racio ut daretur forma
predicatoribus ut non nova de suis cordi-
bus inveniant, quia sic dominus non creavit
panes novos. Sic omnis habundancia
vere doctrine sumitur ex fundamento scripture,
parce multiplicate per racionem, qua intelligitur;
recipitur etiam per devocionem, qua benedicitur,
et meditacionem, qua frangitur, et predicacionem

qua distribuitur et predicatur, notitia sacre
scripture acquiritur per studiosam inquisitionem,
per assiduam supplicationem et saporosam
delectationem. Verus igitur est ille theolo-
gus qui non solum fulget scientia, sed etiam
conspicuat vita. Verus est theologus
qui seriose ac recollecte meditatur
in lege dei die ac nocte. Frequens enim
divine legis meditatio temperat corporis
voluptates, iuxta illud Eccli. xii: frequens me-
ditatio carnis afflictio est. Et predicat
dei pietatem iuxta illud ps.: in matu-
tinis meditabor in te quia fuisti adiu-
tor meus. Excitat hominis caritatem
iuxta illud ps.: et in meditatione mea ex-
ardescet ignis. Verus est theologus
qui assiduam supplicationem ad summum capit
et spiritum attrahit de sacra scriptura non
litteralem sed spiritualem, quia littera occidit
spiritus autem vivificat, 2 Cor. 3. Verus est
theologus qui habet sapidam notitiam
scripturarum. Unde Hugo de sancto Victore libro
suo de arca dicit: nichil in hac vita
dulcius sentitur, nichil avidius sumitur, nichil ita
mentem ab amore mundi separat, nichil sic
animum contra temptationes roborat, nichil ita
hominem excitat et adiuvat ad omne opus
bonum sicut studium sacre scripture. Sic ergo
et qui docet et qui audit dei verba studeat
ut veram theologiam attingat. Queritur etiam
q° qualiter ista multiplicatio panum et
piscium facta fuit. Ad quod dicendum quod cum
quod frangerentur duo panes, facta est mul-
tiplicatio etc. Secundum Crisostomum panes
isti etiam multiplicabantur in manibus
discipulorum distribuentium et ministrantium. Item
secundum Hylarium in manibus comedentium
et in mensa crescebat substantia panis etc.
sequitur. Unde advenerunt ille pisces multi-
plicati, an aliqua extrinseca addito an
illa sola substantia quinque panum multiplica-
ta fuit. Et dicitur quod per additionem alicuius
materie extrinsece, quia deus quibusdam sub-
stantia panis, sicut humor terre quibus
in substantiam segetis, et panis convertitur
in substantiam carnis. Nunc deus non faciat ista
multitudinem ex solis quinque panibus sed
magis ex alia substantia superaddita, quod
videtur [illegible] quo dicunt quod magis
magister libro 20 [illegible] et Hugo libro de sacramentis
dicit quod illa substantia panum divina virtute
multiplicabatur nullo extrinseco addito,
sicut et costa Ade coniuncta est in mulierem
nullo alio addito. Sed hic dicunt quidam
a doctoribus non tenetur quia costa qua

panes, quia fuerunt per additionem alicuius
materie extrinsece sicut per exitum de no-
vo create, nec ex hoc sequitur quod hiis non
paucis multitudine de quinque panibus
sicut ultra [illegible] quinque panes erant
quasi semina, non quod terre mandata
sed ab eo qui fecit terram multiplicata.
Unde sicut pauca grana seminata multipli-
cantur per naturalem operationem quorumvis crescentis
in natura seminis, ita panes illi fuerunt
multiplicati per operationem miraculosam
in illos quinque panes non seminatos
sed a deo benedictos. Quod quo fieri
potuit excedit omnem investigationem
intellectus humani. Unde dicit Hylarius 3o
libro de trinitate quod nec sensus nec intellectus
tantam operationem miraculi comprehendere potuit
effectum tam incomparabilis operis assequi
esse. Quod non erat videre quod non inter-
vinum inspexit quod deus omnia posse credat
et commentator super subdit. Ut autem impleti
sunt dixit discipulis suis: colligite que
superaverunt fragmenta ne pereant. Po-
fragmentorum collectio curam quidem dominus fieri
mandavit non ad superflua omnino oportet sed
ut ostenderet miraculi veritatem et non
esse factum fantasticum. Si enim illa multi-
plicatio fuisset secundum apparentiam non fuissent ct 10
homines saciati vere, sed facti sunt vi-
dentur refecti. [illegible] de reliquie panum
superflue ad maiorem declarationem miraculi
et eius publicationem remansissent. Pre-
cepit ergo quod reliquie fragmentorum sint collecte
dum servate et aliis in tribu date
publicatum est miraculum et approbatum
propter quod etiam exhibita maius miraculum
fecit. Voluit etiam Christus quod miraculum
in firmius discipulorum cordibus inhereret,
quibus et fragmenta portanda precepit,
non turbis, quia eos magistros volebat
erudire qui debebant esse magistri orbis
terrarum. Unde Crisostomus dicit: Ego non solum
miror multitudinem panum sed etiam cer-
titudinem superfluorum fragmentorum, quia nec
plus nec minus etiam fecit superfluum esse
sed tantum quantum volebat, scilicet xii cophinos
secundum numerum apostolorum. Ideo dicit littera: Collegerunt
ergo et impleverunt xii cophinos fragmen-
torum ex quinque panibus et duobus pis-
cibus que superfuerunt hiis qui manduca-
verunt. Non a casu sed divina dispositione
impleti sunt xii cophini secundum numerum xii
apostolorum, ad ostendendum quod ipsi debebant
esse magistri orbis terrarum, quibus committenda
essent et multa spiritualia aliis

pauci, que possunt intelligi per fragmenta vii
Rabanus super aut. Duodecim superest, a se
colligit, quia secretiora mysteria, que
a rudibus capi nequeunt, non sunt negli
genter contempnenda, sed a xii apostolis qui per xii
cophinos designantur, et ab eorum successoribus
diligenter sunt inquirenda.
Vel Augustinus. Que sunt fragmenta, nisi que
turba non potuit manducare. Quid ergo
restat, nisi quod secretiora, intelligencie
quod non potest capere multitudo illis traditur
qui ydonei sunt et alios docere, sicut fue
re apostoli. Unde et xii cophini impleti
sunt. Est autem cophinus secundum Ysidorum ro
ethimologiarum vas ex virgultis factum, aut de
iunctis seu vimminibus, aut de foliis pal
marum contextum, ad portandum aptum.
Dicitur enim de Ioseph manus eius in
cophino servierunt et impleverunt. Ergo
xii cophinos de reliquiis, i. xii ma
gnas sportas, que circulis per quos
brachia inseruntur in dorso portantur.
Unusquisque enim apostolorum implevit co
phinum suum, ut quolibet unum in hu
mero portaret, ineffabile videretur
miraculum domini. Sicut miraculum domini
augmentatum est. Magnum siquidem
miraculum esset, si de quinque panibus
et duobus piscibus quinque milibus hominum
saciatis nichil superesset, sed tenuit
signum maioris admiracionis, quia non solum
quinque milia hominum saciati sunt, sed eciam
tot fragmenta remanserunt, unde xii
cophini replentur. Sic igitur eciam ad
evidenciam miraculi facit, quod plus
remansit quam a principio fuit. Et secundum
Cirillum. Sic factum est, ut sic esset
virtutis manifestata, quod opera caritatis
in proximo obtinent renumeratam re
tribucionem a deo. Et secundum Theophilum,
ut addisceremus quantum hospitalitas
potest, et quantum augentur nostra cum in
digentibus subveniremus. Et quod omnes
manducaverunt et saciati sunt, sit celeste
refectionem, in qua sancti plene saciabuntur.
Deus enim mandavit ut fragmenta
colligerent residua, spiritualia tibi
egentibus proderunt. Non sit dives
epulo factus, cuius reliquias non pau
peres sed canes comedebant. Cuius si
miles hoc nunc reperiuntur, et forte
peius facientes. Xii ergo cophini sunt
xii apostoli et eorum imitatores, qui
licet in presenti sunt contemptibiles,

spiritualibus tamen saciorum divinis intus sunt
refecti, qui xii dicuntur esse, quia fidem
trinitatis per eos erat predicanda in qua
tuor partibus mundi. Et secundum Albertum
xii cophini sunt reliquias xii apostolorum,
in nos redundantes fragmenta conser
monis dei per eos in nos donata sunt
reservata in cophinis, sic in cordibus
xii apostolorum et in doctrinis de quibus
dominus precepit ut colligerent, in mecorias
cordium et in cophinos codicum ut non reponerent
non perirent. Apocalipsis. Quod vides
scribe in libro et mitte septem ecclesiis.
Ecclesie etiam qui ad preceptum Christi fragmen
ta panum per apostolos colligunt et reser
vant. Elicitur quod sacre scripture mysteria
non sunt passim revelanda. Et enim
Regum super xii prophetas. Tamen vir certe
vidit non solum multos sed fortes,
et qui oppressi sunt inopia. Et in tem
poribus doctorum rabiem pressisse ut accipiat
primum in medio, et omnia prima nunccia
bus faciat, pauperes deuitet in portis
et audire contempnat, taceat illo tempore
ne det scilicet canibus et mittat marga
ritas ante porcos, qui cum semper
conculcent eas. Queritur quare in collectione
fragmentorum non fit mencio de piscibus,
sed tantum de panibus. Una racio litteralis
est, quia consuetudo est quod comedentibus
plus remanet de pane quam de alio
quovis ferculo, et ideo probabile est quod pi
sces omnes comederunt tamquam magis
sapidos, et etiam si aliquid remansisset
de piscibus, evidenter non multum in
venerunt scribere, sed de panibus tantum,
in quo etiam intelligitur aliud accessorium.
Alia racio est mystica, quia secundum Bedam
illi panes quinque sunt quinque libros Moy
si, i. legem, qua vulgus non capit totam,
sed tantum precepta, et dimittit consilia,
ex quibus replentur cophini, i. viri
apostolici. Sed in duobus piscibus secundum
Augustinum qui saporem prandebat panum
significantur due persone, quibus populus ille
regebatur, scilicet regia dignitas et sacer
dotalis. Igitur veniente Christo de quinque
panibus legis, in littera remanserunt
fragmenta intellectus, et multo plura quam
in quinque panibus apparuit. Sed de piscibus
nichil remansit, quia reges et sacer
dotium iudeorum tunc cessavit. Genesis xlix

lex et prophete usque ad iohannem lex dan xo /
Luc. veniet sanctus sanctorum cessabit vnctio /
vestra Dan. quoque quod secundum albertum prop-
hetam allegorice quinque panes sunt
quinque leges diuersis proposite. vna scilicet
exterior que est lex creaturarum diuine
ministrate in mente dei / ad qua homo
rectificatur. Alia in corde que est lex na-
turalis inscripta, scripta in corde hominis terrena
scripta que est lex mandatorum dei scripta
in petra [illegible] que est lex humilis et hu-
mana apud hominem genuit tercia que est
lex caritatis que sine et sine nescit quia
ex affectu fluit, quinque possit et expedit.
Isti sunt quinque panes quibus viuitur
in hac vita / de talibus panibus dicitur
genesis xl. vidi tria canistra super caput
meum, et in vno quod erat excelsius
portare me omnes cibos qui sunt arte
pistoria. Tria canistra sunt tria legum
vasa scilicet mentis diuina / humana et liber scripturarum
/ in quibus sunt isti quinque panes .i. v.
leges naturales in canistro mentis diuine
continetur vna que est consulenda. Due in
canistro mentis humane scilicet lex naturalis et
caritatis. Due cetera in canistro librorum
scripturarum scilicet mandatorum dei et humana
qua opus hominem ex parte pacto-
ris et iudicato perduxit / ut dicit tullius de
offi. isti panes faciat, et arte pistoria
tantum est legum in pistoria sunt Alio
et allegorice quinque panes secundum eius /
sunt quinque doctrine librorum moysi. in
quibus continetur dignitas patriarchalis
quo ad benedictionem seruandum qui est panis
primus. Continet exitus de egypto et
mundo per imitacionem quam operacionis in se-
mine benedicto / quod est panis secundus.
Continet etiam et modum sacrificiorum sacerdotium
qualiter sacrificium homo offerat deo
mundiciam stam deo placentem / hic
est panis tertius. Continet nimis (?) preter
genium ad bellum / qualiter viribus armis
luctetur in bello contra vicia, et firmum
robur accipiat, quod est panis quartus.
Continet legis iteracionem qualiter a vetusta-
te veteri in nouam legem gratie transeat
/ quod est panis quintus. Cum quinque panes
apostolis turbis ministrandi committuntur /
quibus panibus duo pisces adiun-
guntur legis diuina dulcoratores / quorum
vnus est spiritus ad legem implendam gratiam
conferens / alter autem est dulcedo caritatis
legis austeritatem non sentiens. Et hic status
est in festa xrio / unde oblata est piscis
et fauus mellis, piscis dulcis spiritus
consolationis fauus mellis dulcedo de-
uote caritatis. Spiritus enim operatur in cor-
de xrio caritas omnia dulcorans. Gen. 29
videbantur ei dies pauci pre amoris
magnitudine, pisces vero dulcoratores scriptorum
quinque librorum moysi sunt intellectus mo-
rales qui latent in aquis hystorie
de promissis legis alij qui capiuntur in cupa
sub ceremonialis obseruantie, quod significatur. Ezech.
ultimo unde dicit Erunt pisces multi satis
/ Alio est allegorice secundum eius quinque panes
sunt quinque gratia gratiarum aliarum spiritualis re-
fectio. vna gratia est contra peccatum
/ que est gratia sacramentalis quam dedit esse
spirituale filius dei. Secunda gratia est virtutis
spiritualis confortans potenciam ad bonum operis
Tercia gratia est donum sancti spiritus. Data
scilicet gratiam in adiutorium potentiarum et virtutum
ut virtus non satis preualet. Dona
adducat perfectionem. Quarta gratia est fructus
spiritus. per gustum diuinum tollerabile fa-
ciens peregrinationem et exterius faciens bo-
nes [illegible]. et illa gratia eminat ad gallis
vo per xrm fructus qui seruantur per xrm
pauens [illegible] Ecclesiastici 26. Quinta est
gratia beatitudinis que eminatur ad vo-
gra? respectu adhuc sublimitate prime felicitatis
secundum perfectissimum statum intellectualis et diuine
virtutis in nobis, pisces autem dulcoratores
ista quinque gratia panum, scilicet gratiarum sunt duo
quibus coniungitur restitudinem gratie, quorum vnum
est gustus interne dulcedinis secundum
autem est tentationem quoniam in dulcedine
mentis secundum gratiam agentis [illegible] per in-
mentes secundum gratiam agentis. Ballo vero fructus
vita vocatur fructus
spiritus sunt sicut vbi ambrosius in glosa hec
virtutes fructus dicuntur quia delectant possessores
suos in presenti et facta delectant
Cor. de re dicitur contra re. Ecclesiastica 22
licet est tentationem quoniam vere et sunt pi-
sces de quibus dicitur Iosue per pisces
mare qui perambulat semitas ma-
ris et sine omnis semitas aquarum
quam cordis ad dulcedinem transit
et reducunt. Quarto est allegorice
secundum eius quinque panes sunt quatuor
doctrine euangeliorum. scilicet Regalis dignitas
qua exequitur matheus. vnius scilicet
virtutis que depredita reparatur / et prin-
cipaliter in lucas qua exequitur marcus
sacerdotum vita et passio qua exequitur lucas

artificiose virtutis et altitudine sum seriali
complexionem quam exequitur iohannes Cantica autem
gratia est expositio horum quatuor quam
exequitur paulus et alii apostoli in doctrinis
aliorum librorum novi testamenti. Iste enim
quinque doctrine sunt panes vite et intellectus
Pisces autem horum panum scilicet evangelice do
ctrine et epistolarum sunt duo sacramenta
in eis principaliter contenta scilicet passio et resur
rectio. passio enim dulcedinem redem
ptionis. Resurrectio vero dulcedinem beati
tudinis. Primus significatur per piscem
qui ascendit ad hamum petri qui
habuit in ore staterem quem persolvit pro se et
pro christo. piscis sit passionem, stater
autem significat christi animam, que per petro
habet est, pro summo pontifice soluta est
et pro christo pontifice est toto ore ipsius in ministerio
Secundus autem piscis significatur per piscem thobie
cuius fel illuminat thobiam seniorem
et compescuit a sara demonem,
fel enim christi resurgentis amaritudinem
designat passionis, per quam intravit
in gloriam resurrectionis et per eandem inducit
nos ad lucem eternam recipiendam. Cor
vero significat christi caritatem que a sara
sponsa thobie. et est tota ecclesia.
compescuit demonem contra morantur
sicut eius inveniuntur. Quinque panes.
Primus compunctionis in lacrimis qui est pa
nis pene de quo in psalmo Cibabis nos
pane lacrimarum. Secundus panis contritionis
scilicet satisfactionis iusticie de quo 3 Regum ultimo
Dabis ei panem arctum et aquam breve
donec revertar in pace. Tercius est panis
quotidianus scilicet praticus eucharistie de
quo dicitur panem nostrum quotidianum
vel supersubstantialem da nobis hodie.
Quartus est panis vite scilicet panis gratie
de quo eccli. xv. Cibavit illum pane
vite et intellectus et ysaie 55 panem
nostrum comedemus et vestimentis nostris
operiemur. Quintus est panis pinguis scilicet
devotionis et consolationis interne de quo
Genesis 49 Aser pinguis panis eius
et prebebit delicias regibus. Horum
panum moralium pisces sunt duo bona
vite dulcedine affluentia, quorum unum
est spes eterna remunerationis. Secundum per
gustatio quedam interne et eterne refectio
nis Spes enim ex eterna expectatione
delectat. Vero ut eclam in spe filiorum

dei per rex regnabit nos in spem vite
Hebr. 6o spem sicut anchoram habemus
anime tutam ac firmam et incedentem usque
ad interiora velaminis. Degustatio interne
et eterne felicitatis ysaie 58 Sustollam
te super altitudinem terre et cibabo te hereditate
iacob patris tui. dicit christus nam et catelli
edunt de micis que cadunt de mensa dominorum
suorum. Iti sunt pisces de quibus dicitur dicit
christo quem elegerunt bonos in vasa sua
Isti 5o panes et ii pisces suffecerunt ad
refectionem evangelicam. Secundum autem alexandrum
in hiis quinque panibus designari possunt qua
tuor virtutes cardinales et quinta virtus
scilicet caritas que omnes perficit. Est enim primus
panis prudencie. qui reficit nostram
rationalem eccli. xv Cibavit illum pane
vite et intellectus. Secundus panis est temperancie
qui reficit nostram concupiscibilem, et hic
est panis vite eccli. 31 Sanitas cor
poris et anime sobrius potus Et 3a in
multis escis non deerit infirmitas,
Tercius panis est fortitudinis qui roborat
nostram irascibilem, hic enim est qui cor
hominis confirmat, de quo Gen. 18.
ponam buccellam panis et confortetur cor
vestrum Quartus panis est iusticie. quo
omnes debemus esurire dicitur ut Beati qui
esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur
Et hii quatuor panes debent
esse in quolibet vere penitente nam
in vera penitentia debet esse temperancia. arcens
petita iusticia puniens perpetrata pru
dencia deliberans futura et fortitudo
assuans in gratia Quintus panis est caritas
et hic est panis sapidissimus quia caritas
omnia laboriosa sapida facit et ideo
significatur iste panis per mana quod habebat
omnis saporis suavitatem. Vel moraliter
per quinque panes ordeaceos intelliguntur
quinque bona spiritualia quibus anima reficitur
a deo in presenti. Sicut enim in domo patris
familias solet esse multiplex panis
scilicet pauperum famulorum filiorum dominorum et
amicorum Sic in domo dei que est ecclesia
sunt diversa genera panum spiritualium. primus
est panis nature et abstinencie corporalis
hic est panis pauperum a peccatorum, quem
enim pane dominus largitur et peccatoribus
qui vere pauperes sunt, de quo dicitur genesis 30
In sudore vultus tui vesceris pane tuo
Et ysaie 30 dabit tibi dominus panem arctum
et aquam brevem istud pane demum pau-

pebuis quietat p valuq q fea nostra
sunt deo grata nam alis opa nostra
bona deo no placent / nisi sint cleo
siuis ornata Secuq panis est pnie lu-
ctualis / hic est panis famulorz de quo
dr in ps fuerunt m lacrime mee pa
nes die ac nocte Et itm cibabis
nos pane lacrz et potu dabis nob
in lacrimis in mesura s mortuus x p
iuo culpaz / quia quando deletatz
est in pctis tm se dz affligere i pnie
lamentis / hic pane dat dns p pla-
tos pdicantibus / inducendo ad qtricom
et iniungendo pniam Tercius e panis
intellectualis 7 doctrinalis / hic e panis
filiorz / de quo ait xpo no est bonu
sumere pane filiorz &c Et etiam xpo
cibauit illud pane vite 7 intellectus
/ hic pane mipit dus fidelibus pp
latos 7 curatos / vbm dei pmando /
et vnu quemq p modulo suo pascendo
Quarta est panis eucaristie sacral /
hic est panis dnorz de quo in Io 6o
Ego sum panis viuus qui de celo descendi
&c / i core xi dt apls pbet seipm hō
7 sic de pane illo edat / hic panem
dat dus p platos indis 7 pctis dor
mientibus / quia in mundis et malis no
est dandus Quintus est panis dnotor
mfualis / hic est panis amicorz hunc
em prfamilias habeat in domo sua pa
ne bonu / tm 7 amicos supuenientibz
querit meliorem / de quo dr ysa 3o
erit panis frugum terre vre vberrimus
et pinguis / duo aut pisces istos pa
nes dulcorantes sunt spes veniae et
amor dei / vel intellectus et operacio /
quia sn eis nq panis est sapidus / his
duobus piscibus refecit anim mp-
sonti ecclesie ministro platorz anima felix
aia / apud qua inventi fuerunt isti pa
nes 7 pisces ut de ea dicat / Est puer
vnus hic qui hz quinq panes 7 duos
pisces / p puerz em designat fidelis
aia / dicta puer ab innocencie puritate
q in a nobilibz fideli / etl pctis ab ue xio
dr p pniam repari / ad quod assequend
requirunt quinq panes dicti / quibus in
digent penitentes ignorantes indigentes
itinerantes 7 expectantes / Expectanq
em pane alorz de quo dr luc xiiijo
btus qui manducat pane in regno
dei quis s aie saciabuntur ex adipe sumenti

Dr aut isti panes ordeacei quia oma
opa disciplinae quadam hnt asperitatem
Hebr xijo Oms disciplina in psnti qdem
no videtur esse gaudij / sed meroris /
pqa aut fructu pacatissim reddet in
psue p eam exercitatis / panis em ordea
ceus extra pungit sed intus reficit / sic
7 disciplina in psnti quidem vr pungere
sed tm reficit ppt spem vite eterne
2 corz 4o 7 dt em qd in psnti est mome
taneu et leue tribulacionis nre / supra
modu in sublimitate eterne glie pondus
opatur in nobis / no contemplantibus
q videntur sed q no videntur / pbit aut
q vnus dicit / hos panes habuisse
designatur q refectio spualis no est
n vniq i / qui est in vnitate ecclesie /
7 qui eta vm acompatr / de quo vno dr
luc xo porro vnu est neccm / p duos
aut pisces intelliguntur due sanitates
mentales quibus intellectus pascitur
salutari vitate / et affectus dei bonitate
sic em pascitur qui om rerz spaliu
vsu ordinat 7 refert ad cognicom
et amorz vl duo pisces sunt fides et
spes / fides magnus baptismi / spes
vo nutritur in aquis tribulacionu / vel sic
moraliter panes pnie sunt quinq sc
panis qpunctionis ex qsideracon peccati
panis afflictionis ex passione xpi
que ille comedit qui qsiderando pa
ssionem xi corde 7 ope se mortificacioi
subiciat / panis qpassionis ex qsidera-
con defectuu 7 miseriarz proximi /
panis doloris 7 timoris ex qsideracon
futuri supplicij / panis suspirij et deuo
cionis ex qsideracon dilacionis celestis
gaudij et pmij / Omnes isti panes sunt
ordeacei / co qd sunt in asperitudine su
mendi / pisces aut duo sunt spes ve
nie 7 dulcedo vite eterne Refectionis
aut eterne quinq sunt panes ad quos
suspiramus 7 ex quibus reficiemur / primus
amorz vnus est in presentia dei Secundus
e pulcritudo visionis faciei dei / Tercius
est societas alorz uel quorz sanctorz
est sors btorum nre / Quartus e gloriam
celorz qui cu xpo regnat in celis
Quintus est dulcedo inturne btitudinis
/ qua hic paruis expiri / In ordeis his
ordeum est dilatacio suspirans ad ista

dulcedo vero duorum primorum, rectitudo quae
et certitudo fidelitatis omnino vel moratur.
quinque panes sunt quinque quos dominus dat nobis
ad spiritualem refectionem quinque sensuum. primo
dat praesentia, quo pane reficitur visus
dum videt omnia transitoria esse et caduca.
secundus panis quem dat sunt praeterita, quo
pane reficitur auditus, cum audit quod omnia
transierunt velut umbra et ideo spernit ea.
tertio dat futura, quo pane reficitur
odoratus cum cogitat mortem futuram
et inferni pericula, et ideo se comprimit operi-
bus virtuosis. quarta dat spiritualia aeterna
scilicet bona caelestia, quo pane saciatur gu-
stus quia per amorem eorum omnia con-
temnuntur. quinto dat flagella, quo pane
saciatur tactus cum per flagella movetur
ad dilectionem dei et contemptum mundi.
pisces autem sunt isto modo constant cogni-
tionem quae illuminat intellectum et dilectionem
quae inflammat affectum. cognitio autem primis
tribus dat saporem, quia cognoscendo praesentia
intelligit, futura providet et praeterita recor-
datur. dilectio vero duobus ultimis
dat saporem quia diligens deum
per amorem et degustationem caelestium
et in flagellis delectatur. primus autem
panis ordeaceus quo peccator vere pe-
nitenti est contritio in corde. secundus est
pudor in confessione. tertius est ieiunium in satisfactione.
quartus oratio in mente. quintus pietas
in opere. duo vero pisces condientes ordea-
ceos panes primo sunt timor qui capitur
in passione mali et poenis inferni, et
spes quae capitur [illegible] paradisi.
R sed cogitantur quia non condigne passiones
huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur
in nobis. Ad romanos viii°.
Illi ergo homines cum vidissent quod
fecerat signum dicebant quia hic
est vere propheta qui venturus est in mundum.
Postquam signo visibili de intimo corporali-
ter pavit, effectus signi in turbis
triplex. primo quantum ad fidei professionem.
secundo quantum ad intentatam honoris ex-
hibitionem. et Iesus ergo cum cognovisset.
tertio quantum ad diligentem inquisitionem
ubi. ut autem pro [illegible] factum esset. circa primum
dicitur quod est quasi ex ore indoctorum dic-
tum. signa [illegible] non
est propheta. erat autem olim consuetudo ut
prophetae multa signa facerent. unde de sanctis
viris signis videbat prophetiam cessasse.

Cum vero signa viderent reddita est prophetiam
extitisse. unde tamen de ipso miraculo pro-
fitebantur quod dominum prophetam dicebant. Et ideo
dicit Beda. Illi ergo homines scilicet qui saciati fu-
erant ex quinque panibus dicebant quia
hic est vere propheta. et nondum tamen ad perfectam
fidem pervenerant quia cum tamen prophetam
credebant qui etiam est dominus prophetarum, nec
tamen ex toto fallebantur quia et ipse dominus
se prophetam nominat. Luce [illegible] ergo quod eum prophetam
vocant, apparet quod semper plene credebant
quia prophetam vocabant quem deum non no-
verant. Et secundum Augustinum super Iohannem Christus
et propheta fuit et dominus prophetarum, et angelus
fuit et dominus angelorum. [illegible] nam quod praesentia
annuntiat angelus erat, sed ex eo quod futura
praedixit propheta erat, sed ex eo quod verbum dei
caro factum est et aliorum prophetarum dominus erat.
[illegible] cum propheta sit verbum dei. pro quo notandum
quod propheta dicitur videns, primo Regum ix. clama-
uit. dicitur propheta olim videns vocabatur.
visio autem ad viam cognoscitivam perficitur.
In Christo autem fuit triplex cognitio scilicet
et primum erat sicut aliqua similitudine
cum prophetis in quantum in imaginatione Christi
formari potuit aliquas species similes quibus
occulta vel futura putarent propter
passibilitatem quae sibi conveniebat secundum
statum viatoris. Item cognitio intellectiva
et quantum ad hanc non est similiter cum
prophetis sed est etiam super angelos quia erat
comprehensor excellentiae qua aliqua
creatura. Item cognitio divina et quantum ad hanc
fuit prophetarum et angelorum inspirator tam-
quam cognitio causatur per participationem
verbi divini. Si ergo obicitur quod propheta non est
comprehensor qui videt in claritate,
prophetae vero vident in speculo. Si ergo Christus
fuit comprehensor ergo non erat propheta. Dicendum
quod propheta dicitur dupliciter vel ratione inferioris
inspirationis et revelationis sicut importat
secundum quanta ignorantia, et utique ratione
et non dicitur propheta. Alio dicitur propheta ratione infal-
libilis et veracis denuntiationis, et ratione
istius potest dici propheta quia verum dixit in
omnibus et infallibiliter. unde et turbae vi-
dentur in Christo excellentiam propheticae cogno-
scere, in hoc quod dicunt vere propheta. Licet enim
multi prophetae et indocti fuerunt, unicum tamen
[illegible] expectabant prophetam de quo dicitur
Deuteronomio 18. Prophetam de gente tua et de
fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus deus
tuus, ipsum audies. Et ideo dicunt qui ven-
turus est in mundum scilicet ad ipsum salvandum.

ergo

quomodo dicitur propheta

sicut me

Hic autem non venerunt alii prophete sed solum
ad denunciandum ipsius adventum quasi er-
go dicerent: Hic est ille magnus propheta
promissus nobis a Moyse, quod impletum
in ipso asseruntur sunt et hec propter signa. Infra
vi. Christus non veniet nunquam plura signa
faciet. Luce vii. Propheta magnus surrexit
in nobis. Dominus Hugo et Albertus magnum
prophetam eum appellant a valitudine vi-
te, magnum a virtute et operum potentia
surrexisse, a lege testificante scriptura
notat idem quod propheta dicitur proprie sicut
secreta dei per inspirationem et sic Christus
non fuit propheta proprie loquendo quia scivit non
per inspirationem sed per quietam deitatis
plenitudinem quo actus sciendi futura. Et
dicitur propheta Luce ultimo: Qui fuit vir
propheta potens in opere et sermone coram deo
et omni populo. Fuit nunquam si Albertus non
ab ante dicit et undique eciam sed ab or-
tu [illegible] vir a menibus [illegible] Job primo
Erat vir ille magnus inter omnes orienta-
les. Propheta quia omnia dei secreta [illegible] im-
primo. Deum nemo vidit unquam, unigenitus
qui est in sinu patris ipse enarravit. Potens
Mathei ultimo. Data est mihi omnis potestas in celo
et in terra. In opere miraculorum et virtute [illegible]
Omnia quecumque voluit dominus fecit in celo et
in terra, in mari [illegible] Sermone. Infra vii.
nunquam sic locutus est homo sicut iste loquitur
quia loquebatur sicut potestatem habens. Luce
iiii. Et erat quod docuit. Actuum primo: Cum
autem fecit et docuerit, hic magnus vocabitur
in regno celorum. Mathei v. Coram deo.
Mathei iii. Hic est filius meus dilectus in
quo michi complacui. Infra xii. Venit vox
de celo dicens: Et clarificavi et iterum
clarificabo. Et omni populo. Luce vi. Et o-
mnis turba querebat eum tangere, quia
virtus de illo exibat et sanabat omnes. Igitur eum
laudabat turbe. Hic in multo quia in-
dignum fuit homines deo tribuere propter beneficia
[illegible] tamen laudare eum secundum
modulum suum. Si enim velimus [illegible]
[illegible] inpendere, omnia bona nostra ipsius
sunt. Primo paralipomenon xxix. Tua sunt omnia
et que de manu tua accepimus dedimus tibi
[illegible] quia ipse bonorum nostrorum non indiget
[illegible] quia cuius beneficia nostra
[illegible] excedunt facultatem. Psalmus: Quid retri-
buam domino pro omnibus que retribuit michi. Deus
hec a nobis exigit ut eum laudemus
ut exaltet non ipse sed nos. Propterea omnem
creaturam invitat ad laudandum deum.
Psalmus: Laudate dominum de celis. Et in multo

dicunt: Hic est vere propheta qui venturus est
in mundum. Primo secundum Augustinum ipse est dominus
prophetarum et [illegible] propter quatuor, quia omnes
prophete de plenitudine eius acceperunt, ut predicarent
futura. Ipse vero misit eis demum cognitionem.
Secundo quia illi quorum dixerunt cognitionem
Christo non [illegible]. Tercio quia omnes prophete co-
gnoverunt in tempore, cognovit vero [illegible]
eterna. Quarto quia omnis prophetia tra[hitur]
ad Christum. Actuum x. Huic omnes prophete testimonium
perhibent. Iesus ergo cum cognovisset quia ven-
turi essent ut raperent eum et face-
rent eum regem, fugit iterum in montem
ipse solus. Postea ibi ut autem [illegible]
posito primo effectu turbarum [illegible]
quantum ad fidei professionem subdit secundo
effectum quantum ad inventata honoris
et [illegible] exhibitionem, quam Christus
refugit. Et ideo primo ponitur conatus
plebis. Secundo fuga Christi. Conatus plebis
fuit ut raperent eum et facerent eum re-
gem. Et illud enim rapi proprie dicitur quod preter voluntatem
et opportunitatem accipitur. Primum autem erat
quod dispositione dei patris [illegible] fiat
de regno eius manifestatio. Hec autem
manifestatio nondum erat opportuna
secundum tempus nam veniat tunc, sed non re-
gnare, quod regnaturus est in eo quod
dicimus: Adveniat regnum tuum. Ubi re-
gnabit celi secundum id quod [illegible] est
Christus et in hanc manifestationem tempus
aliud ordinatum est [illegible] erit apta
claritas [illegible] eius per iudicium ab eo
factum. De ista manifestatione querebat
[illegible] Actuum primo: Si in tempore hoc restitues
regnum Israel. Credentes ergo turbe eum
regnaturum venisse volebant eum facere
regem. [illegible] ratio est quia homines fre-
quenter [illegible] in dominum volunt quia eos
in temporalibus pascat. Unde quia [illegible] eos
paverat, eum in regem facere voluerunt.
[illegible] tibi est: esto princeps
noster. Unde Crisostomus: Vide quanta est gule
virtus. Non ultra eis cura est transgres-
sionis sabbati, non ultra zelant pro deo
sed omnia remota sunt. Ventre repleto
[illegible] et propheta erat apud eos et regem
eum [illegible] volebant. Notandum
quod [illegible] facto miraculo de quinque
panibus et duabus piscibus statim
compulit discipulos ascendere in naviculam
et precedere eum trans fretum ad Bethsai-
dam civitatem Andree, Petri et Philippi
apostolorum, ut ab illo loco recederent

donec dimitteret turbas, sub forma
aliqua blandiciones et valefaciendi.
Volebat enim se separare, quia senciit quod
ventura erat ut facerent eum regem, et
ideo se separavit a discipulis inter quos aliqui
erant qui querebant et coegit eos ascendere
in naviculam, quia non libenter recedebant
absque magistro suo cuius doctrina et suavi-
tate delectati. Unde Crisostomus: Cum autem dicat
evangelista sanctus Marcus coegit, multam
dilectionem instanciam ostendit, quia non desi-
deraverunt poterant ab eo separari. Et hoc
quidem tum propter nimium affectum quem ad
eum habebant, tum quia sollicitabantur
qualiter ad eos veniret. Et Jeronimus dicit
quod hic Simon ostendit eos invitos a
domino recessisse, dum amore preceptoris
ne puncto quidem temporis ab eo voluerunt
separari. Recte autem quasi inviti et re-
nitentes apostoli a domino recessissent, ne
eo absente naufragia sustinerent.
Quia ergo Christus promissus rex futurus fuerat
in Jeremie 23 capitulo: suscitabo David germen
iustum et regnabit rex et sapiens erit, propter quod
confessi sunt eum Christum, voluerunt eum quidem
facere regem. Considerabant enim quod
ipse qui eos saciavit posset corporis neces-
sitatibus subvenire et sub illo rege vi-
debatur eis non posse egere. Putabant
forsitan se illum venisse ut tamen re-
gnaret, et volebat prevenire tempus quod
quod ipse apud se usque ad finem seculi
occultavit. Unde Beda: Turbe viso
tanto miraculo intellexerunt pium atque
potentem: pium quia pavit turbas,
potentem autem quia multiplicavit
panes, et ideo voluerunt eum facere
regem. Homines namque volunt habere regem
pium ad regendum et potentem ad tuendum.
Unde et Crisostomus: Ostendit eos quod tam facile
multos pascebant et ideo sub ipso corporali
et resolutam ac castrimargiosam puta-
bant ducere vitam qui sibi blandirent
et nullo labore vel negocio impedirent
et ideo corruptam eorum novit esse inten-
tionem et non convenientem resolute, propter
et gulositati fugit abeius. Quia quamvis bo-
num vellent, non tamen bene voluerunt. Et
hec est una racio quare Christus fugit,
existens verus rex et in lege promissus. Alia
racio quia derogasset eius dignitati
si regnum ab hominibus recepisset qui per se rex
erat, ut ait Philosophus, omnibus regibus est
principaliter. Unde per me reges regnant. Tercia

racio quia predicasset sue doctrine
claritatem et robur ab hominibus accepi-
sset. Sic enim operabatur et docebat ut tam
virtute divine ascriberetur et non favori humano.
Quarta: per suo claritate ab hominibus non
accepio. Quarta racio, ut erudiret nos
mundanas contempnere dignitates iuxta Christo
exemplum: enim dedi vobis et cetera. Unde noli
querere ab homine ducatum. Sic ergo gloriam
mundi respuit ut tamen penam sponte
subiret sicut idem Hebreorum: Christus proposito sibi
gaudio sustinuit crucem, confusione con-
tempta. Unde Augustinus: Omnia bona contempsit
Christus ut contempnenda monstraret. Omnia
mala sustinuit ut nec in illis quereret
felicitas, nec in istis timeretur adversitas.
Christus ergo scrutator cordium cognoscens
voluntatem eorum pergua precepit discipulis suis
fletare, fugit ipse solus, scilicet a turbis in montem
ad orandum et gracias patri persolvens agens,
nobis melior formam dando. Fugit ergo
dominus in montem et relicta ascendit, no-
luit enim temporaliter honorari. Quo nos erudi-
diremus ut vanam gloriam fugiamus et in
bonis que agimus humanam favoris retribu-
tionem vitemus. Unde Crisostomus: Consideravimus
quod tu dominus magna operatur, dimittit tur-
bas, docens nos nunquam gloriam que a multis
est persequi, neque attrahere multitudinem
sicut et Augustinus: Noluit rex ab hominibus
fieri, quia imperium humilitatis venit exemplum
dedit itaque nobis exemplum humilitatis et
fugiendi honores et acceptandi labores.
Quia quesitus ad regnum et honores
fugit, quesitus ad passionem et mortem
ultro se obtulit, ut cuius pro Christo pati sunt
ad adversa tolleranda, tamquam ad bladi uta
declinanda, et nec nos adversa fatigabo
deiciat aut prospera emolliendo decipiat.
Crebrius prospera a domino imploremus et
invocemus. Unde ergo laudem humanam
fugiamus tamquam horrore tamquam venenum
mortiferum et omnem cogitatum per suggestionem
nobis appetitum eius altitudinis
sub quocumque pretextu caritatis imposuerit
et orcu suo velut capud draconis in-
fernalis quatenus mortiferum in
baculo crucis et propter nostros, precipitemus ad
quicquid obprobria que asperitatis adversa
propter Christi nomine sustinenda seu sufferenda
et in despectu nostri gaudeamus propter nostros et nos
vere et ex corde reputantes a cunctis ab ho-
minibus despici. Debeamus per humilitatem
et divisam Christi passionem admonere.

renovanda qui regnum fugiens, ferem
volutare amplexus est, omnem confusionem
contempta effugit. Autem iterum in montem
in quo datur intelligi quod dominus videns
turbas de monte descenderet et circa
inferiora loca turbas paverat. Postquam
enim inde descendisset non dicitur iterum
fugisse in montem. Est secundum alterum in
hoc quod Christus fugit turbas et ascendit
in montem, dedit nobis exemplum ut quamdiu
in nobis est, fugiamus vallem mundi
et ascendamus montem celi. Est enim mun-
dus fugiendus propter tria. Primo quia locus
mundi est periculosus. Talis enim locus est
periculosus qui suos habitatores devorat
et absorbet. Talis autem est mundus.
Exemplum de Dathan et Abiron et Chore
quos vivos deglutivit terra. Unde dixit
omnibus populus Israel, quod et nos omnes dicere
debemus: fugiamus a tabernaculo peccatorum
ne forte et nos pereamus. Secundo fugiendus
est mundus quia est locus desertus
et sterilis. Ibi namque enim caret veris bonis
et permanentibus. Bona enim mundi non sunt
nisi quedam umbre et picture verorum bonorum.
Et quia mundus caret veris bonis
ideo fugiendus est a nobis et appropinquandum
est celo, ut dicat unusquisque nostrum
id psalmi: Ecce elongavi fugiens et
mansi in solitudine. Et canticorum: Fu-
ge dilecte mi et assimilare capree
hinnuloque cervorum super montes. Tertio
fugiendus est mundus quia est locus penalis
et laboriosus. Non enim permittit quiescere
suos habitatores iuxta Christum Jo. In mundo
pressuram habebitis. Ideo ipse illius fugit
iterum in montem ipse solus. Secundo dicitur
quod venit contrarium ei quod dicitur Matthei 14 quod
ascendit solus in montem orare. Ra-
[illegible] quod hec duo non sunt contraria
quia causa fugiendi quieta est causa oran-
di. Sicut enim docet nos dominus magna
esse tempora orandi tum imminet pericu-
lum tempora fugiendi. Ascendit itaque dominus
in montem velut in loco celo proximi-
orem innuens ut ad sublimia vite virtu-
tum ascendamus et celo proximi esse cu-
piamus et oraturi ut si tibi volumus orare
mentem purpuream a terrenis levemus
et solus ut non in strepitu sed in loco
quieto oremus et nos totos et vices
nostras ad deum colligamus. Et sic conve-
nit ista duo Mattheus scilicet solus et orare

mundus fugiendus est propter tria

quia solitudo amica est orationi et utilis
secundum illud Matthei 6 Tu autem cum oraveris intra
in cubiculum tuum et clauso ostio ora. Et exinde
triplex habemus exemplum scilicet a terrenis recedendi
orandi et nobis ipsis vacandi. Et est
notandus ordo quia orationem precedit dimis-
sio turbe. Dimissa enim turba scilicet tumultu
hominum affectionum cogitationum ascendit
in montem ad orandum et comitatur soli-
tudo quia solus ascendit tum in collectione
orandi et scilicet nobis ipsis vacando. Quarto
vespere facto solus erat. Ubi datur exemplum
quod homo postquam sermonem vel aliud opus bonum
debet a turbis recedere et tumultibus
et ad locum solitarium redire ut post
defectus qui contraxit ex conversatione cum
hominibus recolligat et abstergat
effectus vel scilicet quos invenit dei gloria
aspirabat. Et dicitur ascendere in montem
ad orandum ut deum ab orando gratias
reddat; enim orans dicitur interemus descendens
iacere. Unde secundum Bedam cum de divinis
et honore suo absterrat et in infimis
iacet vilis ad deum preces mittit. Dicitur
etiam vacare ut hauriat quod per gratiam
docendo effundat vel orando exercitat.
Et quia dominus sedit in monte cum discipulis
suis et videns turbam ad se venientem
descendit de monte et circa inferiora
loca turbas pavit. Et deinde fugiens
honorem regni iterum ascendit in montem
solus orare. Secundum Augustinum probabat ut
erudiret nos ne turbis commisceri con-
tinue neque multitudinem fugere semper
sed alternatim facere. Fugit etiam honorem
et ascendit in montem orare docens
nos propria mundi fugere et coram ea
deum orare. Sunt loca solitaria et
vadit ad ea. Affligit se et vigilias
longas impendit perventas in orationi-
bus et se humilians coram patre intercedit
pastor bonus pro ovibus suis. Orat
enim non pro se sed pro nobis tanquam ad-
vocatus noster et mediator apud patrem.
Orat etiam ut nobis exemplum det orandi
frequenter. Unde de illis monuit et hic
ipse comprobavit. Non orat unigenitus
deus quia sibi ei non competit orare
quia ipse est dator cum patre et spiritu sancto
sed quia in humana natura incarnatus
factus est ideo pro peccatoribus inter-
pellat. Unde orat. Consimiles esse terra per-
missa quod dominus illius vere non fecit

regni honorem fugit et declinavit. Non
sicut illi qui ne apud homines vilescant
recusant ore quod corde desiderant.
Sunt enim multi personae qui dignitates
non appetere simulant, sed tamen oblatas
manibus et pedibus amplexare cur-
runt et leta suscipiunt. Immo et quandoque
voluntarie se offerunt. Sunt et etiam
aliqui qui in dignitatibus positi
fingunt se eas nolle habere, sed mallent
per se mediatores procurant et coadiutores
querunt palliate ut possint in pristinis
honoribus remanere. Non sunt hi quomodo
Plato et Christus in dono, prout patet ex
eius facto. Aspexit enim discipulos per mare, ut
cum eis navem intravit, ne turba eum
inveniret discipulos quereret, et deinde ipsis
non advertentibus solus ascendit in mon-
tem et sic manus eorum evasit. Unde cum
quanto studio et cautela fugit et
declinavit honorem, exemplum dedit nobis
ut et nos ita faciamus. Non enim pro se
sed pro nobis fugit. Recogitet [illegible]
[illegible] quante sit temeritatis ad ho-
nores aspirare. Honor enim dema-
[illegible] est laqueus, et honoribus pon-
deribus ad subversionem [illegible] sunt ho-
nor placabimus [illegible] potentie [illegible]
et [illegible] vix enim fieri potest ut qui in
honore delectatur in precipitationem vel
periculo non sit, vel ad penam iam per in-
picio tollitur. Ambitio enim est vicium
pessimum ac causa et radix multorum
aliorum viciorum. Multos quippe hec
passio sic excecat ut etiam ea que
mille aliis manifesta sunt ipsi non
videant, sic quod in foveam precipites
et hanc deinde cadant. Et quid prodest eis
si mundum lucrentur, animarum vero suarum
aut perdant et detrimentum sui faciant.
Sed forte blandiuntur sibi aliqui am-
bitiosi sub specie lucri [illegible] quasi per
melius possent intendere saluti
aliorum [illegible] rudet Bernardus [illegible]
[illegible] quisquis sic intrans, [illegible]
[illegible] tam fideliter ministraret
quam fiducialiter se ingessit. Ut diffi-
cile fortassis et impossibile est ut ex
[illegible] radice ambitionis [illegible]
[illegible] procedat caritatis. Sed heu, quis
hodie honor et non onus querat et non
pena attendit, et honoris nomen
et non meritum tenet. Bernardus.

Currit a altero passim ab omni etate
et ordine, a doctis prius et indoctis ad
ecclesiasticas curas tanquam sine curis iam
quisque victurus sit cum ad curas pervenit.
Singula non tanta fiducia et alacritate
currerent ad honores si esse sentirent
et onera [illegible] profecto metuerent
[illegible] sub tanto periculo et labore quilibet
affectaret infulas dignitatis. Nunc
vero quia sola attenditur gloria et non pe-
na, puderet esse clericum, erubescunt in
terra se quasi viles estimari et inglorios
qui quocumque eminentiori loco non fue-
rint sublimati. Et quasi subsannando
ambitiosus dicat: Age ergo, quem in diviciis
diutissime habes, qui prefuit fecit et potentes
potenter tormenta patientur. Ascendat
superbia tua per sequere regem tuum. Sic
sublime videant oculi tui, festina mul-
tiplicare prebendas, marchio [illegible] vola,
deinde propera ad episcopatum, nec ibi quiescas
requiescere debiturus. Non sic itur ad astra.
Cum [illegible] miser an ut ab al-
tiore gradu sit tanquam gravior. Neque enim sic
paulatim descendes, sed tanquam fulguris
impetu vehementi quasi alter Sathanas
subito devenies. Unde et seque letamur ad
ascensum timeatque ad lapsum. Non est tantum
gaudium excelsa tenuisse quantum terroris
de excelso cecidisse. Timeat igitur am-
bitiosus et se corrigat ne apud homines
exaltatus et ad tempus florens flores bonos
apud deum humiliter et metuat veris
pereat tormentis. Quanto enim amplius honore
sublimatus quis fuerit, tanto maioris vir-
tutis debitor erit, aut maiori supplici-
o subiacebit. Honores enim sunt quasi
ligna ad augmentandum ignem in futura
pena. Unde [illegible] honoris quasi ma-
gnitudo hiis qui non digne vivunt
nimis [illegible] esse penarum. Et tunc
ambitiosus nullam requiem habebit
post ut in presenti habere voluit. Cor enim
ambitiosi numquam quiescit, sed vel
honorem quem non habet appetit vel eum
quem habet amittere metuit. Et ideo sic
cor eius semper movetur et rotatur tanquam
molendinum quod numquam pausat. Et
etiam per symoniam et alia mala que
sequuntur non sine gravi scandalo com-
mittuntur. Sunt autem quedam mala que
hodie multi quasi non mala sed licita
esse implicant. De quibus vide in vita x. c. 64

Ut autem sero factum esset descende-
runt discipuli eius ad mare. Et cum ascen-
dissent navim venerunt trans mare
in capharnaum. Et tenebre iam fa-
cte erant et non venerat ad eos
ihesus. Mare autem vento magno fla-
nte exurgebat. Cum ergo remigassent
quasi stadia xxv aut xxx vident
ihesum ambulantem supra mare et pro-
ximum navi fieri et timuerunt. Ille
autem dicit eis ego sum nolite time-
re. Voluerunt ergo eum accipere in navem
et statim fuit navis ad terram quam ibat.
Hic agitur de zelo affectu primo scilicet de dili-
gentie inquisitionis. Et primo quantum ad dis-
cipulos secundo quantum ad turbas ibi altera
autem die. Circa primum duo facit primo
ponit studium discipulorum in querendo christum
secundo explicat tempus ibi et cum ascen-
dissent navim tenebre iam facte erant.
Circa primum adhuc duo facit primo de-
scribit descensum discipulorum ad mare. Secundo
transitum maris ibi. Et cum ascendissent na-
vim. Circa primum sciendum quod tristibus ascen-
dit in montem nescientibus discipulis primo expe-
ctaverunt usque ad vesperam putantes eum
ad se venturum. Facta vero vespera
non ultra sustinuerunt eum non inquirere tan-
tum eos detinebat amor. Et ideo dicit
Ut autem sero factum esset discipuli eius descen-
derunt ad mare ut quererent ingressum
qui ab eis recesserat ut predictum est
quia propter accelerationem alios non
expectavit et propter absconsionem conditionis
fieri noluit et propter instructionem ut osten-
deret quod in susceptione honoris ab aucto-
familiaritatibus non est petendum. Quod
in quo visitatur id quod dicit Eccle. iii. Immi-
nuerunt domestica eius. Ex hac etiam
patet devotio discipulorum ad christum quod propter
noctem imminentem non destiterunt eum
querere. Mistice vero per sero diminutio
passio vel ascensio designatur. Quamdiu
enim christus presentia corporali cum discipulis
fuit nulla eos turbatio deprimebat
nulla amaritudo vexabat. Ut ipse non
possunt filii sponsi lugere quamdiu est
cum illis sponsus. Sed eo discedente
ab eis descenderunt ad mare id est ad tur-
bationes istius. Ps. Hoc mare magnum et
spaciosum manibus. Sed quia amor
quo ignitus erat non sinebat eos
dimittere presentiam domini. Circa primo subditur

eos diligebat cum discipulis. Et cum ascendissent navim
venerunt trans mare in capharnaum qui
voluerunt venire quia credebat illic
esse christum propter quod subditur. Et tenebre
iam facte erant. Christum enim ex alia parte
maris liberaverat usque ad noctem ex-
pectaverunt. Et non venerat ad eos ihesus
scilicet propter quod credebat christum mare tra-
nsisse in eis. Ciuos non in tantum exprimit
evangelista scilicet ut per hec fervorem eorum
ostendat amorem. Non enim vespera neque
nox eos detinuit. Secundo alii dicunt aliquis
quod ingressum solitarium dimiserunt primo
quod reprehensibiles fuerunt. Item hic dicit
quod discipuli venerunt capharnaum maris
tamen Marcus dicit quod precepit eis ut venirent
bethsaidam. Videtur autem primum qui
ut dicitur ait Crisostomus dominus iussit et
compulit discipulos suos ascendere in navim
et ideo non fuerunt reprehensibiles quia
quod obedierunt. Ad obiectum dicendum
secundum quod Marcus nominat villam proxi-
mam ad quam autem illa ad quam vole-
bant ire. Mistice vero tenebre defectum
caritatis designant. Lux enim caritatis
est. Sicut id per Iohannem primo qui diligit
fratrem suum in lumine manet. Tenebre
ergo in nobis sunt quando non venit ad nos
illud lux vera ut supra primo in tua
presentia omnes tenebre expelluntur. Quibus
traxit autem si christus tamdiu discipulis
primo quam ut sentirent quid esset
ex absentia. Quod quidem experti sunt
in tempestate maris. Ieremie secundo
et vide quam malum et amarum est
te dereliquisse dominum deum tuum. Secundo
ut eum diligentius quererent. Cantica
primo. Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima
mulierum. Quo declinavit et querimus
eum tecum. Quantum autem ad transitum dicit
Mare autem vento magno flante
exurgebat. Ubi primo ponitur tempestas
maris. Secundo apparitio christi et ipsius
apparitionis ibi. Cum ergo remigassent. Et ter-
tio apparitionis effectus ibi. Et timuerunt. Et tempestas autem in mari
causabatur ex flatu venti. Et ideo
dicit Mare autem magno vento flante
exurgebat in altum. Ex quo patet
desiderium eorum perfectum in christo quia
propter tempestatis pericula non differebant
ad eum venire. Mistice vero per ventum
ista flatus temptationis et persecutionis quod sufficit
est ex hoc propter defectum caritatis.

secundum Augustinum, quia caritas refrigescit, inde
fluctus augentur et turbatur navis, ut
in illa venti tempestas, fluctus et tene-
bre id agebant ut vel navis non primo
vel … soluta mergeret, quia qui perse-
veraverit hic salvus erit. Augustinus: Christo etenim
uno flaverunt venti et irruerunt in
domum et non cecidit; fundata enim erat
super petram. Apparicio autem Christi non fuit
statim in primo tempestatis, sed post ali-
quod spacium. Et ideo subdit Cum remiga-
ssent quasi stadia 25 aut triginta.
Stadium est octava pars miliarii, et sic
quod 24 stadia faciunt tria miliaria et
unum stadium. Stadium enim est spacium
125 passuum, quia Hercules gigas
tantum id spacium currebat in uno anhe-
litu, stabat, et ideo ipsum a stando
appellabat. Subdit: Vident
Ihesum ambulantem supra mare, non quod
fuit corpus fantasticum ut dicebat
Manicheus, sed virtute divina fecit am-
bulare, quia et Petrum eadem virtute
fecit ambulare super aquas, ut dicit
Augustinus sermone, qui corpus fuit ponderosum
et grave. Quod ideo fecit ut daret
intelligi quod deus patitur nos ad tempus
tribulari, ut virtus nostra probetur,
finaliter tamen et in necessitate non deserit,
sed nobis proxima fit. 1 Cor. 10: Fidelis
deus qui non patitur nos temptari
supra id quod possumus. Secundum autem Augustinum
25 stadia que remigat, sunt quinque
libri Moysi … qui numerus quadratus
dicitur, et in eo quinquies multiplicatum
sunt … in se … reddit, ita quinque
quinquies sunt viginti quinque. Numerus autem
multiplicatus reducit se ad radicem …
… sic per … stat vetus lex. Ita
et per 25 … vero stat perfectio
novi testamenti quod decorat legem …
… ipsa quinque multiplicentur per … qui
est unus perfectus … unus ter-
narius ad 30. Ergo qui remigant
25 aut 30 stadia, qui implent
legem vel preceptum evangelii, veniunt …
caritas … timores …
… Dominus …
potestati maris, motum autem fluctuum
tu mitigas … videbimus Christum
proximum navi fieri, quia divini auxilii
approximat secundum illud psalmi: Prope est dominus
omnibus invocantibus eum …

appropinquat, quod qui recte Christum querunt, sicut eum
viderunt … aut … Christum desidera-
bant, quod patet ex tribus, scilicet ex ipsis
tenebrositate, ex maris tempestate
et ex distantia portus, … non obstan-
tibus ad eum ire conabantur, et ideo
Christus affuit eis. Notandum est secundum Albertum
quod approximacio misteria … designat
incarnacionem Christi. Deus enim ante incarna-
cionem quasi longe erat ab homine, per in-
carnacionem autem quasi homini appropinquat,
quia per incarnacionem appropinquat tenebrosis
lux, captivis redemptio, infirmis sa-
nitas, mortuis vita. Christus … appropin-
quans per incarnacionem non venit vacuus,
sed omnia secum portavit. De ista appro-
pinquacione dicitur Ysa. 62: Ecce salvator
tuus venit, ecce merces eius cum eo. Et
alibi: Prope est ut veniat tempus eius
et dies eius non elongabuntur. Et nota
quod deus creando hominem appropinquavit ei per po-
tenciam, in incarnacione vero appropinquat
ei per naturam. Et ex hac duplici appro-
pinquacione duplici honore decorat hominem:
… in prima appropinquacione honorat hominem
faciendo ipsum ad ymaginem dei, in se-
cunda autem appropinquacione honoravit hominem
se ipsum faciendo ad ymaginem hominis, immo
se ipsum faciendo hominem. Secunda approximacio
est designativa gratuite afflacionis.
Licet enim deus sit prope omnia quantum ad
essenciam, potenciam et presenciam, tamen quantum
ad graciam tantum est prope iustos et longe a
peccatoribus, secundum illud psalmi: Longe a
peccatoribus salus. Tercia approximacio
est designativa supernalis et …
operacionis …
… in qua appropinquacione
Christi ad discipulos triplex miraculum …
scilicet ambulacio super mare, tempestatis
cessacio, et navis distantis ad portum
deductio. Ut distancia quod fideles ex Christi
appropinquacione timore mundi quasi mare
plenum fluctibus tribulationis calcant
et velociter ad terram viventium transeunt,
secundum illud psalmi: Spiritus tuus bonus deducet
me in terram rectam. Consequenter cum sub-
ditur Et timuerunt, … effectus
apparicionis. Et primo interior, secundo
exterior, ibi Et statim fuit navis
ad terram. Effectus interior fuit timor,
et ideo ponitur primo. De illo timore con-
ceptus ex subita Christi apparicione …
dicit Et timuerunt, pro bono timore

qui tangatur ex qualitate verborum xpi/
noli altum sapere sed time/ vel malo
timore/ quia ut ait crisostomus estimabat
eum fantasma esse/ propter quod trepidaverunt
timore vero non erat bonus/ qui timor
proprie carnalibus competit quia
spiritualia expavescunt/ Timuerunt quo-
que periculum aque/ tum quia credebat
ne esset quid fantasticum/ Videns ergo postea
confortavit contra duplex periculum/ primo
contra periculum fidei in intellectu/ et quantum ad
hoc dicit ego sum quasi dubitacionem
eorum repellens/ Luc. ultimo videte
manus meas et pedes meos quia
ego ipse sum/ Secundo contra periculum timoris
in affectu et quantum ad hoc dicit nolite
9ª fr timere/ scilicet quia possum vos eripere
de periculo aque/ Tercio nota primo nec ti-
meas a facie eorum propter dominus illuminatio
mea et salus mea/ si consistant adversum me
castra non timebit cor meum/ Tercio
ponitur discipulorum assecuracio/ quia voluerunt
eum recipere in navim ut securitas esset ex
eius presencia/ Et per hoc quod voluerunt eum
recipere in navim significatur quod qui timorem simul
a cordibus nostris excludit/ tunc recipimus
xpm amando et contemplando/ Apostolus
Ro/ ego sum ad ... et pulsum si quis
Effectus autem exterior fuit quantum ad navem
que sedata tempestate statim fuit ad
terram cum multum ab ea distaret/ non enim
fallacem sed tranquillam prebuit eis na-
vigacionem/ et voluerunt magis miraculum
operari navem non ascendit/ et navis
statim fuit ad terram ad quam ibat scilicet
in capharnaum/ et sic patet apparet triplex
miraculum/ primo quia super aquas am-
bulat/ Secundo quia tempestatem sedavit/
Tercio quia in brevissimo tempore fuerunt
in portu a quo multum distabant/
Secundo solet hic queri utrum idem sit factum
quod hic scribitur et aliud/ Crisostomus dicit
dicit quod non/ primo quia ibi dicitur
quod discipuli ex precepto xpi navem intra-
verunt/ et hic dicitur quod ex propria voluntate
fecerunt/ Secundo quia ibi dicitur quod veniens
ad eos super mare intravit navem/
hic autem non dicitur/ Tercio quia ibi dicitur
quod appropinquaverunt in terram genazareth
hic autem dicit quod appropinquaverunt in capharnaum
et ideo dicit quod est aliud factum/ quibus
plenitudinem in multis tradidit illo/ nec est
mirum quia xpus frequenter legitur
plura miracula fecisse/ Augustinus vero dicit quod idem

quia matheus post refectionem hec narrat
sicut apparicionem xpi super mare/ sic et Jo-
hannes ut augustinus sequi/ patet solucio dicta
Circa ad primum patet dicendum quod xpus precepit
suis discipulis ut sic patet ad sufficienciam
et interim illis ignorantibus ascendit
in montem orare/ et ipsi exspectaverunt
eum usque ad vesperam/ et tunc videntes
quod non veniret crediderunt ipsum alibi
transisse propter quod ascenderunt navim
propria voluntate ut quererent eum et sic non
est hic contrarietas/ quia secundo xpus preceperat
ut dicit matheus quod postea ipso ab-
sente propria voluntate executi sunt/ ut hic
dicitur/ Ad secundum dicendum quod loquitur non ne-
gat xpm navem intrasse/ sed dicit quod
voluerunt eum accipere quod apparuit eis
sed tunc non intravit sed ibat extra
navem/ et petrus peciit ad ipsum ve-
nire super aquas/ ut dicit matheus
et postea cum petro intravit navem
Ad tercium dicendum quod genazareth non est
nomen civitatis sed regionis super illud
mare existentis/ et dicitur genazar quasi
generans auras propter ventum ibidem
ex mari generatum/ In illa autem regione
est civitas capharnaum/ et ideo venire
in capharnaum est venire in terram gena-
zar/ sic venire in parisius est venire
in franciam sive in terram francie/ vel quod
matheus dicit et statim navis erat
puta dicente domina/ contra ad quam ibat
scilicet bethsaidam contra genazareth
et Johannes dicit de loco venisse trans
mare in capharnaum non est contrarium
quia bethsaida et capharnaum in eo
littore sunt/ et forte discipuli
venerunt in medio utriusque/ medium
autem ab utroque extremo possunt denomi-
nare/ vel vento pellente vene-
runt primo capharnaum et postea inde
bethsaidam/ et sic a deserto bethsaide
id est quod pertinet ad illas civitatis beth-
saide in quo deserto dominus turbas pa-
vit quia iuxta civitate/ et deserto per-
tinens ad civitatem/ est mare sive
stagnum medium/ Nota plurimum
legitur de loco naviculam fluctibus
et ventis exagitatam/ sed nunquam
submersam/ Sic tamen deus adest
suis in tribulacione quia permisit eos
ibi esse/ xpm Ambrosius tribulacio continuus sentiat
tribulacio/ non mereris te derelictum

sed memineris esse scriptum ipso sum in
tribulacione et ego in tribulacione quando dus
exquiram. Bonum in tribulari dne dno
ipse meum propera regnare sum te vel
epulari. Mystice vo navicula e cuiu
uel alilibet fidelis aia que fluctibus
persecucionum et temptacionum pulsa, modo in
hereticis modo in tyrannis modo in fictis fratris
tunditur et turbatur. cum ad patriam cele
stem tendere conatur. ventus contrarius
magnorum spirituum flatus. labor eloru
in remigando laboribus designat si
delium ad quietem celestis patrie p
venire conancium. Sed dns videns labo
rantes caritatis intuitu corroborat
et aliquando manifesto adiutorio liberat.
non enim aufert auxilium et si differat
non derelinquit. et si aliquando periculis
exponat diluculo aut appropinquat.
dns super mare ambulans et periclitantes
fideles quartis venit ad eos. Quarta vigi
niccionem ad primum principium lucem lucem ere
xecit. ad eum dns. qui sicut lucifer
matutinus omnes tenebras pellit. et
pericula temptacionum cessare facit. Deo
enim presente pacificatur aia. et fit tranqui
la. quia vbi videt navicula non torpen
tes vehit sed fortes et magnates fra
qui in terra non desidiosi et molles
sed fortes et in bonis operibus perseuran
tes pueniunt ad portum salutis eterne.
Moralis vo mare mundus est. navicula
pena vel crux xpi. motus aut maris
est motus temptacionum deli sunt. inam
quia pena que est preparacio crucis
et passionis xpi non quiescit nisi delos
et tamen non est in nam. quia pena
non indiget. eo quod aquas conpresse tal
cavit. Ecce est sa tabula post naufra
gium. sm Ierom. in qua inulti veniunt.
ad littus solide eternitatis. Ihesus
auctor salutis. inducit tranquillitatem
quia sedat temptacionem. Turbe admi
rantur. quia nichil tales tranquillite
nisi se experiunt. quia non est pax impiis.
Petrus ambulans super aquas. vel ma
le passus est. ab aqua sed a vento
qui cum fere submissit. sic homines de
ambulando super aquas mundi. p
contemptum diuiciarum que ab eis mali
patiunt. tamen debent tunc pericula venti
superbie et elacionis p contemptum eorum
exurgentibus. Qui debent illi timere
qui sunt in angusta pena vel religione
et terrena dimiserunt. et p decibus.

affeccionibus et descendens quibus ama
gradiur. et super aquas ambulat. ne ve
to superbie agitentur. et submergantur.
vn primo homo decimum est Dnam vm
qui que sunt super terram. Ite moralit
navis est corpus humanum. in quo aia
sicut nauta in navi que fluctibus pas
sionum ire et concupiscentie que in organis
corporalibus sunt frequenter impellitur
et aliquando periclitatur. nam motus passionis
aliquando subuulit iudicium racionis. Sed cum
dns appropinquat ad cor p gratia sui mox
vincit viciorum et adversitates mundi sine
spirituum malignorum bella et impetus
passionum quiescunt. Sed quid decam
bulacione domini super mare. ex qua parte
fuit miraculum. an aque supportantis
vel corporis superincedentis. a quae cuia
que miraculum non audit turbis. Reo
quidam dicunt quod fuit ex parte corporis. quod
p illo tempore dotem assumpsit. agilitatis
Sic dicit Hugo. Alii dicunt quod ex parte aque que
se sub pedibus creatoris fecit calcabilem
p(re)buit. et accipit agere. Sed melius
est utroque modo. quod in natura pura et perfecte
saluata. diuina virtute corpus superesse
bat aquis magis aut manifestat
delis quam turbis. quia sic discipuli
procedebat miteria. adore ut magis sic
coram aspectu miraculorum. in multa eius
audit in secreto. Sic igitur ambulat
super mare sicco vestigio non infusis
pedibus. sicut super terram. non quidem
assumpta agilitate. sed corporis grauitate
et aquarum liquiditate manente. Magno
uit eam creatura. pro suo creatorem. cuius
ad potati subiecte sunt omnes tribulaciones
mundi. Vn miraculose hec fecit. sicut
qui virgo manens virgo peperit. et qui cor
poris soliditate p clausa ostia dns in
travit. Illum autem appropinquantem discipuli
videntes. cum turbati sunt. et clamauerunt
p(re) timore sicut dicit. Matheus. putantes
esse fantasma. i. apparicionem rei non
existentis. vel aliquem spiritum nocere volentis.
cum tamen iam viderant eum tanta miracula
fecisse. quod credere debebant ipsum super aquas
posse ambulare. Et quia ut ex his
apparet. parue fidei erant. ideo vole
bat eos preterire. i. ad modum volentis
se habebat. eo modo sicut post resurreccionem
ambulans cum duobus discipulis finxit
se longius ire. quia non cognoscebatur
tales enim apparicionis. sunt conformes sm
disposicionem interiorem eorum. quibus

audiuit / Ideo et ad horam preterire vole-
bat, ut dilata gratia magis grata
fieret, et liberacio dulcior esset sic et fin-
xit se longius ire ut desiderium
accenderet. At benignus dominus eos am-
plius vexare nolens ne absorberentur
a timore, quia ipse est omnibus in tor-
mentibus eius in veritate statim assecu-
ravit eos dicens Ego sum liberator
et non fantasma nolite timere quia
quia possum vos a periculo aque liberare
et eripere. Mathei xiiii non dixit quis esset
quia ex voce sibi nota potuit ma-
gistrum agnoscere. Crisostomus non cognoscebat
personam eius propter tenebras statim ad
in voce noverunt eum et vox solutio est
Zacharie xlii ... autem dicit ut demones
pre timore mittit in omne laudi q... ex in
dicitur Ego sum nolite timere q. d.
sic dicens semper assisto / permaneo et
in quantum possibile. Et sic in Mathei Petrus fer-
vens amore vehementi succensus
et simulatus cupiens ad dominum venire
et illi proximior esse dixit domine si tu es
sis liberator et salvator iube me ad te
venire super aquas quasi diceret si Iohannis
iube et propre. et illico solidabuntur
aque et leve fiet corpus quod est
grave. Tunc dominus innuit voce et manu
ut veniret. Et confisus de domini potencia
misit se in mare cepit que et ipse super
mare ambulare ut posset ad eum
venire. Tantum enim desiderabat presen-
tiam Christi quia nolebat eius adventum
usque ad navem expectare sed volebat
occurrere super aquas oblitus aque periculum
pro amore Christi. Vbique Petrus fervens-
tissime et ardentissime fidei invenitur ce-
terus enim pelago profundissimo se re-
dit nisi fidem certissimam de domino
haberet. Credebat enim salvatorem nostrum
omnia posse nulli iniquius de potestate in mari
quam nostra credebat cum haberet in
hoc miraculum magis apparuit Christus
virtute divinitatis super aquas ambulat
sed et Petrus eadem virtute ad eum
venit Sed postquam Petrus videns ven-
tum validum et vehementem timu-
it ex infirmitate humana et titubavit
et quia parum dubitavit parum
mersus fuit. Fides ardebat sed hu-
mana infirmitas in profundum trahebat
super mare dominus eum ambulare fecit /
ut divinitatis sue potencia ostendat. Merge-
re facit ut propriam infirmitatem cognos-
cat ne se putet equalem deo et

supplicat. Relinquitur ergo paululum te-
mptacioni ut ita per ordinem augeatur fides
eius credentis se non in se posse
liberari et in cepisset mergi statim
dominum invocavit et dextram domini
ne mergeretur eum erexit. ac navim re-
stituens dixit ei modice fidei quare
dubitasti. Tunc hec enim premitas
fidei apparuit in Petro quia ex quo
ad preceptum dei super aquas liquidas
ambulabat de vento quod timere
non debebat. viii Crisostomus ut igitur monstra-
ret quoniam non venti in impulsu sed illius
modica credulitas periculum operabatur
subditur modice fidei quare dubitasti
In quo manifestat quia neque venti
nocere potuissent si firma fides fuisset
modice fidei erat Petrus respectu
eius quod expediebat ei magne tamen
et ardentissime respectu nostre fidei. viii
Ieronimus Si apostolo Petro qui confidenter
rogaverat domine si tu es iube me venire
ad te super aquas quia paululum ti-
muit dicitur modice fidei quare du-
bitasti quid nobis dicendum qui neque mo-
dice fidei nec minima particulam habemus
Intravit dominus navem et cessavit ventus
ostendens se dominum aeris in hoc exerce-
ut dictum est. Datur intelligi quod dominus pa-
titur nos ad tempus tribulari ut probet
nostra paciencia fructu semper. et in unitate
nos non deserit sed nobis proximus
est. Nam et discipulos suos per totam fere
noctem periclitari permisit quia quarta
vigilia noctis ad eos venit ut ostenderet
quod quamdiu anxietatem, sicut per aliquam
tamen interpositione a galliaud sic igitur
Christum dominus non eos venit / et non
mox sed demum eis succurrit quia
si ad horam differre videtur auxilium
tribulatis tamen eos consolari
et corroborare non desinit. Permisit eos
tribulari ut doceret eos pacienter per-
mittere expectare et non statim in
principio tribulacionis sperare subsidium quod
a electis suis non statim assistit in principio
periculi sed in fine. Permittit enim eos
in medio periculorum ut clament in tri-
bulacionibus probabiliores fiant
et ad penitenciam salubriter retrahat. qui potest
ex misericordia liberare. Mathei Ioh.
Altera die turba que stabat
trans mare vidit quia navi-
cula alia non erat ibi nisi una.

et quia non introisset cum discipulis suis
Ihesus in navem, sed soli discipuli abiissent.
Alie vero supervenerunt naves a Tyberiade
iuxta locum ubi manducaverunt pa-
nem gratias agentes domino. Cum ergo
vidisset turba quia Ihesus non esset
ibi neque discipuli eius ascenderunt in
naviculas et venerunt Capharnaum
querentes Ihesum. Et cum invenissent
eum trans mare, dixerunt ei Rabi quando
huc venisti? Respondit eis Ihesus et dixit
Amen amen dico vobis queritis
me non quia vidistis signa sed quia
manducastis ex panibus et saturati
estis. Operamini non cibum qui perit
sed qui permanet in vitam eternam
quem filius hominis dabit vobis.
Hunc enim pater signavit deus. Dixerunt ergo
ei Quid faciemus ut operemur opera
dei? Respondit Ihesus et dixit eis Hoc
est opus dei ut credatis in eum
quem misit ille. Dixerunt ergo ei Quod
ergo tu facis signum ut videamus et
credamus tibi? quid operaris? Patres
nostri manducaverunt manna in de-
serto sicut scriptum est panem de celo
dedit eis manducare [illegible]
ibi, dixit ergo eis Ihesus amen amen dico te
[illegible]. Circa ista ponit quod disci-
puli inquisierunt Christum. Hic qualiter agitur de
turbis eum inquirentibus. Et primo
ponitur motivum ad inquirendum. Secundo opor-
tunitas inquirendi ibi Alie vero na-
ves. Tercio ponitur ipsa inquisicio ibi
Cum ergo vidissent. Primo ponit autem ad
inquirendum Christum turbas miraculum
precedens scilicet quod absque vehiculo mare
transierit. Quod quidem innotuit eis per
hoc quia turba videns quod deserto
non erat nisi una navis in littore
quod erat iuxta locum ubi Christus fecit mi-
raculum de panibus, videns etiam quod
illa navis cum discipulis absque Christo trans-
fretavit ad aliam partem maris. Cum
de mane non invenissent Christum ex
eadem parte maris ubi fuerat precedenti
die, suspicati sunt quod Christus transierit mare
absque navi, quia in littore non fuit
nisi una navis in qua transierunt discipuli
et Christus non intravit eam cum discipulis
et quia iam erat ex alia parte maris
ergo transivit sine navi. Et ergo vero precedenti
alia die scilicet qua fecit miraculum

de panibus. Turba que stabat trans
mare scilicet ubi Christus fecit miraculum de
panibus vidit, id est quia diligenter
inspexit quia navicula non erat ibi
nisi una, id est vidit quod inspexit respexit
non erat in littore nisi una navi-
cula. Vidit eciam quia non introisset
cum discipulis suis Ihesus in navem sed soli
discipuli eius abiissent. Ex quo scilicet arguebat
quod Christus mare sine vehiculo transisset,
quia non intraverat in navi discipulorum
nec in aliqua alia quia ibi non fuit.
Opportunitatem autem querendi dabat eis
adventus aliarum navium ab alia parte
maris in quibus poterant transfretare
ad querendum Christum. Et ideo dicit Alie vero na-
ves supervenerunt ex alia parte scilicet a Ty-
beriade iuxta locum ubi manducaverant
panes. Ecclesia per hoc [illegible] una navis est
ecclesia que est una unitate fidei, et
sacramentorum. Ephesios quarto: una fides unum baptisma.
Per hoc autem quod Ihesus non est cum discipulis
significatur corporalis separacio Christi ab eis in
sua ascensione. Johannis ultimo. Dominus quidem
Ihesus postquam locutus est eis assumptus est.
Per naves alias que supervenerunt signat
conventicula hereticorum et eorum qui que
sua sunt querunt non que Ihesu Christi iuxta
illud Queritis me quia manducastis
etc. Que quidem naves alie sunt separate
vel fide quantum ad hereticos vel caritate
quantum ad carnales ab ecclesia, sed tamen
sunt iuxta eam in quantum simulato fidem
pretendunt et speciem pietatis. Thimothei secundo 3
secundo Thimothei 3. Habentes quidem speciem
pietatis virtutem autem eius abnegantes.
2 Corinthios XI. Pseudo apostoli operarii subdoli
transfigurantes se in apostolos Christi, et non
mirum. Ipse enim sathanas transfigurat
se in angelum lucis. Consequenter cum dicit
Cum ergo vidisset turba etc. ponit inquisicionem
studiosam. Et primo ostendit quo turba
inquirit Christum. Secundo quo interrogat ipsum
inventum ibi. Et cum invenissent eum
etc. Circa primum dicit Cum ergo vidisset
turba quia Ihesus non erat ibi neque discipuli
eius, ascenderunt in naviculas que
venerant a Tyberiade querentes Ihesum,
quod est laudabile secundum id prima parte ...
domum et veniet ad vera et ...
querite dominum dum inveniri potest. Secun-
do dicit quo inventum interrogat eum. Et
cum turbam invenisset eum scilicet Christum trans
mare. Dixerunt ei Rabi quando huc ve-

mysti/ si qui in naue de loco in alia
naue intrasti. Sed hec questio dux
pt intelligi quomodo ut querant tamen
(de tempore) et tunc si. Crisostomus/ eorum ruditas est
exprobranda qui post tantum miraculum
non querunt de modo transeundi qualiter
sine naui transisset/ sed tantum de tempore
transitus aliquo, per hoc quod dicunt/ quando
[illegible] querunt de tempore sed et de aliis cir-
cumstancijs/ que concernunt ad transitum mira-
culosum et pro quando tamen [illegible] pro qualiter
Sed est notabile/ quod prius populus refectionem
volebat eum facere regem, nunc vero
putantes eum [illegible]/ ut eum regem facere
voluerunt [illegible] pro esse quia ipsi
volebant eum facere regem concitati
a passione leticie causate ex refectione/
passiones autem huiusmodi cito transeunt.
Et ideo ea que secundum impetum passionis suppo-
nuntur instabilia sunt/ sed que post ratione
disponuntur magis permanent. Unde
Ecclesiastici xxvii homo sanctus permanet. Stultus autem
(in sapientia sicut sol) ut luna mutatur. prov. xiiii. Impius facit
opus instabile. Respondit eis
ihesus et dixit amen amen dico vobis. agit de
cibo spirituali. Cibus autem spiritualis est
ipsum xpm incarnatum, per unionem deitatis
tatis. et exequti con[illegible] accipite et manducate
qui nobis datur in cibum in sacramento
eucaristie. Ideo primo agit de cibo
spirituali quod est xpm. Secundo de cibo
spirituali quod est sacramentum ibi Et
panis quem ego dabo caro mea. Circa primo duo
quia primo veritatem de cibo spirituali
proponit Secundo adiutionem excludit ibi
murmurabant ergo. Circa primum
tria facit/ primo proponit veritatem cibi
spiritualis. Secundo insinuat originem eius
ibi dixerunt ergo ei quid ergo tu facis
signum. Tercio docet modum accipi
endi ipsum cibum ibi dixerunt ergo ad
eum/ domine semper da nobis. Circa
primum duo facit primo arguit pravam
eorum impuritatem Secundo exortatur ad
veritatem ibi operamini non cibum qui
perit. Circa primum dicit respondit eis
ihesus non ad questionem eorum sed ad
intentionem Amen amen dico vobis/
Sciendum quod amen quandoque tenetur nominaliter
apoc 3o. hec dicit amen testis fidelis
aliquando adverbialiter et tunc idem est quod vere
aliquando verbaliter et tunc idem est quod fiat
Et secundum augustinum amen et alleluia quamvis
possent interpretari tamen propter sanctiorem
auctoritatem interpretata non sunt. Tamen eorum
[illegible] sunt hec nomina que locutus in

apoc. refert se audiuisse [illegible] audi-
uisse celestes exercitus tanquam vocem
aquarum multarum dicentium amen alleluia
dicunt tamen quidam quod amen dicitur ab a
quod est sine et mene quod est defectus
quasi sine defectu. quod non videtur
verum quia lingua hebrea non descen-
dit a greca, sed hebrea inter omnes
est prima. Ait ergo ihesus turbis amen
amen dico vobis. Licet vos quasi
devotos ostendatis in quantum queritis et sequimini
me/ plures tamen ex vobis et si non omnes
non propter signa que a me vidistis quibus
me cognoscere potuistis. non propter
sermones que audistis non ut mirabiliis
vel signis meis que facio credere velitis
vel signa facere/ [illegible] est dicere
secundum gregorium. [illegible] Sed quia man
ducastis ex panibus et saturati estis
hoc est non propter me sed propter refectionem
ne privetur vero. vos oportebat la
borare et sollicitudine hic q.d. propter
carnem me queritis non propter spiritum que-
ritis ut ventrem saturetis sed deberetis
esse magis soliciti/ de cibo spirituali
quo sustentatur anima que melior
est cibo spirituali/ quo corpus reficitur
quanto anima melior est corpore Secundo
sunt. Hic igitur turba reprehenditur
quia non debite querebat xpm. In que
rendo enim xpm debet attendi
primo tempus querendi/ veniet enim tempus
quando non poterit inveniri ysa. Querite
dominum dum inveniri potest. Secundo
debet attendi modus querendi
debet enim queri cum devota affectione
secundum illud psalmiste In toto corde meo ex
quisivi te. debet etiam queri cum
perfecta operatione secundum illud psalmiste In die
tribulationis mee deum exquisivi mani-
bus meis. debet etiam queri cum
debita gratiarum actione secundum illud psalmiste
magnificate dominum mecum et exaltemus
nomen eius in idipsum. Et sequitur. Exquisivi
dominum et exaudivit me. Tercio debet
attendi finis querendi/ debet enim
deus queri propter deum et non propter tempora-
lia sicut querebant isti qui querebant
eum quia manducaverunt de panibus
amore hodie multi sunt imitatores
qui querunt ihesum non propter ihesum
sed ut [illegible] per eum in hoc tempore et vita
presenti ut assequantur commoda. et con-
temnunt dampna. Multi quoque con-

sicut illum non propter illum, sed propter
nummum. Hic locus obviat intrati-
bus religionem et assumentibus clericatum
ex ignavia ut sic otiose et sine la-
bore panem manducarent, quibus similes
aut similiter me ambitione plurium red-
dituum curatorum, celebratione plurium
missarum et propter alia temporalia. Non quia vidi-
stis signum, id est opera in quibus me ve-
litis imitari, de quibus praedicta satis
menti domine signum in bono. Sed quia
manducastis ex redditibus et oblatio-
nibus, ut sic saturati estis. Quia sicut
dicitur quae cum plus sint potes plus
sicut terrae aquae. Hic etiam est de pane in-
peditatis. Unde Gregorius 23 moralium c. 21
de panibus enim saturati fuerant
et hoc corde perversa dum illos intra sanctam
ecclesiam detestatur qui per sacros ordines
ad dominum appropinquantes non in eisdem
ordinibus virtutum merita sed subsidia
vitae praesentis exquirunt, nec cogitant
quid vivendo imitari debeant, sed quae
compendia percipiendo pascantur. Sa-
turatorum quippe de panibus dominum sequi
est despecta ecclesia temporalia alimenta sup-
plere et non propter signum dominum, sed propter pa-
nibus quaerere est ad religionis
officium non pro agendis virtutibus, sed
pro requirendis subsidiis temporalibus in-
hiare. Unde et Crisostomus dicit: Distamen
assistere illum, sed non propter dationem sensilium
ut non expetierunt similiter iudaeos. Etenim
quaeritis me, aut non quia vidistis signa,
sed quia comedistis ex panibus et sa-
turati estis propter hoc me quaeritis, nunc fecit
hic signum, sed ideo solum ut crederent
nos non ventri servire, sed spirituali-
bus adhaerere quae. Hic itaque ad
eccleam et nos et quaeramus panem
caelestem et eum accipientes omnem pi-
gritiam eius vitae sollicitudine. Unde
et Augustinus: multi non quaerunt Iesum
nisi ut illis faciat bene secundum tempus.
Alius negotium habet, quaerit interces-
sionem clericorum, alius premitur a poten-
tiore, fugit ad ecclesiam, alius vult
pro se interveniri apud eum apud
quem parum valet. Ecclesia illis re-
impletur quotidie talibus et
vix quaeritur Iesus propter Iesum. Unde et Beda
dicit: cessent qui in orationibus quaerunt non aeterna
sed temporalia, quaerunt Iesum non propter
Iesum, sed propter aliquid aliud. Et quia

tribuebat mihi non ... operabantur secundum
Christum propter cibum corporalem, inducit
eos ad opera meritoria ut ad refectionem
quaerant cibum spiritualem. Unde satagens
eorum satiare mentes quorum saciaverat
ventres, altiorem eis panem ostendit
dicens: Operamini non cibum qui perit. Hic
ad veritatem eos reducit proponendo
eis cibum spiritualem et post ponit eius
utilitatem dicendo quem autem ibi quem
filius hominis dabit vobis. Circa primum
ad primum dicit: operamini, id est operando quaerite
sive operibus mereamini non cibum qui
perit, id est corporalem, et exinde plus
illius cibi in hoc quaeratis qui non perit,
sed qui permanet in vitam aeternam, id est
cibum spiritualem qui tribuit vitam aeternam.
Cibum qui perit operatur omnis ille qui
intentionem spiritualium refert ad temporale
lucrum, sicut illi qui dominum sequebantur,
adhuc quia corporaliter pascentur. Cum autem
laborem corporalem pro intentione refert
ad spiritualia, hic operatur cibum qui non
perit, sed qui permanet in vitam aeternam.
Hic autem est cibus pro deo et gratiae, pauci
devotionem debuerunt sanctum principaliter
...pus ergo verum, id est principale studium
et intentionem vestram dirigatis ad quaerendum
cibum qui durat ad vitam aeternam, scilicet
bona spiritualia, ad temporalia vero non de-
betis principaliter attendere, sed accessorie
solum circa procurationem corporis sine quibus
quod in hac vita oportet sustentari. Unde
secundum Crisostomum iste contrarie est quod dicat Salvator:
vos exquiratis escam temporalem, ego
autem corpora vestra imitem ut per hoc ex-
quiretis illam escam quae non corporalem
sed aeternam tribuit vitam. Et subdit
Crisostomus: Sed quia quidam eorum qui
volunt pigre nutriri abutuntur hic vo-
cem est inducere id quod est Pauli:
cum furabatur iam non furetur, magis
autem laboret manibus suis ut habeat
unde tribuat necessitatem patienti. Sed et
ipse Corinthum veniens morabatur
apud Aquilam et Priscillam operabatur.
Dicendo ergo: Operamini non cibum qui perit,
non insinuat quod oportet pigritari, sed
quod oportet operari et dare. Hic est cibus
qui non perit. Operari ~~aut cibum non~~
cibum qui perit est afficere saecularibus
rebus. Hic igitur dixit Salvator quia
illi nullam curam fidei habebant, sed solum

volebant ventrem implere. Nichilominus la-
borantes et sic decurrentes vocant cibum
qui perit. Secundo dicitur. Sciendum quoque quod
corporalia sunt quedam similitudines spiritua-
lium utpote ab eis creata et determinata
et ideo imitantur ipsa spiritualia aliquomodo.
Sed corpus sustentatur cibo. Illud ergo quo
sustentatur spiritus dicitur eque cibus quemadmodum et
illud. Illud autem quo sustentatur corpus
sive transeat in naturam corporis est corporale.
Sed cibus quo sustentatur spiritus est incorpo-
ralis, quia non mutatur in ipsum spiritum sed po-
tius ergo spiritus in cibum. Unde vii confessionum est Augustinus:
Cibus sum grandium. Cresce et manduca-
bis me. Nec tu me mutabis in te ut cibum
carnis tue sed tu mutaberis in me. Ut
dicit in libro confessionum. Et ideo dicit dominus turbis:
Operamini non cibum qui perit, scilicet corporalem. i Cor. vi:
Esca ventri et venter escis, deus autem
et hunc et has destruet, quia non post resurrectionem
usus ciborum. Sed illum cibum operamini scilicet
spiritualem qui manet in vitam eternam,
qui quidem cibus est ipse deus, in quo est
veritas contemplanda et bonitas amanda,
quibus reficitur spiritus. Propter quod: Comedite
panem meum, dicit Christus. Cibavit illum
pane vite, Eccli. xv. Cibus est etiam spiritualis
secundum eundem: Caro mea vere est cibus. Et
est iustitia (?) est quia voluntas dei quod est
cibus quo vivunt angeli. Et ipsa obedientia
divinorum mandatorum, Joh. 4to: Meus cibus
est ut faciam voluntatem eius qui misit
me patris. Similem duarum assignat. Ubique
de potu corporali et spirituali dicitur: qui bibit
ex hac aqua sitiet iterum. Qui autem biberit
sicut cibum corporalem et spiritualem.
Et ratio est quia corporalia corporalia sunt
corruptibilia, spiritualia vero et maxime deus
sunt eterna. Tertium quoque quod Augustinus
in libro de operibus monachorum exponit
hoc: operamini non cibum qui perit, contra
quendam monachorum qui sustinuerunt errorem
errorem dicentes spirituales viros non debere
aliquid corporaliter operari. Sed hic in-
tellectus est falsus ut videtur, quia
Paulus qui maxime spiritualis fuit propriis
manibus laborabat ut dicit 2 Thess.
3o. Ipse etiam dicit: qui furabatur iam
non furetur, magis autem laboret mani-
bus suis ut habeat unde tribuat necessitatem
patienti. Vera ergo intelligentia est secundum verba
Christi ut opus nostrum vel principale studium et
intentionem nostram dirigamus ad querendum
cibum qui durat ad vitam eternam, scilicet ad deo

spiritualia. Temporalia autem non denique principaliter
attendere sed accessorie, scilicet inquantum ea pro-
curare oportet corporis corporaliter quod sus-
tentari oportet quamdiu in hac vita vivimus.
Unde simpliciter 2 Thess. 3: apostolus: qui non
laborat non manducet, quasi diceret quod
cum dicit quod nil corporale est operandum
nisi cum necesse sit quod corporale ergo tales
nec comedere non oportet. Sed dicitur primo
quod ego non dicat operari pro cibo corporali
quia dicit ... vero: nolite solliciti esse
quid manducetis, Luce xii. Christus reprehendit
Martham, que circa cibum corpora-
lem sollicita erat. Videtur quod bonum est
operari pro cibo corporali. Respondeo dicendo quod Paulus
dicit in ps.: labores manuum tuarum quia
manducabis. Et i Thess. 4to: opera-
mini manibus vestris sicut precepimus vobis.
Et 2 Thess. ultimo: qui non laborat
non manducet. Ubi etiam apostolus dicit se
precepisse eorum laborandi manibus.
Sed circa hanc manuum operationem triplex
contingit inordinatio. Prima in intentione ut
tamquam finaliter querat cibum requirit. Et hic
dicitis hic prohibetur. 2a in sollicitudine ut quis
mentis absorbetur circa terrena. Et hic
prohibet dominus cum dicit vero. 3a in tempore, ut
cum oportet vacare auditioni verbi dei va-
cat operi vel cibo corporali. Et propter hoc rep-
rehendit Martham que tunc debuisset
audire dominum Ihesum predicantem.
Circa quod ultimo queritur utrum actiones
spirituales referri possunt ad finem
temporalem. Et utrum liceat alicui predicare
temporaliter. Et videtur quod sic, ut sustentetur. Et quod non
licet alicui videtur. Et quia omnis
actio relata ad finem agentis debitum
est bona et ordinata. Sed ergo predicatori
debentur temporalia, prout dicit 1 Cor. ix:
Si nos vobis spiritualia seminavimus non
est magnum si vestra carnalia metamus.
Et ad Galat. vi: Communicet is qui
cathecizatur verbo ei qui se cathecizat
in omnibus bonis. Et 2 Tim. 2: La-
borantem agricolam oportet de fructibus
percipere. Et dicit Christus: Dignus est operarius
cibo suo. Et in ps.: Sumite psalmum
et date tympanum. Sed temporalis
sustentacionis ergo sustentatio predicatoris
est finis debitus predicationis. Ergo licet
predicare finaliter ut bonum. Sed contra.
Licitas non est ligem sed certe est
quod predicator sustentetur. Si ergo non licet
alicui ut sustentetur predicando

propter sustentationem non facit contra
legem. Tertio talis predicator non procedit ex
mala radice quia voluntas qua sus-
tentari vult est licita. Quarto dicit
apostolus philipp. primo Sive per occasionem sive
per veritatem xpus annuncietur in hoc gaude-
o sed et gaudebo. Vel annunciari per
occasionem id est predicari propter lucrum temporale.
Si ergo apostolus non gaudet nisi de bono
et licito predicatio talis sine est bonum
et licitum. Quinto fodienti in vinea licet
sperare mercedem sibi promissam et debitam
pro illa laborare. Sed ergo sustentatio
corporalis sit merces promissa predicatori
Luc. x. Dignus est operarius mercede
sua. potest predicator pro illa predicare.
Sed contra dicit Aug. libro de sermone domini
in monte. non ideo debemus evangelizare ut man-
ducemus sed ideo manducare ut evangeli-
zemus. sed propter evangelizare manducamus ut
manducemus. vilius ducimus evangelium
quam cibum. et erit iam bonum nostrum in
manducando. nostrum autem in evangelizando
et cibus. Si coactus inopia rerum que
temporali vite sunt necessaria predico eternam
mercedem eternam non zelo quo non
ipsum eternam diligo sed cuius pretium in
illis temporalibus constituo quod nephas
est fieri ut non tamquam filius in
spem eternam sed tanquam servus
in dispensatio credita est. Item pre-
ferre viliora melioribus et bona
temporalia spiritualibus est inordinatum et
culpabile. Sed dicit b. Aug. v de
civitate dei res propter aliquid quod queritur procul
dubio inferior est quam illud pro-
pter quod queritur et ideo id primum est propter
quod ipsa res queritur non ipsa res que
propter aliud queritur. quia propter predicationem eternam
et regnum dei propter cibum contemnit propte-
rea tamquam cibum et possit regnum
dei relinquit ergo qui predicat ut
faciat aliud aliquod opus spirituale pro
emolimento temporale est inordinatum et
culpabile. Item ait xpus Gratis accepi-
stis gratis date dicit predicatoribus
suis. Si ergo predicare propter temporalia non
est gratis dare immo venaliter predicationem
hic qui predicat propter sustentationem
transgreditur hoc preceptum. Item si [illegible]
est spiritualia pro temporalibus dare. talis
predicatio erit symoniaca. Responsio sim-

alleg[illegible] in ista parte sive prime quod [illegible]
opera spiritualia ordinat ad finem temporalem re-
ferri quo ad finem eternum quia dicit Aug.
cum quod melius est incomparabiliter
refertur ad id quod est vilius quod
est inordinatum et vituperabile. Ad primum
in oppositum dicendum per interemptionem quia
sustentatio corporalis non est finis de-
bitus predicationis sed res debita predicatori
non res quam debeat acquirere ex predicatione
sic quam mereatur ex predicatione non premium sed sa-
lario. Tenetur enim sibi dare propterea quibus
propter deum eternam predicat et ipsum in vita
sustentare. unde i Cor. ix. Qui arat in spe
debet arare. Glosa i. predicator qui aperit
corda ad fidem debet arare in spe sti-
pendiorum temporalium non propter hanc spem
non enim hoc debet esse sua intentio et
finis in suo ministerio. unde sic hoc dicitur
Luc. x. Dignus enim operarius merce-
de sua. Causa autem est quia finis debet esse id
quod melius est et ideo in temporalibus non
debet esse finis spiritualium. Quia ergo in eo
quod optimum debet constitui finis ut plus
in solo deo finis predicationis constitue-
batur. Apoc. primo Ego sum alpha et o.
Ad secundum dicendum quod sunt quedam mala quia
prohibita in quibus necessitas dispensat
ut primo Reg. xxi. de David qui comedit
panes propositionis quos comedere non erat
malum nisi quia prohibitum. Sicut est
exemplum [illegible] propter necessitatem quam
servabat [illegible] in sabbato. Quedam
vero sunt prohibita quia mala in quibus
necessitas non dispensat ut fornicatio et
[illegible]. Et tale est predicare pro mercede temporali
quia sic dictum est in hoc proposito ab ipso
et inordinato actu. Ad tertium dicendum quod ex
mala radice provenit ista occasio
non quedam voluntas qua ille vult
sustentari non sit absolute mala. tamen
voluntas qua iste vult sustentari
talis est mala [illegible] ex predicatione quia hic
est perversitas cordis propterea quamvis
predicatio sit bonum opus et licitum tamen
depravatur si hic finis [illegible] spiritualia
enim referre ordinat ad finem spiritualem.
Ad quartum dicendum quod non gaudebat apostolus
de hoc quod per occasionem annunciabatur xpus
sed de consequenti scilicet de profectu audientium
qui inde proveniebat. unde in illa lo-
cutione apostolus ponit antecedens pro consequenti sicut quod
est [illegible] Iacobi primo de gaudio

experiate scias tu in varias temptaciones in
ciderit is et adhuc sicud non dicit
absolute gaudeo sed et gaudebo
de futuro. vel potest dici quod apostolus gaudebat
de passione quam annunciabat tamquam
sed non de taliter predicatorum actione sed
quod dicitur de vel ferendis xpi quod in decorem anime
displicuit sed passio grata fuit. Ad
ultimum dicendum quod non est simile de operacione
spirituali et temporali. nam labor et actio
fodientis in vinea temporalis est et ideo
sub precio potest poni. Sed labor et actio
predicacionis est spiritualis et ideo sub precio
non potest poni. Queritur etiam de hoc quod dicitur
Queritis me non quia vidistis signa
Contra super eos descendebat enim multitudo
magna quia videbat signa et cetera. Respondetur
Sanctitas hec solvitur dupliciter. Uno modo
per relacionem ad diversa tempora quia illi eos
qui primo secuti sunt propter curationes postea
sequebantur propter signa. Alio solvitur
per relacionem ad diversas personas quia
utrumque verum est. Quidam enim sequebantur
propter signa quidam propter curationes. Ita quod
fuerit cum propter quas aqui sequebantur
illum. Et quidem in hiis verbis morbis
signa tribus blasphemia dogmata
fuere cause. nunc de omni. Iuxta ea secunda
sunt. Contra ubi dicitur filius hominis
dabit vobis. declarat datorem. ubi spiritua
lis et primo ponit actorem ubi ro
manifestat. Unde hec autem dandi
ubi hunc enim pater signavit. Actor autem
et dator cibi spiritualis est xpus. et ideo
dicit cibum qui permanet qui non
perit filius hominis dabit vobis.
patris est dare. quia adhuc venit in
iudicium magnus a patre. Si dixisset filius
dei non fuisset visum mirum. Sed hoc
quod filius hominis dat cibum magis ele
vat ad attencionem. Copulatur tamen ideo
filius hominis dat quia natura humana
per peccatum infirma fastidiebat spiritua
lem cibum. nec poterat ipsum in sua
spiritualitate sumere. Unde oportuit quod filius
dei sumeret carnem et per ea reficeret
nos. Proverbiorum in quo meo miscuit
alterius per manus sacerdotis accipis
tu corpus xpi non sacerdote quem
vides sed illum quem non vides atten
de. Sacerdos est dispensator huius cibi
non actor. filius hominis seipsum dat no
bis ut nos in ipso maneamus et ipse

in nobis maneat. Unde autem dicat hec
auctoritatem dandi subdit hunc enim. Hunc enim
pater signavit quasi dicat filius hic dabit. Sic
hic non haberet in se magnitudo singularitatis
et eminencia plenitudinis gratie precellit
omnes filios hominum. Et enim Augustinus super
Iohannem quod signare idem est quod signum ali
quod ponere. Ideo autem aliquid signatur
ut ab aliis discerni possit. pater
ergo xpm signavit. id est aliquid proprium sibi
dedit ut ab aliis discerneret. Signari
enim debuit ne in tanta humano genere consimi
det qui liberare veneat genus humanum
Quasi ergo dicat xpus filius dabit
hec. sed non haberet sibi quod posset dare in se
magnitudo singularitatis et preeminencia
gratie plenitudinis excellit omnes fi
lios hominum. Signavit autem eum deus
pater id est singulariter distinxit unguendo
eum oleo leticie pre participibus suis.
Spiritum enim dedit caput cum a quo
gratia in omnia membra fluit. de
plenitudine enim eius omnes accepimus
et gratiam pro gratia. vel secundum Hilarium sim
dicitur. Signavit id est sigillavit. Cum
autem sigillum in cera imprimitur cera
retinet totam figuram sigilli. Et filius
totam figuram patris accepit. Est autem
duplex recepcio. quia filius recepit
a patre una eterna et declarat non in
telligitur. Quod hic dicitur signavit quia in
sigillacione aliud est natura recipiens
et aliud imprimens. sed hic intelligitur
de impressione incarnacionis quia in humana
natura dei pater impressit verbum qui est
splendor et figura substancie eius ut dicitur
ad hebreos. vel potest dici secundum Hilarium. Signacu
lorum natura est ut omnem formam
impresse in se speciei explicent, et in
ea ex eo in se habeant. Unde signetur
et deum totum accipiunt ad imprimentem
totum ex se prestent quicquid impressum est
et subdit. Unde igitur hic ad domine na
ture non prestat exemplum. quia in sigillis
et materie sunt diversitas et impressio, et
mollioribus naturis validiore generum
species imprimuntur. unitas vero deus et
reparatorem nostre salutis hominem filium volens
nobis patrem perfecte in se signare
speciem signaculo se adeo aut potest plene
potestas in eo dandi cumulata intelligi

esse possit quia deum in se habuit per naturae for-
me plenitudinem signatus se dei con-
formaret vel secundum Crisostomum Signavit id est
ad hoc specialiter cum deus pater istum
scilicet filium hominis in mundum mittendo ut
daret vitam eternam mundo infra xº
Ego veni in mundum ut vitam habeant
etc. Et infra 18 Ego ad hoc veni in
mundum ut testimonium perhibeam veritati.
Et hoc est dare cibum spiritualem. Sicut enim
cum aliquis eligitur ad aliquod magnum
officium peragendum dicitur signari ad
illud officium Luc. xº Post hec designavit
dominus et alios lxxii etc. Vel sic hunc
scilicet filium hominis deus pater signavit id est mani-
festavit et ab aliis distinxit per vocem
in baptismo dicens Hic est filius meus
dilectus etc. Consequenter cum subdit Dixerunt
ergo ad eum Quid faciemus etc. manifestat
quis sit cibus spiritualis. Et primo po-
nitur intentio eorum. Secundo subditur responsio
ibi Christi Respondit Ihesus Hic est opus etc. Circa
primum dicimus quod iudei instructi ex lege
credebant nichil eternum esse nisi deum.
Unde cum dominus dixisset de cibo spiritua-
li permanente in vitam eternam intellexe-
runt illum cibum aliquid esse divinum. Et
ideo querentes non de cibo sed de opere dei
mentionem faciunt cum dicunt Quid facie-
mus ut operemur opera dei in quo non lon-
ge erant a veritate. Cum nichil aliud
sit cibus spiritualis quam operari opera
dei quasi dicant quid faciendo vitam eternam
possidebo. Dixerunt ergo ad eum querendo
quo possent habere predictum cibum. Quid
faciemus ut operemur opera dei id est opus
per quod possimus predictum cibum conse-
qui. Respondit Ihesus et dixit eis Hoc
est opus dei scilicet per quod hunc cibum
poteritis assequi ut credatis in eum
quem misit ille. Deinde cum apostolus ad Roma-
nos distinguit fidem ab operibus dicens
quod Abraham non est iustificatus ex operi-
bus sed ex fide. Quid est ergo hoc
quod dominus hic dicit ipsam fidem seu credere
esse opera dei. Sed ad hoc est duplex
responsio. Una quod apostolus non distinguit
fidem ab operibus simpliciter sed ab exteriori-
bus. Sunt enim quedam opera exteriora
que exercentur corporalibus membris que
magis nota sunt secundum quendam usum
alia opera sunt interiora que exercentur
in ipsa anima que non sunt nota nisi
respicientibus qui ad [illegible] ad cor

aliquo dicatur quod ipsum credere sit computari
inter opera exteriora non quasi fides sit
ipsa opera sed eorum principium. Unde et si-
gnanter dicit ut credatis in ipsum. Dicit
enim dicere Credere deum sic enim de quo
obiectum et credere deo quia sic de quo
sit significato testem. Et credere in deum
quia sic de quo fine ut sic deus
possit haberi ut obiectum fidei et ut teste
et ut finis. Sed aliter et aliter quia
obiectum fidei potest esse creatura. Credo
enim celum esse creatum. Similiter et creatura
potest esse testis fidei. Credo enim Paulo
seu cuiusque sanctorum. Sed fidei finis non
potest esse nisi deus. Nam mens nostra
solum refertur in deum ut in suum finem
aut ut habeat totum bonum. Est obiectum
amoris. Et ideo credere in deum ut sic
est proprium fidei formate per caritatem
que quidem fides sic formata est
principium omnium bonorum operum. Et inter
ipsum credere dicitur opus dei. Secundo
fides est opus dei quo homines faciunt
opera dei. Secundo quod solvitur per Ysaiam
26 cum dicit omnia opera nostra operatus
es in nobis domine. Nam hoc ipsum quod credimus
et quicquid boni operamur est nobis a deo.
Philip. 2º Ipse enim in nobis operatur velle
et perficere etc. Et ideo signanter dicitur
credere esse opus dei ut ostendat
fidem esse donum dei ut ad Ephesios 2º
unde cum hic dicunt Quid faciemus ut ope-
remur opera dei quasi dicant tu dicis
quod per opus acquiramus hunc cibum. Dic
ergo nobis quid est hoc opus per quod pos-
simus hunc cibum acquirere spiritualem
qui manet in vitam eternam. Respondit eis
Ihesus et dixit Hoc est opus dei ut cre-
datis in eum quem misit ille id est opus per
quod acquiretis cibum illum est opus scilicet
dei. Notanter autem dicit ut credatis
in eum. Nam ut dicit Augustinus non omnis qui credit
ei credit in eum. Demones enim credunt
ei sed non credunt in eum. Et credimus
Paulo sed non credimus in Paulum.
Credere ergo in eum id est quod credendo
in eum tendere per dilectionem. Deus enim a
nobis exigit fidem que per dilectionem
operatur. Que quidem fides aliquando distin-
guitur ab operibus sicut ab operibus legis
quia non ex operibus legis sed ex fide
iustificatur homo secundum illud apostoli Ro.
3º Bona tamen opera et interiora non
distinguuntur a fide quia nullum bonum
opus est sine fide. Fides enim ordinat

debitum fine operis / s. xpm finis enim legis
est xpus ad iusticiam omni credenti
ad ro. x° Dixerunt ibi dixerunt ergo illi
Quod ergo signum tu facis et agit de
origine tibi. Et p° po° quod inducere
[illegible] xpi ibi amen amen dico vo-
bis non moyses etc. Circa primum tria querunt
iudei primo petunt signum 2° debaunt
ipm ibi Tercio inducunt scripture testimonium
Signum aut petunt / ponendo questionem
vn dixerunt illi. Quod ergo tu signum
facis ut videam et credam tibi. quid
operaris. q.d. Et addunt non scriptum
multa moyses. Hec aut questio aliter
inducitur a Crisostomo aliter ab aug. Crisostomus
enim dicit quod deus invitabat eos ad fidem
requirunt aut ad fidem ducenda sunt
miracula / i. cor. xiiii° Signa data sunt
infidelibus. et id addit quintum signum
quo credat / mos enim est iudeis
signa petere. i cor. p° Iudei signa
querunt. vn dicunt ergo signum tu
facis. Sed hic ridiculosum videtur quod
propter hoc quererent miracula quod statim
fecerat aliqua s. multiplicando panes
et ambulando supra mare quod proxima
nibus habebat quibus credere possent
Sed hic id dicit quod ipsi putabant deum et
inducunt ut ipse eos pasceret quod patet
quia nulla [illegible] mentionem faciunt de
alio signo nisi de eo quod factum est
in tempore patrum per moysen circa quod
ut quasi per hoc petant quod ipse eos pa
sceret. vn dicunt patres nostri manduca
uerunt mana in deserto. Crisostomus multa
quidem signa fecit et in egypto et
in mari rubro et in deserto. sed maxime
meminerunt quod valde [illegible]
propter ventris tyrannidem. Nec dicunt deus
pauit patres nostros mana ne videa
tur velle equare deo. Nil dicunt non dicunt
moyses pauit eos ne videantur mo
ysen preferre xpo quasi [illegible] eum
velle allicere volentes ut [illegible] eos
pasceret de isto cibo dicit exo. xvi
et infra panem angelorum manducauit
homo. Aug. aut dicit quod deus dixit se
daturum eis cibum qui permanet in vitam
eternam ut quasi videretur se moysi
preferre. iudei aut moysen reputa
bant maiorem xpo. vn dicebant infra
ergo moysi aut locutus est deus hunc
aut nescimus unde sit. Et id requirunt
quod xpus faceret aliqua maiora quam
moyses fecit. Dicentes patres nostri man-
ducauerunt mana in deserto q.d. dicunt
hoc quod dicis de te maius esset
quam id quod fecit moyses quia promittis
cibum qui non perit. Sed mana quod
dabat moyses putrefiebat in aliud
diem [illegible] quia vermibus scaturie-
bat. Si ergo vis quod credamus tibi fa
cias aliquid maius moyse. nam hoc
quod fecisti non est maius. quod tu satiasti
v milia hominum sed panibus
ordeaceis et semel tantum. Ille vero toto
populum satiauit mana de celo et amplius
xl annis et hoc in deserto. Sic scriptum est
in ps panem de celo dedit eis man
ducare. Sic ergo iudei volentes con
firmare magnitudinem signi quod
fecit moyses extollunt signum per
auctoritatem scripture. dicentes panem de celo
dedit eis manducare. Dicit enim in ps
panem angelorum manducauit homo. [illegible]
[illegible] eis in habundantia. Sic efferre
[illegible] miracula patribus suis. contemnentes
[illegible] miraculum xpi dicentes patres
nostri manducauerunt mana in deserto
non panem ordeaceum sed celestem.
Et dicit eos simulat [illegible] quod id scriptum
non est impleta per moysen sed im-
pletur per xpm. Ideo subdit
Dixit ergo eis ihesus amen amen
dico vobis non moyses dedit
vobis panem de celo sed pater
meus dat vobis panem de celo
verum panis enim verus est qui de
scendit de celo et dat vitam mundo
Dixerunt ergo ad eum domine da nobis
hunc panem. Dixit eis ihesus
Ego sum panis vite qui venit ad
me non esuriet et qui credit in
me non sitiet umquam. Sed dixi
vobis quia et vidistis me et non
credidistis. Omne quod dat mihi pater
ad me veniet et eum qui venit
ad me non eiciam foras quia de
scendi de celo non ut faciam voluntatem
meam sed voluntatem eius qui misit
me. Hec est aut voluntas eius qui mi
sit me patris ut omne quod dedit
mihi pater non perdam ex eo sed resu
scitem illud in nouissimo die. Hec est
enim voluntas patris mei qui misit me
ut omnis qui videt filium et credit in eum
habeat vitam eternam et ego resuscitabo

cum in nouissimo die usque immutabat /
posita in doctorum interrogatione, hic ponit
Christi super prius primo ondit originem
ubi spiritualis, scilicet panis qui dat vitam /
eternam. Secundo probat istam originem
in ystud panem ubi panis enim verus
Circa primum sciendum quod iudei duo proponebant
Christo circa originem ubi corporalis que
patres eorum quaerebant, scilicet dator qui fuit
moyses et locus quia de celo. Et ideo
dominus circa originem ubi spiritualis duo
predicta removens, ponit aliud esse
datorem ubi spiritualis, et aliud locum
Dicta quod iudei duo proponebant circa pa-
nem: primo quod iste panis esset de ce-
lo quia hic dicit Christus amen amen dico vobis
non moyses dedit vobis panem
de celo. Secundo intendebat iudei di-
cere quod moyses esset dator veri panis /
Contra hic dicit Christus quod verus panis ori-
ginatur a patre. Unde dicit non moyses
sed pater meus dat. Ergo removendo
predicta amen amen id est vere vere dico
vobis non moyses dedit vobis panem
de celo, scilicet predicto quia non de celo
procedit, vel empireo, sed de celo aereo,
quia descendebat ut ros vel pruina
na ut legitur numeri xi. Sed pater meus
dat vobis panem de celo verum non
ponit verum distinguitur contra falsum sed contra
figurale, et ideo manna predicte non fuit
panis verus quia fuit figura panis
spiritualis dati in sacramento. Et ideo
iste est verus panis quia fuit figuratus
per illud dicitur est de celo vero et predicte
dicto quia Christus ratione deitatis
ortus de celo id est de deo patre. Dicit
ratione humanitatis quia anima in instanti
a deo creatur, item est formativa
corporis et fuit virtus spiritus sancti
Quorum intellectu sciendum quod verum dicitur
duobus modis. Uno modo prout dividitur
contra falsum, et sic accipiendo verum
verum moyses dedit panem verum
et non falsum prout et miracula facta a
moyse non fuerunt falsa sed vera. Non
enim falsum erat miraculum de manna
sed verum. Secundo modo verum dividitur contra
figurale, et sic accipiendo verum
moyses non dedit verum panem quia
panis quem dedit moyses figurabat
panem quem dedit Christus, scilicet sacramentum sicut ipse
panis quem panem manna figurabat,
ut dicit apostolus i corinthiorum x: omnes eandem
escam manducaverunt. Dicit celo

amplius nullus / quia patere apocalipsis xiiio vo-
lucres celi comederunt id est. Et in psalmo
intonuit de celo dominus. Item pro celo in deo /
sicut id psalmi. Celum celi domino. Et apocalipsis vi
stelle cadent de celo. Item pro
spiritualibus bonis, matthei v: gaudete et
exultate quoniam merces vestra multa est in
celis. Manna ergo fuit de celo non syde-
reo sed spirituali sed aereo, ut dicitur de
celo, magis erat figura veri panis cele-
stis domini nostri ihesu Christi. Et hic est quod dicit
non moyses dedit vobis panem de celo
predictum, id est assumptio loquitur panem celi dedit
eis non magis vere sed typice. Et predicit
dicitur i corinthiorum x, quoniam manna in figura quod [illegible]
illud non ergo dabat panem verum sed
sensibilem qui descendebat de aere ut
ros vel pruina. Et non verum panem de
celo summo, scilicet a patre vel empireo de
scendentem tunc dedit vobis, sed
modo pater meus dat vobis panem de celo
verum, scilicet Christum ipsum quem ille panis signa-
bat. Nam ille panis erat figura panis
Christi qui est vitalis. Sicut ille panis
non fuit ipse panis verus quia fuit figura
panis spiritualis dati in sacramento, et ideo
iste est panis verus qui fuit per illud
figuratus. Unde subdit panis enim dei verus
est non figuralis est qui de celo descendit
et dat vitam mundo. Ubi probat per effectum
quod dixit, scilicet quod pater dat panem verum de ce-
lo. Et est prima ratio potest esse ut ille panis
est de celo qui de celo descendit. Sed
panis quem dat pater de celo descendit. Ergo
ille panis est de celo. Secunda ratio: ille panis
est verus qui dat vitam mundo. Sed ille
panis quem dat pater est talis. Ergo est verus
panis. Et hic est quod dicit panis enim verus
est qui de celo descendit et dat vitam
mundo. Iste enim de celo descendit probat
per effectum eius. Verum enim celum est spiritualis
nature: enim per se convenit vita et ideo per se
vivificat iuxta eundem spiritus est qui vivificat
ipse autem deus est actor vite. Ex hoc ergo
cognoscitur quod panis iste spiritualis est de
celo, cum faciat proprium effectum, scilicet dat vitam
mundo. Nam panis ille corporalis vitam non
dabat, sed tantum [illegible] confirmabat
ad tempus, quia omnes qui manducaverunt
manna mortui sunt. Panis vero spiritualis
ita vivificat quod ipse vitam dat nam anima
per hoc incipit vivere quod adheret deo.
Vel et ideo ipsum verum [illegible] dicitur panis
vite propter quod Christus dicit ego

sum panis vite, i. dans vitam per divinitatem
qui de celo descendi per assumptam huma
nitatem, ex quo si quis manducaverit
eum, scilicet fide et dilectione, se coniunxerit, non
morietur morte eterna, sed vivet non tantum
nunc in presenti vita gratie, sed etiam in futuro
et in eterna vita glorie. Due namque nature
fuerunt in Christo, divina scilicet et humana. Descendit er-
go Christus de celo humanitate assumenda,
sed per virtutem divinitatis dat vitam mundo,
non quidem elementis sed hominibus rationa-
libus mundi. Ergo Christus est verus panis.
Effectus namque veri panis est vitam
conservare. Ergo ille est verus panis spiritua-
lis qui dat et conservat vitam spiritualem.
Hec autem competit ei incarnato, cum
egressio a primo ~~[illegible]~~ celo, i. a patre,
unde venit ut vitam daret mundo,
rationem sue divinitatis, propter quod dicit infra
x. Ego veni ut vitam habeant et ha-
bundantius habeant. Manna vero fuit pa-
nis et cibus materialis de celo aereo
genitus tantum figuraliter. Verum celestis et
spiritualis. Et quod illud manna dicitur panis
angelorum intelligitur secundum figuram et typum.
Christus vero est verus panis angelorum
et secundum veritatem. Unde theologus: Christus fuit
prefiguratus per manna. Manna autem inter-
pretatur quid est hoc, nam Iudei videntes
manna stupefacti dicebant unus ad alium
quid est hoc. Christus autem ita mirabilis
est ut cunctis contingat dicere quid est iste,
quod scilicet filius hominis est filius dei,
quod etiam ex duabus naturis sit una
persona. Unde notabiliter admirabilis
conversatio est eius mirabile quo est in-
carnatio. Et consequenter cum subdit dixe-
runt ergo ad eum domine da nobis semper
panem hunc, agitur de acceptione cibi
spiritualis. Et primo ponitur ipsius cibi pe-
titio. Secundo subditur expositio, ubi di-
xit eis Ihesus Ego sum panis vite,
ubi ostendit modum acceptionis illius panis.
Circa primum sciendum quod Iudei verba domini
carnaliter intelligebant. Et ideo quia
in desiderio carnali erant, cibum carnalem
a Christo petunt. Unde dixerunt ad eum domine
da nobis semper hunc panem, scilicet qui reficiat
et non deficiat, valebat enim de cetero
esse refecti sine cura et labore. Sicut
etiam mulier Samaritana verba domini
carnaliter intelligebat de aqua cum dictum
est qui biberit ex aqua quam ego
do non sitiet unquam, et corporis indigentia

volens vitare dixit: Domine da mihi hanc
aquam ut non sitiam neque veniam huc haurire.
Unde dicit: Da nobis hunc panem, scilicet qui
reficiat et non deficiat. Unde sicut illa
mulier non intelligebat quod dicebat de aqua
spirituali, sic nec isti de pane spirituali.
Et licet ipsi carnaliter intelligebant
verba domini de alio pane et petunt,
tamen corde petendo spiritualiter intellectum no-
bis competit. Mathei vi: Panem nostrum
quotidianum da nobis hodie, quia
non possumus sine hoc pane vivere. Unde
Ihesus audit eis quid sit ille panis,
dicens: Ego sum panis vite, ubi exponit
modum acceptionis illius panis. Unde circa
primo quid sit iste panis. Secundo quo
acquiratur, ubi omne quod dat mihi pater.
Circa primum tria facit. Primo exponit
petitum panem proponit. Secundo rationem
expositionis assignat, ubi qui venit
ad me non esuriet. Tertio veritatem
expositionis manifestat, ubi sed dixi
vobis. Circa primum dicit eis Ihesus
Ego sum panis vite, i. dans vitam,
quia non solum vitam conservat sed etiam
vitam dat de novo. Panis autem cor-
poralis ut dictum est vitam preexistentem
tantummodo prolongat, sed iste dat. Nam ipse
est sapientia. Panis autem sapientie est spiritual-
ibus mentis, quia eo mens suste-
tatur. Unde Christo dicebant illum panem
vite et mittitur. Et panis sapientie
dicitur esse panis vite, ad differentiam
panis corporalis qui est panis mortis,
quia non competit nisi ad restau-
randum defectum mortalitatis. Unde et solum
indiget mortali vita homo. Sed
panis divine sapientie est per se vivificativus
nec eum mortem contrariam. Cum ergo
verbum sapientie divinum a verbo dei unige-
nito. Unde primo fons sapientie verbum dei
in excelsis, i. unigenitus dei residens
in excelsis, ideo ipsum dei verbum proprie
dicitur panis vite. Et ideo Christus dicit
Ego sum panis vite. Et quia caro
Christi ipso verbo dei unita est, ergo caro
Christi est vivificativa. Unde corpus Christi sacra-
mentaliter sumptum est vivificativum, nam per mysteria
que Christus in carne sua complevit
dat vitam mundo. Et sic caro Christi propter
verbum domini est panis non cuiuscumque
vite, sed illius que mortem non recipit.
Et ideo caro Christi dicitur esse panis
dicens: Ego sum panis vivus qui de celo descendi.

Decim quoque est multis racionibus
xpc dicitur panis vite primo quia dat vi-
tam efficientem et hoc convenit xpo ingitum
deus Ioh. 6 dicitur panis vite quia dat
vitam meritorie et hoc convenit xpo in quantum
homo merito enim xpi extendit se ad vitam
spiritualem reparandam perpetuandam et in no
vandam. Tercio dicitur panis vite ad
differenciam panis corporalis qui ordinatur
ad restaurandum deperditum et ruinas
nostre mortalitatis. Hic autem panis non est
morte gracia quia mortem non recipit.
Quarto dicitur panis vite quia in ipso
vero est fons vite secundum illud psalmiste apud
te est fons vite et in nobis autem sunt
rivuli vite unde sicut aqua dicitur viva
que fonti continuatur ita et illi vivunt
qui xpo adherent et sibi continuantur
qui est fons sapiencie. Sapiencia autem est vita
anime. Eccl. 4 sapiencia vitam filiis suis
inspirat. Secundo autem cum dicit qui venit
ad me non esuriet assignat racionem
et quod ex effectu ipsius panis quia panis
corporalis comestus non aufert famem
in perpetuum quia corrumpitur et deficit.
Et ideo exigit aliud nutrimentum. Panis
autem spiritualis dans perpetuam vitam nunquam
corrumpitur et ideo qui semel comederit
nunquam esurit et ideo dicit qui venit
ad me scilicet fide formata caritate non
esuriet. Et qui credit in me non sitiet
unquam. Quia licet quis deum que-
ram est per graciam desiderat tamen plene
nisi per gloriam tamen non desiderat rem
non habitam. Cibus autem et potus corporalis
est contrarie conditionis quia habitus in
plenitudine inducit fastidium. Causa
vero quare temporalia non auferunt sitim
in perpetuum duplex est quia non
simul sumuntur sed paulatim et quasi in
motu et ideo semper restat aliquid su-
mendum et ideo semper insurgit delectatio
et sacietas ex iam sumpto ita desiderium
restat ex sumendo. Alia racio est quia
corrumpuntur unde remanet memoria
ex corrupto et generatur iterum desiderium
corporis spiritualia vero et simul sumuntur et
non corrumpuntur nec deficiunt et ideo sacie-
tas eorum manet in perpetuum. Apoc. vii
non esurient amplius neque sitient. Ps.
Adimplebis eos leticia cum vultu tuo
delectaciones in dextera tua, id est in spiritualibus
bonis usque in finem. Tercio ergo dicit qui venit

ad me scilicet per caritatem non esuriet. Ut supra
venite ad me omnes qui laboratis et
onerati estis et ego reficiam vos. Et
qui credit in me non sitiet unquam quia
sicut dicitur supra 4o qui bibit ex aqua qua
ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis
in vitam eternam. Et notandum quod xpus duo
dicit primo qui venit et qui credit et secundum
Augustinum idem est ad eum venire et in eum
credere. Quia non venitur ad eum passibus
corporis sed mentis quorum primus est fides.
Ioh. 6 dicit non sitiet unquam sicut et hoc est
idem est quia in spiritualibus idem est come-
dere et bibere. Nam utrobique fit tamen
eterna sacietas ubi nulla est egestas. Ioh.
vi. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam.
Ipse enim xpus est cibus sustentans et
potus refrigerans. Decimum quoque quia cari-
tas ipse pascit quia est in affectu qui
magis unitur rebus quam potest, quia re-
cipit actu intellectus qui minus unitur.
Secunda quadruplex potest dari racio
per membra scilicet fides et operacio. Virtus
viam dirigit virtutibus exeuntibus in
affectu in quo est racio. Racio ergo quare
qui vadunt ad xpm nunquam esuriet
est primo propter cibi eminenciam. Ille enim
cibus est tante eminencie quod in se
cohibet omnem racionem boni et racionem omnis
appetibilis. Quod autem continet racionem
omnis boni totum appetitum creature
implet et per consequens eum saciat. Omnem esu-
riem tollendo. Ps. Adimplebis me
leticia cum vultu tuo. Secundo hoc est propter
cibi permanenciam. Iste enim cibus est tam
eminens quod est permanens et ideo semper tollit
esuriem. Si enim posset perdi posset
esuriem in appetitu relinquere sed quia
perdi non potest nullam esuriem potest relin-
quere. Sed semper omnem delectacionem continuat.
Ps. Delectaciones in dextera tua usque in finem.
Tercio hic cibus saciat propter sua simplicitate
et puritate. Totus enim iste cibus est purus
appetitui propter quod saciat. Secus autem est
de temporalibus. Ideo licet in eis sit sa-
cietas ex sumpto tamen est esuries ex sumen-
do. Secundo autem cum subdit sed dixi vobis
et cetera ponitur vanitas exponendi. Posset
enim aliquis dicere, nos querimus panem
sed tu non tradis. Dabo vobis illum
vel non dabo sed ponitur dicens ego sum
panis et ideo non vincit bona temporalia
sed quod sit bona. Xpus ostendit dicens

dixi vobis quia et vidistis me et no(n)
credidistis quod ibi est accipe duplicem crete
tota se pane ignorantes illum et dicit
ei Christe panis tota(m) te est et ideo dixit
dixi vobis s(cilicet) q(uia) ego sum panis et vi
distis me et no(n) credidistis q(uia) d(icit) desp(er)a
rastis pane et cepistis illum tota vobis
et t(ame)n no(n) p(er)mittit quia no(n) credidistis in
quo eos incredulitate arguit iuxta
xiiij° viderunt et oderunt me. Sup(er)
zo dixit duos primi legim(us) et q(uo)d
vidimus testamur et testimoniu(m) n(ost)r(u)m
no(n) accipitis. ite(m) sup(er) v(er)bo Quo(modo) vos po
testis crede(re) qui gl(ori)am ab invicem
accipitis et gl(ori)am que a solo deo e(st)
no(n) queritis. Ite(m) s(upr)a eod(em) q(ue)ritis me no(n)
quia signa vidistis sed q(uia) de panib(us)
meis manducastis. Et quia no(n) credi
tis t(ame)n no(n) potestis. Beda pane de
celo desiderastis ante vos habetis
et no(n) comeditis quia no(n) creditis
sed illi comedunt qui adeo electi sunt
et vocati credunt. Tunc ibi o(mn)e q(uo)d dat
m(ihi) pat(er) et audit quod accipiat(ur) r(espon)sibus
spiritualis. et p(ri)mo ponit modum acq(ui)re(n)
di. sc(ilicet) (secun)do ponit sive p(ro)venientes ibi
Et eu(m) qui venit ad me. Tercio ma
nifestat quod dixit ibi. ea descendi
de celo etc. Circa p(ri)mu(m) d(icendu)m q(uod) ip(su)m re
dere tertiu(m) est ex dono dei. Ephe(sios) 2° G
Gr(aci)a salvati estis et non ex vobis
donu(m) e(ni)m dei est. Philip(penses) 2° vobis
datum est no(n) solum ut in eu(m) credatis
sed ut etia(m) p(ro) illo paciamini. Tu(n)c aut(em)
aut dicat(ur) deus pater dare filio ho
mines credentes ut h(ic) o(mn)e q(uo)d dat
m(ihi) p(ate)r ad me veniet. quos vo(cat) filius
dicat(ur) dare p(at)ri. 1 Cor. 15° Cu(m) tra
diderit regnu(m) deo et patri. Ex quo
intelligit(ur) q(uod) sicut p(ate)r dans no(n) adi
mit sibi regnu(m), ita nec filius. Pat(er)
quide(m) dat, m(a)g(ister)ium sivit homines ad hec
re(n)do suo. sp(irit)a tere po(st) p(er) que s(unt) p(er)e(m)
vocati estis in societate filij eius.
Filius vo(ro) p(at)ri tradit, m(a)g(ister)ium vbi
est manifestatio(n)i sp(iritu)s patris. Iuxta
xvij° p(ate)r manifestavi nome(n) tuum
ho(min)ibus quos dedisti m(ihi). dat ergo pa
m(a)g(ister)ium manifestat ip(su)m patrem.
Dic ergo d(icit) o(mn)e quod dat m(ihi) pater
s(cilicet) p(er) eternam electione(m) p(ri)mi p(re)destinatione
et sp(irit)ualem vocatione(m). ad me veniet
s(cilicet) p(er) fide(m) et dilectione(m) p(ri)mi p(er) fidem formata(m).
Declarat d(ic)tione(m) dicat m(ihi) p(ate)r

populabitur et dabo t(ibi) gentes hereditate(m)
tuam. Iuxta quas populavit iuxta xvij°
ibi dixit pater sancte s(er)va eos in no(min)e
tuo quos dedisti mihi. Declar(at) adve(n)
tu(m) ad x(ristu)m. vide(tur) dicit(ur) Ysa(ie) 2° ve
nite ascendamus ad monte(m) d(omi)ni et
ad domu(m) dei Iacob et docebit nos
vias suas. adhuc adve(n)tu(m) hortat(ur)
nos Lu(cas) omnes p(ro)ficientes venite ad aq(ua)s
quia sic venientes r(e)fecit hic. ergo dicit
o(mn)e quod dat mihi p(ate)r ad me
veniet. Illi i(n) me credu(n)t, quos p(ate)r
facit mihi adherere ex suo dono
no(n) solum p(er) p(re)sentem iustitiam, sed eciam
p(er) eterna(m) p(re)destinatione(m). Sed d(icit) aliquis
no(n) est verum q(uod) aliquis utat(ur) dono dei
quia multi receperunt donu(m) qui no(n)
utunt(ur) eo. quod ergo dicit(ur) q(uod) o(mn)e q(uo)d
dat m(ihi) p(ate)r ad x(ristu)m veniet dicendu(m)
q(uod) in ista datione no(n) solum intelligit(ur)
habitus qui est fides et h(ab)itus, sed eciam
interior instinctus ad credendu(m). Quicq(ui)d
aut(em) h(om)o facit ad salutem, est totum ex
dono dei. Sc(ilicet) d(icit) si o(mn)e quod pater
x(rist)o dat ad eum venit, ut ipse d(icit),
illi solum ad eu(m) veniunt quos pat(er)
ei dat. Sed ergo d(icit) illis imputari qui
no(n) veniunt ad eu(m) tu(n)c no(n) dicit(ur) eis
ad q(uo)d d(icendu)m no(n) imputat(ur) eis s(i) ab
s(ine) dei auxilio no(n) p(ossu)nt ad fidem
venire. Sed eu(m) h(ic) eis imputat(ur) qui
no(n) veniunt, q(uia) p(re)stant impedimentu(m)
q(uod) no(n) veniat, avertentes se a salute
q(uia) p(ro) quanto est in se o(mn)ibus est
aperta. Deus e(ni)m sp(irit)ualit(er) porrigit manu(m)
auxilij. Accurrentibus aut(em) se ab ista
manu est imputandu(m). Ex h(is) r(ati)o ergo q(uod)
d(icit) o(mn)e quod dat m(ihi) p(ate)r ad me
veniet s(ecundu)m Crisostomu(m) a p(at)re p(ro)cedit
q(uod) n(ost)r(u)m crede(re) no(n) est contingens nec
humanis cogitationibus p(ro)sunt. sed
ea que de sup(er) est revelatione. P(ate)r
ergo dat iustificando, trahit vo(ro) i(n)s(pi)r(a)n(d)o
et p(re)miu(m) ostendendo. Et s(uavi)tate et ca(ri)tate glorie
inspirando. Ipse e(ni)m movet sicut
desiderandum et amatum. P(ate)r eos com
pellet extra flagellando. Ipse aut(em)
p(ro)venientis ponit(ur). non solu(m)dicit(ur). Et
eu(m) qui venit ad me. no(n) eiciam foras.
Sensus ergo p(ro)veniens est foras no(n) eiciam.
Possu(nt) e(ni)m aliq(ui) dicere venimus ad te
sed tu no(n) recipies. Et io h(ic) excludes

dicit Eum qui venit ad me non solum propter presentem iusticiam sed etiam propter eternam predestinationem, sive electionem. Non eiciam foras quia sicut predestinatus finaliter salvabitur. Non igitur eiciam foras sed introducam eum iuxta illud Cant. 1°. Introduxit me rex in cellam vinariam. Vel non eiciam foras sed introibo ad eum Apoc. 3°. Ecce sto ad ostium et pulso si quis aperuerit mihi intrabo ad eum et cenabo cum illo. Et intelligitur quod divina iusticia non respicit nisi penitentes et benignitas sua quia neminem penitentem abicit sed omnes suscipit. Et ideo dicit Eum qui venit ad me fidei passibus et bonis operationibus non eiciam foras. In quo dat nobis intelligere se esse intra et dat intelligere quoddam intrinsecum et illud quod est intus unde exit foras. Videndum est ergo quid sit istud intrinsecum. Secundo per quem modum introducimur ad hoc secretum. Tertio que ab hoc intimo seu secreto impediunt seu repellunt. De quo sciendum quod in omni re publica dicuntur esse quedam exteriora et quedam spiritualia, quanto aliquid est magis spirituale tanto magis est intrinsecum. Duplex igitur est intrinsecum. Unum est profundissimum scilicet gaudium vite eterne sicut dicit Aug. O magnum penetrale dulce secretum sine tedio, sine amaritudine malarum cogitationum, sine interpolatione temptationum et dolorum. De quo dicitur Matth. 25. Intra in gaudium domini tui. Et ipse abscondes eos in abscondito faciei tue in plena visione tue eternitatis. Et ab hoc intrinseco nullus eicietur Apoc. 3°. Qui vicerit faciam illum columpnam in templo dei mei et foras non egredietur quia ut dicitur Matth. 25 Ibunt iusti in vitam eternam. Aliud intrinsecum est rectitudo conscientie que est gaudium spirituale de quo Sap. viii°. Intrans in domum meam conquiescam cum illa. Et Cant. primo Introduxit me rex in cellam suam. Et de isto acquiescitur. Et ideo quod dominus dicit non eiciam foras potest intelligi dupliciter. Primo ut illi dicantur ad ipsum venire qui dati sunt ei a patre per eternam predestinationem et de istis dicit Eum qui venit ad me predestinatus a patre non eiciam foras. Ro. xi. Non repellet dominus plebem quam elegit. Alio modo quod illi qui egrediuntur non tamquam a Christo eiecti egrediuntur sed tamen eiectionis est ex parte sua

sive malitia propria infidelitate et prava, scilicet ipsi eiciunt peccando et a secreto recte conscientie recedunt et sic dicitur non eiciam foras sed ego, sed ipsi se eiciunt. Jeremie xxx. Vos estis omnes pravam vestram dicit dominus. Et hic non eiectus est foras qui ad nuptias intraverat non habens vestem nuptialem ut dicitur Matth. 22. Secundo videndum est per quem modum introducimur ad hoc secretum ubi nota quod efficienter loquendo solus deus rex introducit. Cant. primo Introduxit me rex in cellam vinariam exultabimus et letabimur in te. Meritorie vero loquendo introducit nos virtus humilitatis. Ille enim introducitur qui voluntatem dei facit et non suam. Unde Aug. super Johannem et doctor humilitatis venit non facere voluntatem suam sed voluntatem eius qui misit illum. Veniamus ad eum intremus ad eum incorporemur ei ut et nos faciamus voluntatem non nostram sed dei et non eiciet nos foras. Secundo introducit nos ad hoc secretum virtus caritatis. Amor enim introducit ad quietem regni tanquam ad locum proprium. Amor enim est pondus in corporibus hic est amor in spiritibus. Sicut enim pondera suo loco introducunt corpora in suas regiones proprias ita amor in spiritibus introducit eos in quietem propriam. Unde potest amor dicere quod scribitur Sap. viii°. Intrans in domum meam conquiescam cum illa. Non enim habet amaritudinem conversatio illius nec tedium convictus ipsius sed gaudium et letitiam. Tertio introducit virtus iusticie et equitatis. Neque enim ad hoc intrinsecum potest introduci nisi sit huic intrinseco proportionatus et quasi equatus. Iusticia autem est quedam proportio et ideo nisi iusti ad hoc intrinsecum admittuntur. Matth. 25. Iusti autem ibunt in vitam eternam. Tertio videndum est que ab hoc intimo repellunt. Ubi sciendum quod ab hoc intrinseco repellit primo defectus humilitatis. Unde in ps. Qui dixisti apud te tanquam intrinsecum est fons vite, subdit Non veniat mihi pes superbie et manus peccatoris non moveat me. Unde exponit Aug. super Johannem dicit iste eicit tibi venit pes superbie et ideo propheta rogat ut non moveat eum peccator per pedem superbie quia ibi, id est in ipsa superbia, ceciderunt qui operantur iniquitatem expulsi sunt nec potuerunt

stare. Secundo aliqui expelluntur ab isto m-
ysterio propter defectum caritatis in signum cuius
ille fuit expulsus a nupciis qui non
habuit vestem nupcialem i. vestem caritatis
ab Tercio aliqui repelluntur ab isto propter de-
fectum iusticie et equitatis non enim auditor
misericors admittitur sed qui operatur
et loquitur veritatem in corde suo. Racione
autem predictorum appropinquat salvator dicens
quia descendi de celo etc. ubi ponit propo-
positum de implenda voluntate patris.
Secundo manifestat quod sit voluntas patris
ibi Hec est autem voluntas patris. Tercio ostendit
specialem voluntatis impletorem ibi Et ego
resuscitabo eum etc. Circa primum sciendum
quod ista littera dupliciter potest legi uno modo secundum
Augustinum sic Eum qui venit ad me non
eiciam foras. Et hoc ideo quia ille venit
ad me qui meam humilitatem imitatur.
Unde ait Christus cum dixisset venite
ad me omnes qui laboratis etc. subdit
discite a me quia mitis sum et humilis
corde. Vera autem filii dei imitacio in
hoc est quod suam voluntatem postposuit
voluntati patris et ideo dicit non eiciam foras
quia descendi de celo non ut faciam
voluntatem meam sed voluntatem eius qui
misit me. Propterea enim anima a deo cecidit
quia superba erat et ideo necesse est hu-
militer regredi veniendo ad Christum per
imitacionem sue humilitatis que maior est
quia non facit voluntatem suam sed dei.
Pro quo sciendum quod in Christo due fuerunt voluntates
una secundum humanam naturam que est sibi
propria et a nã et voluntate patris directa.
Alia secundum naturam divinam que est eadem cum
voluntate patris. Voluntatem ergo suam
secundum humanam ordinat sub voluntate divina
quia obedienciam suam sub affectu perfecte
voluntatis ostendit volens eam implere.
Psalmus Ut faciam voluntatem tuam deus meus
volui. Hanc voluntatem in nobis fieri
peciit cum diceret Fiat voluntas tua sicut
in celo. Ergo non eicientur foras qui non
faciunt voluntatem suam quia facere voluntatem
suam est superbie propter quam Lucifer est
eiectus de celo et primus homo de paradiso.
Restat ergo Christus tamquam predestinatos et
a deo vocatos racio est conformitatis
sue voluntatis ad divinam. Propterea dicit quia
descendi de celo scilicet carnem assumendo
non ut faciam voluntatem meam a patre
discordando sed voluntatem eius qui
misit me. ipsi per omnia obediendo.

Philippensium 2o factus est obediens usque ad mortem.
Unde Iohannis 5to Non quero voluntatem meam sed
voluntatem eius qui misit me patris.
Secundum vero Crisostomum sic Et ideo non eiciam foras
eum qui venit ad me quia ad hoc veni
ut impleam voluntatem patris de salute
hominum. Si ergo propter salutem hominum incar-
natus sum quomodo debeo eos eicere. Et hoc
est quod dicit ideo non eiciam quia descendi
de celo non ut faciam voluntatem meam
scilicet quantum ut propriis meis acquiram sed
voluntatem eius qui misit me patris
qui vult omnes salvos fieri prima Thimothei
2o. Et hoc quantum est ex me nullum
eiciam. Romanos 5to Si enim cum inimici essemus
reconciliati sumus deo per mortem filii eius
multo magis reconciliati salvi erimus
in vita per ipsum. Non est ergo putandum in-
tendens quod voluntas Christi in aliquo di-
scordet a voluntate patris quia secundum
divinam naturam eadem est omnino voluntas
patris et filii. Similiter secundum humanam naturam
voluntas eius non potuit a divina volu-
ntate discordare cum anima eius fuit unita
verbo non solum per fruicionem sed etiam per gra-
ciam unionis. Et etiam voluntas humana Christi
est instrumentum divine voluntatis et voluntas
Christi non potuit a voluntate patris
discordare. Et ideo facere voluntatem
patris et facere voluntatem suam est
idem secundum rem. Et ego cum ergo dicit descendi
de celo non ut faciam voluntatem meam sed
patris est quasi modus loquendi apud
homines illos quorum unus sequitur voluntatem
alterius. Et est sensus descendi de celo
non ut faciam etc. quasi dicat non veni ad dis-
cordandum in aliquo a voluntate patris et per quas
veni ad perficiendum salutem electorum
quia hec est voluntas patris ipsos
predestinatos salvari. Et ideo subdit hec
est voluntas patris eius qui misit me
patris i. qui me fecit incarnari ut
omne quod dedit michi non perdam per
presentem iusticiam sed etiam secundum eternam
predestinacionem Romanos 8vo Quos presciuit
et predestinavit conformes fieri ymaginis
filii sui non perdam ex eo scilicet perpetuo
quia licet aliquis cadit in peccatum
finaliter tamen resurget. Voluntas ergo eius
qui misit me patris est ut non eiciam
foras et ideo hoc faciam pacienter. Hec
est voluntas dei sanctificacio vestra ut
nichil perdam quousque perveniat ad
resurreccionem futuram in qua aliqui perdentur
non tamen de illis qui dati sunt per eternam

et

predestinacionem / sed impium simul de perditis vero
impiorum prohibet. Illi autem qui iusti sunt
conservantur non perdentur. Prohibet autem quod dicit
non perdam ex eo non est intelligendum quod in-
digeat cura illius vel quod deinceps eorum
sit pro peccato / sed hoc dicit ad ostendendum
affectum suum ad salutem illorum et bonum
illorum quod reputat suum. Ex dictis
autem videtur iusta Iohannis xvii nemo periit
ex eis quos dedisti michi nisi
filius perdicionis. Ergo aliqui eorum qui
dati sunt ei perierunt / non ergo videtur
verum hoc quod dicit non perdam ex eo. Dicendum
quod de illis qui dati sunt ei secundum presentem
iusticiam aliqui perierunt / non autem de
illis qui dati sunt ei per eternam pre-
destinacionem et electionem. Racio quare vo-
luntas patris vult quod non perdam ex eo quod dedit
michi non est [illegible], quia voluntas patris
est vivificare spiritualiter homines quia
ipse est fons vite / quia eterna est
quantum est de se, voluntas enim eius est ut
omnis qui venit ad me habeat vitam
eternam, et hoc est quod dicit: hec est
voluntas eius qui misit me patris, ut
omnis qui videt filium secundum equalitatem
et credit ei secundum suum arbitrium liberta-
tem fide formata, quia sicut dicit Augustinus
non potest homo credere nisi volens, habeat
vitam eternam [illegible] quod est in-
fallibiliter [illegible] de predestinatis quod ha-
beant vitam eternam in premium. Nota quod
dixit cum videt filium et credit ei
hic vero dicit qui credit in eum, ut det
intelligere causam esse [illegible] patris
et filii tunc visio per essenciam est ultima
finis [illegible] / et obiectum fidei / Ecce autem
hic dicit videt et credit / non intelligit
de visione per essenciam quia precedit fi-
dem et que non stat cum actu credendi
sed de visione corporali, que inducit
ad fidem, non singulariter dicit cum videt
filium et credit in eum i. credit in eum
per dilectionem iusta xx / Hec autem scripta
sunt ut credatis / Hec autem voluntas
patris finaliter implebitur non subdit,
quia ita vult. Et ego resuscitabo
illum in novissimo die ut non solum in
anima sed eciam in corpore habeat vitam eternam.
Daniel xii: Multi de hiis qui dormiunt
in terre pulvere evigilabunt alii in
vitam eternam et alii in obprobrium ut
videant semper. Resurget quippe sicut
sicut et Christus resurrexit. Romanos vi
Christus resurgens ex mortuis iam

non moritur et ita habeat vitam consequitur per
filium. Ephesios ii: Cum essemus mortui peccatis
convivificavit nos Christo et resuscitavit
et consedere fecit in celestibus. Et hoc
in novissimo die quia sicut dicitur i Corinthios xv
novissime destruetur inimica mors. Resur-
reccionem quippe in novissimo die ad eterne
beatitudinis participacionem ut in corpore et
anima perfruatur. Romanos viii: Si spiritus
eius qui suscitavit Christum habitat in
nobis, vivificabit et mortalia corpora
vestra. Hanc voluntatem implevit perfecte
iuxta Iohannis xvii: Pater quos dedisti michi
non perdidi ex eis quemquam. Sic enim ele-
git nos deus ut per vitam fidei eternam
iudicem consequamur. Dicit autem in novissimo
die quia tunc homines resurgent ad
vitam incorruptibilem et immortalem, et ideo
post illam resurreccionem non erit generacio
nec generacio nec corrupcio, nec per consequens
in aliis creaturis corporalibus que sunt
propter hominem et per consequens tunc cessabit motus
celi qui ordinatur ad complendum numerum
electorum per generacionem. Et sic cessabit tempus
quod sequitur motum celi. Sicut dicit glosa super illud
Apocalipsis x: Quod angelus iuravit
per viventem in secula seculorum quia tempus non
erit amplius. Et sic patet ex dictis quod novis-
simus dies erit dies resurreccionis generalis, et
dicitur novissima quia ultra eum non erit
tempus ad merendum sed ad premium reci-
piendum. Ex dictis eciam patet quod hoc quod dicit
eum qui venit ad me non eiciam foras
intelligitur de illis qui venerint corde
perfecto non ficto et isti sunt qui venerunt
in caritate perseverante. Alioquin eicerentur
ac si non venerint, eo quod omnes iusticie
in oblivione traduntur [illegible]. Et sic illi
dicuntur qui abierunt retro non venerant
illo modo eterna ex dictis patet quod tunc dicitur
de quo dedit in [illegible] non perdam ex eo
primo potest esse verius melior quod dicit dedit
quia dare est dupliciter vel secundum presentem
iusticiam et sic dati sunt illi iudas et ce-
teri vel secundum electionem eternam et sic dati
sunt predestinati de quibus nunquam perierunt
aliquo modo potest esse verius melius quod dicit perdam
quia Christus diligentissime custodit eos
unde nunquam periit propter defectum pastoris
sed quia neminem invitum salvat, aliqui
pereunt propter maliciam suam unde [illegible] eos
non perdidit sed ipsi se perdiderunt. Ex
circa hoc quod dicit: vidistis me et non
credidistis, videtur quod male dicat quia fides

est carne vere q no videntur ypostes
sev sub spe panis et go inculis pt
cor reprehendere qui no credunt
nisi videant si diat q videre est
quantitatem sed credere sm ymitatem
sed hoc inutil videt qr visio quantitatis
poris impedit fidem ymitatis quam
admittet go no debuit cor ex hoc
arguere Rudet q no intelligit de visi-
one vel quantitatis pure vel informe
sed de visione vtutis et potentie in
effectu / et qm videbant diuina vtute
in effectu ideo credere debebat Sed
no obiat q visio repugnat fidei
dem q vm est de visione essentie
sed no est vm de visione que e in
effectu tanquam in speculo quia fidei
est videre p speculum in enigmate i corin xiij
Murmurabant / go iudei de illo /
quia dixisset / ego sum panis viuus
/ qui de celo descendi / Et dicebant
nonne hic est filius joseph · cuius
nos nouimus patrem / et matrem
quomodo go dicit hic · qr de celo de
scendi / Rndit go eis ihus et dixit
/ nolite murmurare inuicem nemo
pt ad me venire nisi pater qui
me misit traxit illum / et ego resusci
tabo eum in nouissimo die · Est scriptum e
in pphetis Erunt omnes docibiles dei
omis qui audiuit a patre et didicit ve
nit ad me · no quia patrem vidit
quisquam nisi is qui est a deo · hic
vidit patrem / amen amen dico vobis
qui credit in me / habet vitam eternam
Ego sum panis vite · patres vestri
manducauerunt manna in deserto
et mortui sunt / hic est panis
de celo descendens · ut si quis
ex ipso manducauerit no moriatur
Ego sum panis viuus qui de celo
descendi Si quis manducauerit
ex hoc pane viuet in eternum ·
Et panis quem ego dabo ei caro
mea est pro mundi vita · &c
Proposita doctrina et de cibo spirituali /
hic concludit contradictio / predicte /
doctrine / Et primo quantum ad turbas
murmurantes / Secundo quantum ad de discipulorum du
bitantes · ibi / multi go audientes &c
Circa primum duo facit / primo recepit mur
murmur turbarum de origine cibi
spiritualis / Secundo mitigat eorum linguam

de cibi spiritualis manducatione / ibi litiga
bant go iudei &c · Circa primum adhuc
duo facit / primo ponit murmur turbarum
Secundo repressio · murmuris / ibi rndit
go ihus · et dixit eis nolite murmurare /
inuicem / Adhuc prima diuidit in duo qr
primo ponit · causam murmuris Secundo
ponit · vba murmurantium · ibi nonne
iste est filius joseph &c / circa primum ad
primum attendit / Ex primis vbis Christi
/ qui quidam de quodam dictorum vborum mur
murabant / quia s dixerat / Ego sum
panis viuus qui · de celo descendi
quidam eum spiritualem panem no capi
ebant nec desiderabant / et ideo mur /
murabant / quia in spiritualibus inerte
fundatam / no habebant / sicut id prs
agitur murabat in tabernaculis suis ·
/ et sicut de eo / unde murmuramus
pont quidam eorum / murmuratio aut est
occulta detractio / vn Crisostomus no aperte
sed occulte contradicebat / · eorum
patrum suorum obseruates / de quibus in
ysaias o · vsque multitudo hec pessima
murmurat contra me / de quo vo
murmurabat / subdit quia dicebat
Ego sum panis qui de celo descendi
ipsi namque querebant panem corporalem
ad manducandum / vn quia spe sua
frustrati erat / ideo murmurabant
Et Crisostomus dicit / q hucusque no murmu
rabat / quia sperabant se consecuturos
corporalem escam / qua spe substracta
statim incipiunt murmurare · licet
aliam causam pretendant / no aut ma
nifeste contradicunt / ppter reuerentiam quam
ad huc habebant ad xpm ex ineffabilia
miracula precedentis / vba aut mur
murantium ponit / cum dicit / Nonne
iste est filius joseph / quia enim car
nales erant · xpi generationem carna
lem solam considerabat / ex qua impe
diebant / ne cognoscerent spualem
et eternam / et ideo de spla carnali loqun
tur / id supra 3º / qui de terra est de terra
loquitur &c et spiritualem no capiunt
vn subdit / quomodo go dicit hic quia
de celo descendi / vocat aut eum
filium joseph / propter reputationem / quia
nutricius eius erat / sicut id luc tertio
Erant ihus incipiens quasi annorum
triginta · vt putabat filius joseph
nam / iudei credebat xpm esse purum

hoc est de semine ioseph ex maria conceptum
ignorantes xpm formatum virtute spiritus
sancti. et ideo dicebant nonne hic est filius
ioseph cuius nos novimus patrem et matrem
de cuius non dubitabant. matth. xiii⁰ nonne
hic est filius fabri. nonne mater eius
dicitur maria. et fratres eius et sorores eius
apud nos sunt. quomodo ergo dicit hic quia
de celo descendi. tamquam si negarent eum natum
esse in terris. sed pro veritate est illud quod
dictum est supra. propheta in patria sua
non habet honorem. nam quia eum cognosce-
bant carnalem generationem negabant eternam.
et quia contempserunt xpm humilem
non potuerunt eum habere sublimem. unde
glossa iudei indignantes et obprobria
xpi querentes in humilitate generis
eius offendebant. unde et dicebant
nonne hic est filius ioseph. sed consequen-
ter dicit respondit ihesus et dixit eis nolite
murmurare. ponitur repressio murmuris.
secundo satisfacit dubitationi murmuran-
cium ibi amen amen dico vobis qui cre-
dit in me habet vitam eternam. circa primum
duo facit. primo cohibet eorum murmur.
secundo assignat causam murmuris eorum
ibi nemo potest ad me venire. dicit ergo co-
gnoscens ergo ihesus eorum murmur. mur-
murantibus eis et compescens eorum murmur
dixit. nolite murmurare in invicem. doc-
trinam salubrem docuit. nam qui
murmurat ostendit mentem suam non esse
firmatam. et ideo dicitur sapientie primo. custo-
dite vos a murmuratione que nichil pro-
dest. unde patres eorum in deserto propter
murmurationem puniti sunt. et ideo licet
admonitio xpi est salubris ne cadat
in plenam penam. et ratio quare non
oportet murmurare quia xpm non intelli-
gunt. et quia eum non intelligunt iniuste eum
reprehendunt. et ideo non intelligunt
quia non credunt. quia non est eis
datum a patre. non enim causabatur ex parte
xpi pietate ... sed ex
iudeorum incredulitate. et ideo causa mur-
muris eorum est infidelitas. et hanc
ostendit dicens nemo potest ad me ve-
nire nisi pater qui misit me traxerit eum. ubi
primo ostendit necessitatem esse patris attractionis
ad hoc quod veniatur ad xpm. secundo ostendit
modum attrahendi ibi scriptum est in
prophetis. sed circa primum tria facit. primo
ponit humane facultatis defectum. secundo
divini auxilii subsidium. tertio auxi-
lii finem seu fructum. est ergo facultas

humana deficiens ad veniendum ad xpm per fidem.
et ideo dicit nemo potest ad me venire scilicet
per fidem et dilectionem et cognitionem nisi pater
qui misit me traxerit illum. scilicet per revela-
tionem sicut petro matth. 16 beatus es
symon bar iona quia caro et sanguis
non revelavit tibi etc. nichil enim potest
ascendere ad illud quod est supra naturam
suam nisi ab alio trahatur. sicut lapis
non potest ascendere sursum nisi per alterius
motum. fides autem formata caritate
trahit quodammodo hominem ad naturam divinam.
secundum illud 2 petri primo maxima et preciosa
promissa vobis donavit ut per hec effi-
ciamini consortes divine nature. et ideo
hoc donum non potest homo consequi nisi a deo
trahatur. iudei autem non sic erant tracti.
ideo murmurabant de verbis xpi. sed illi autem
qui a patre trahuntur ad filium per fidem
formatam consequuntur vitam eternam. nec
ergo potest ad me venire. sed divinum auxi-
lium est efficax ad subveniendum. unde
subdit nisi pater qui misit me traxerit
illum. et finis seu fructus est optimus.
unde sequitur et ego resuscitabo eum
per redemptionem et liberationem a morte
corporis et anime. tamen quia per hominem mors et per
hominem resurrectio mortuorum. et sicut in adam
omnes moriuntur ita et in xpo omnes vivi-
ficabuntur. sed hic est triplex questio.
prima de hoc quod dicit nisi pater traxerit illum.
cum enim ad xpm veniamus credendo
quia sicut supra dictum est quod est venire
ad xpm est credere in eum. nec autem potest
credere nisi volens. sed tractio dicit
violentiam quandam. ergo qui tractus
venit ad xpm cogitur. videtur quod hic
quod hic dicitur de tractione patris non
importat coactionem quia non oportet trahens
faciat violentiam. sic ergo multipliciter
pater trahit ad filium secundum multiplicem
modum trahendi absque violentia in
hominibus. nam aliquis trahit aliquem
persuadendo rationem. et sic modo pater trahit
homines ad filium demonstrando eum esse fi-
lium suum. et hoc dupliciter vel per internam re-
velationem. ita quod hic tractus potest divini interior
illuminatione. sicut dicit aug. super iohannem quam
intus illuminatus credit filium equalem
patri tractus est a patre. unde et symoni petro
dictum est matth. 16 beatus es symon bar
iona quia caro et sanguis non reve-
lavit tibi scilicet xpm esse filium dei vivi
sed pater meus qui est in celis. ista enim

reuelacio/ est ipa attractio vel prima
uelorem operacionum qua habet a patre
sup vito opa que dedit m' pr ipa ...
... aliquis trahit alium alliciendo ...
vino blandiciis laborum/ ... ...
xit illum etc hic mo illi qui accedit
ad xpm per auctem patre maiestatis
trahuntur a patre/ ... cum credit
in xpm per hoc quod credit eum filium dei
hic pr trahit ad filium ... paterna
maiestas hic mo/ non attrahebantur ...
qui xpm non verum dei filium negabant
... generibus/ credebat non sic
... trahebat ... xpm purum hominem
dogmatizauit ... trahuntur a patre
... maiestate illecti sed trahuntur
et a filio admirabili delectatione
et amore veritatis que est ipse filius
dei ita quod ... ... suauis
alliciencius ipse enim suauis delectat
et id amor et delectacio veritatis ...
... ut augustinus dicit/ trahit quemque sua
voluptas quanto fortius dicitur ...
trahi ad xpm per delectacionem veritatis
beatitudinis iusticie sempiterne vite quod
totum xpus est ab ipso ergo ... ...
... trahimur per delectacionem veritatis
sicut ... delectare in domino deo tuo
et ... sponsa dicebat/ cantici primo
trahe me post te curremus in odore vn
guentorum tuorum sed quia non solum re
uelacio exterior ut obiectum/ virtute ...
trahendi sed etiam interior instinctus
impellens et mouens ... trahit non
per ad filium per instinctum diuine operacionis
mouentis intus cor hominis ad credendum
per ... deus est/ qui opatur in nobis
velle et perficere ... xpo ... ...
... trahit eos in vinculis caritatis
... ... cor regis in manu dei quo
cumque voluerit vertet illud adhuc alio
mo pt dici quod deus trahit ponderosum
... ponens in statera sua ...
ut nos suspensus trahit trahat et ...
... in caritate perpetua dilexi te ideo
attraxi te miserans tui et ... ...
... donans nobis/ nos trahit in
... xpo ego si exaltatus fuero a
terra omnia traham ad meipsum etc
tracta quedam/ est interior illuminacio quedam
... operacio quedam suauis alliciens
quedam interior instructa impellens/
quedam ... ... et xpus donans
... sed dato quod est/ ... dicitur quod filius
trahit ad patrem ... ... nemo venit

patrem nisi filius et cui voluit filius
reuelare et ... xpo ... ...
... non ... hominibus quos dedi
... quo ... dicitur quod pater trahit
ad filium/ ... quod ad hoc pt duplicitur
... de xpo possumus loqui
aut secundum quod est deus aut secundum quod est deus
secundum quod est homo xpus est ... via ... ...
xpo ego sum via et secundum hoc xpus
ducat ad patrem sicut via ad terminum
... pater vero trahit ad ...
... dat nobis sua virtute
ut redeamus in xpm ... ...
saluati ... et non ... vobis/ dei ...
donum est/ ... vero xpus est verum
dei et manifestatiuum patris sic filius
trahit ad patrem/ pater autem trahit ad
filium suum/ ... manifestat ipsum
... quod est de hoc quod dicit nemo potest
venire nisi tractus a patre/ quod secundum hoc
... qui non veniat ad xpm non impu
tatur eis/ sed ei qui non trahit ...
... quod ... nullus venire pt nisi
tractus a patre/ ... per naturam
non pt ... ferri/ nisi trahatur
ab alio ita ... quam ad ...
esse tendens/ non pt ... eleuari
nisi tractus ... non eleuatur non
est ... qui
... nulli deficit/ sed
est per impedimentum ... qui non tra
huntur aliter autem quantum ad hoc pt
... possumus loqui de hominibus
in statu nature integre/ et aliter
in statu nature corrupte ... in natura
integra/ non erat aliquod impedimentum
... ab hac tractione ... ...
... potuit esse ...
sed in natura corrupta/ omnes per
impedimentum peccati ... equaliter
ab hac tractione/ ideo omnes indigent tra
hi/ deus autem omnibus ad trahendum
manum porrigit/ quantum est in se non
quod plus est non solum attrahit
manum ... sed etiam ... a se
querit secundum id treni ultimo conuerte
nos ad te domine et ... et in ...
secundum aliam ... deus tu conuertens
viuificabis nos ex quo ergo deus
omnibus paratus est dare graciam et
ad se trahere/ non imputatur eis
aliquis non accipiat sed ei qui non
accipit/ ... autem non omnes ...
trahit sed aliquos ... omnes ...

equaliter aliquis. Ruppo quia inequali
potest assignari ut scilicet in illis qui non
trahuntur appareat et refulgeat ordo
divine iustitie, in illis autem qui trahun-
tur principalitas divine misericordie. Quare autem
in speciali hunc trahat et illum non tra-
hat, non est aliqua ratio nisi solum
beneplacitum divine voluntatis. Unde dicit Augus-
tinus: quem trahat et quem non trahat, quare
illum trahat et illum non trahat, noli
velle iudicare si non vis errare. Se-
mel accipe et intellige: si non traheris
ora ut traharis. Et hoc potest ostendi
per exemplum. Non potest assignari ratio quare
artifex ponat aliquos lapides
inferius et aliquos superius et aliquos
in lateribus et aliquos non assignat
in dispositione domus quam complementum
hoc exigit. Sed quare hos lapides
hic ponat et hos ibi dependet
a sua simplici voluntate. Et inde est
quod preparatio dispositionis refertur ad vo-
luntatem artificis. Sic ergo deus ad
complementum universi quosdam quos trahit
ut in eis appareat sua misericordia, quosdam
vero non trahit ut ostendat in eis sua
iustitia, sed hos trahit, illos non
trahit secundum beneplacitum sue volunta-
tis. Sicut etiam quare in ecclesia fecit ali-
quos apostolos, aliquos confessores,
aliquos virgines ratio est propter ecclesie
complementum et decorem. Sed quare
petrum fecit apostolum, Stephanum mar-
tirem, Nicolaum confessorem, non est
alia ratio nisi voluntas sua. Sic
ergo patet quare facultatis defectus
et auxilii divini subsidium. Sequitur
auxilii fructus et fructus ubi dicit: Et
ego resuscitabo eum in novissimo die.
Sed in quo tempore hic notat quomodo christus iterum
hic sua gessit, quoniam … et omnis fu-
turum non pro sicut per hominem mors ita
per hominem resurrectio mortuorum. Ego
ergo secundum quod hic resuscitabo eum in no-
vissimo die non solum ad vitam nature
sed ad vitam glorie. Tenet enim fides
catholica quod status mundi innovabitur.
Apoc. xxi: vidi celum novum et terram
novam. Et inter alia que ad hanc
innovationem concurrunt, tres inmutat motum
celi cessare et per quos tempus. Apoc. x
Angelus iuravit per viventem in secula se-
culorum quia tempus amplius non erit. Er-
go cessante tempore in resurrectione cessa-

bit et nox et dies. Unde dicit et ego re-
suscitabo eum in novissimo die. Quare
autem usque tunc motus celi durabit et
tempus et non unquam vel amplius. Dicendum
quod illud quod est propter aliud, dimensionem
disponitur secundum dispositionem eius propter
quod est. Motus autem celi propter homines facta sunt.
Et ideo secundum dispositionem hominis
dimensionem disponi oportet. Causa ergo motionis
bus quod resurgent in(?) ordinabitur
status, incorruptionis sui id est corporis. Et quod
mobile quod inducit incorruptionem, ideo tunc
et cessabit corruptio in rebus. Unde
cessabit tunc motus celi qui est causa
generationis et corruptionis in rebus corporalibus.
Ro. viii ipsa creatura liberabitur a ser-
vitute corruptionis in libertatem filiorum dei.
Sic ergo patet quod ad fidem nostram est
nobis attractio patris. Consequenter cum dicit
Scriptum est in prophetis, declarat modum at-
trahendi. Et primo ponit attrahendi mo-
dum. Secundo attractionis efficaciam ibi omnis qui
audit a patre. Tertio excludit opi-
nionem attractionis ibi non quia patrem
vidit quisquam. Modus autem trahendi
est congruus, quia trahit revelando
et docendo. Et hoc est quod dicit scriptum
est in prophetis: Erunt omnes docibiles
dei, id est omnes docebuntur a deo. Vel
omnes erunt docibiles dei capaces. Et
dicit pluraliter in prophetis quia in pluribus
invenitur. Omnes enim prophete uno eodem
spiritu repleti licet diversa prophetarent
tamen ad idem tendunt, quapropter cum quo-
vis eorum omnes alii concordabant. Beda
dicit hoc esse scriptum Joel ii: Effun-
dam de spiritu meo super omnem carnem
et prophetabunt filii vestri et filie vestre, iuve-
nes vestri visiones videbunt et senes ves-
tri somnia somniabunt. Alii dicunt quod non
invenitur hoc ibi scriptum esse sed aliquid
consimile. Dicit enim Joel ii: Filii Syon
exultate in domino deo vestro quia dabit
vobis doctorem iustitie. Et ideo secundum Bedam
dicit in prophetis scriptum, ut dicit intellige
quod istud colligi potest ex diversis dic-
tis prophetarum. Christus enim et apostoli non semper alle-
gaverunt scripturas de verbo ad verbum sed suf-
ficit eis accipere sententiam. Expressius tamen
videtur hoc Ysa. liv: ponam universos
filios tuos doctos a domino. Iere.
3° dabo vobis pastores iuxta cor meum
qui pascent vos scientia et doctrina.
Et ibidem 31° dabo legem meam

in visceribus eorum et in cordibus eorum scribam. et non docebit ultra vir proximum suum et vir fratrem suum dicens cognosce dominum. omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum. Et secundum Augustinum super Johannem exponitur quod hic dicitur Erunt omnes docibiles dei aperte cognoscitur quod solus deus intus docet. Et si enim homines ab hominibus audiunt tamen quod intelligunt intus datur. Strepitum enim verborum ingero auribus vestris nisi ille revelet qui intus est. Sed quereret aliquis utrum hic sit verum Erunt omnes docibiles dei videtur quod non quia secundum hic omnes docibiles et per consequens omnes trahentur ad filium, non doctrina et interior revelacio sit modus trahendi ad filium ad ipsum quod est doctrina Christi. Iudei ergo hic verum Erunt omnes docibiles dei. Triplicat potest intelligi. Primo ut hic omnes supponat pro omnibus hominibus iudeis. Secundo ut supponat pro omnibus in terra Christi. Tercio pro omnibus qui erunt in regno celorum. Si autem dicatur primo videtur non esse verum quia statim sequitur omnis qui audit a patre et didicit venit ad me. Si ergo quilibet de mundo erunt docibiles omnis veniet ad Christum. sed hoc est falsum quia non omnis est fidelis. Sed ad hoc explicat Crisostomus quia si dicitur primo dominum hic debemus esse de pluribus. Erunt magis omnes id est plurimi secundum quod modus dicit aliquis vero multi venient ab oriente et occidente etc. Secundo quod omnis qui natus est ex deo erunt docibiles. Secundo quod aliqui eorum non doceantur est ex parte eorum. Sol enim in quantum est de se omnes illuminat. sunt autem ab aliquibus non videri quia claudant oculos vel quia sunt ceci et hoc non dicit apostolus i thimotheum ii vult omnes homines salvos fieri et ad agnicionem veritatis venire. Tercio secundum Augustinum hic est accommoda distribucio. ut dicatur omnes erunt docibiles dei id est omnes qui docentur a deo docentur sicut loquimur de aliquo literarum magistro. Unus enim qui est in civitate solus iste docet omnes pueros de civitate quia nunquam docetur in ea nisi ab illo. Et hoc modo dicitur super primo Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si autem exponatur de illis qui sunt in terra congruencius dicitur Erunt omnes qui sunt in terra docibiles dei. unde dicitur ysaie liiii ponam universos filios tuos doctos

a domino. In quo quidem ostenditur sublimitas fidei christiane que non innititur humane doctrine sed dei. doctrina enim veteris testamenti data fuit per prophetas sed doctrina novi testamenti est per ipsum filium dei. Hebreis primo multifarie multisque modis olim deus in veteri testamento loquens deus patribus in prophetis novissime diebus istis locutus est nobis in filio suo etc. Et hoc ideo cum non accepisset in mente ... Dicit ergo omnes qui sunt in terra docti sunt non ab apostolis nec a prophetis sed ab ipso deo. Et secundum Augustinum hic primum quod ab homine docentur est ex deo qui docet. intus quia est Christus. unus est magister vester Christus. Ideo ... que una est proprie ad doctrinam est nobis a deo. Si autem exponatur de his qui sunt in regno celorum tunc omnes erunt docibiles dei quia eius essenciam in mente videbunt. Prima Johannis 3 videbimus eum sicuti est. Dicit ergo nemo venit ad filium nisi pater traxerit eum quia ita testantur prophete. omnes homines illius regni id est hanc fidei erunt docibiles dei quia et si homines foris loquuntur tamen solus deus intus sensum aperit intus instruit veritatis cognicionem et amore. et ita quicumque audit et discit a patre venit ad filium. unde subdit Omnis qui audit a patre et didicit venit ad me. Ubi ostendit quod instruccio patris est efficacissima. tacta quod duo ponit. Unum quod pertinet ad donum dei videlicet audit scilicet deo revelante. aliud quod pertinet ad liberum arbitrium cum dicit et didicit scilicet per consensum ita quod non solum audiat sed et auditis consenciat. Et ista duo necessaria sunt in omni doctrina scilicet ut audiat a docente et capiat audita. Ita in doctrina fidei oportet quod audiat a patre docente et manifestante et discat per credendum assensum venit ad me id est in incorporatur et uniatur membrum per fidem formatam. vel venit ad me triplex per veritatis cognicionem per amoris affectum et per operis imitacionem. Et in quolibet oportet quod audiat et addiscat per cognicionem namque veritatis oportet eum audire deo inspirante. Psalmus Audiam quid loquatur in me dominus deus. et addiscere per affectum ut dicitur est. Item venit per amorem etc.

decimum, ut supra primo. Et quibus petit scilicet
desiderat veniat, et hoc est audie-
uit. primo et sepe illud, addiscat ut
addiscat et affirmat. Iste enim dixit
verbum qui capit illud secundum corpus dicitur
verbum autem dei patris. est spirans per
amorem. Cum ergo capit illud in fer-
vore amoris, dixit Sapiencie vii. in a-
nimas sanctas se transfert, amicos dei
et prophetas constituit. Per opus autem imi-
tacionem venit ad christum. sicut id Mat. xi°
venite ad me omnes qui laboratis etc.
Et hoc modo quicumque dicitur venire
ad christum. Ita patet cognitio se habet in intelli-
gibilibus, et contemplacio seu speculacio
in speculabilibus, ita et operacio in opera-
bilibus. In primis autem cognicio perfecte
dicitur venire ad cognicionem, cum ergo in
operabilibus perfecte verba dei dicit, venit
ad rectam operacionem. ysaie l. dominus
aperuit michi aurem, ego autem non
contradico. Et itaque triplicatur venire ad
christum. Primo per cognicionem veritatis
scilicet ut veritatem audiat et audiens veritati
consenciat. Secundo per desiderium et gau-
dium bonitatis. Tercio per operacionem rectam.
Et quia dicitur pater, docet homines
non apparendo visibiliter sicut homo vel
sicut angelus assumpto corpore. Et
aliqui possent opinari quod homines
visibiliter a patre audirent et addisce-
rent. Et ideo ut hoc dominus excluderet
subdit: non quia patrem vidit quisquam
scilicet mortalis et passibilis, id est homo
vivens in hac vita non vidit patrem
in sua essencia secundum illud Exo. xxxiii.
non videbit me homo et vivet,
nisi is, id est filius qui a deo est, id est
qui naturaliter procedit a patre, vidit pa-
trem per essenciam suam. Vel non vidit
quisquam patrem visione comprehensionis,
qua visione nec homo nec angelus
eum vidit umquam nec videre potest
nisi is qui a deo est, id est filius. Mat. xi.
nemo novit patrem nisi filius. Et
hec quidem racio est quia cognicio omnis vi-
sio et cognicio per aliquam similitudinem
fiat, secundum modum similitudinis quam habent
creature ad deum, secundum hoc habent cogni-
cionem ipsius. Unde et philosophi dicunt quod intelli-
gencie cognoscunt primum secundum hoc quod
habent similitudinem cuius. Omnis autem creatura
participat quandam aliquam similitudinem

dei, sed in infinitum distantem a similitudine
sue nature. Et ideo nulla creatura potest
ipsum deum cognoscere totaliter et prout est
in sua natura. Filius autem, quia perfecte
totam naturam patris accepit per eternam
generacionem, ideo totaliter videt et comprehendit.
Et notandum est congruus ordo locucio-
nis, nam supra loquitur de cognicione aliorum,
virtus est ex auditu, hic vero loquitur
de cognicione filii, ubi dicitur visio. Visio-
nis cognicio que est per visum est imme-
diata et aperta, ea vero que est per auditum
fit mediante eo qui videt. Sic et nostra
cognicionem quam habemus de patre accipimus
a filio qui vidit. Unde nunquam patrem cogno-
scat, nisi per christum qui eum manifestat,
et nunquam ad filium veniat nisi a patre ma-
nifestante audierit. Unde supra dicitur nemo
venit ad me nisi pater meus traxerit eum.
Tractus iste non sit per coactionem sed per
inductionem et desiderii inflamacionem
sicut ovis trahitur, ostenso sibi viridi
ramo, et puer ostenso pomo. Tractus
ergo ille non est violentus sed volun-
tarius ut dictum est. Sexto notandum est quod per hoc
dictum quisquam potest intelligi quia
et sic primum est, scilicet nunquam homo vidit ante christum
patrem, nisi forte in quodam raptu
sicut moyses et paulus. Et hec visio
non erat similis visioni christi qui ab
instanti sue concepcionis vidit divinam
essenciam per modum habitus permanentis
et utens sensibus corporeis. Si autem per
hoc quisquam excludatur omnis creatura
sicut quod scilicet intelligitur de filio secundum divi-
nam naturam, et de visione comprehen-
sionis, que competit soli deo. Per hoc
autem quod dicitur exclusiva adiungitur ibi
filio, non excluditur pater vel spiritus sanctus,
dictio enim exclusiva addita uni persone
respectu termini essencialis non excludit
aliam personam ut diffusius declaratur.
Pro presenti nota quod omnis cognicio dei
que habetur in via, de lege communi, abso-
lute loquendo est imperfecta, quia omnis dei co-
gnicio vel est per creaturas in quibus
est vestigium trinitatis, et patet quod valde
de imperfecte res cognoscitur per suum
vestigium; est enim valde longinqua
similitudo vestigium alicuius, vel est vesti-
gium, vel est spiritualis creatura racionalis,
in qua non solum est vestigium sed etiam
ymago trinitatis. Et hec etiam est imperfecta

nunquam tamen quam prima, ita imperfecte cognoscit
angelus, ex parte quam habet imaginem et quaelibet
res, per speciem quam habet in speculo per sui
actus, tamen est maior dissimilitudo in omni
creatura quam sit similitudo, vel est per
sacram scripturam, et haec etiam est imperfecta,
licet nunquam quam ita tradit enim nobis
scriptura notitiam de deo sub tropis variis
et locutionibus figurativis; vel est per
fidem, quae etiam est imperfecta quia non
innititur rationi, sed soli auctoritati. nulla
alia cognitio habetur de deo in via
de lege communi, et omnis alia cognitio
quam quis habebit de deo in via per aliquod
lumen superius lumine fidei, sicut est prophetia
vel quaecumque alia notitia, est imperfecta re-
spectu cognitionis patriae quae erit facialis
et intuitiva quae sola erit beatifica. Ex quo
patet veritas [illegible] dicitur quod aliqui in
ista vita viderunt deum facie ad faciem
sicut dicit Iacob de se ipso Gen 32, et
paulus in raptu 2 Cor 12. dicendum ad
primum quod iacob non vidit deum in propria
natura, sed in assumpta creatura. de pau-
lo dicendum quod illa visio non fuit in patria,
sed in transitoria vel quod pro illo tempore pau-
lus non fuit in statu viae simpliciter
quia non erat viator simpliciter. de aliis
ad hanc materiam spectantibus plura
dicta sunt supra primo. ubi deum nemo vidit
unquam. Circa lectionem quintam primo de hoc
quod dicitur iudaei murmurabant. dubitabatur
quod iudaei de doctrina veritatis tacere
debebant in murmuratione. ergo in praesenti
doctrinam non praedicare cum esset salutis
medicinalis non debuit dare. ad hoc
facit quod scribitur Matt 7 nolite sanctum
dare canibus, neque spargere marga-
ritas ante porcos. ad hoc ipsum quod ex-
cum erudit deteriores, ipse sibi iniuriam
facit. ergo videtur quod talibus non debebat dari
instructio quia cadunt in destructionem
eorum. patet, dicit augustinus in libro de bono
perseverantiae: Qualis unquam bonum praedican-
da est [illegible] malis. hic dicitur ex ver-
bis dicit enim ibidem quod non sunt unquam doctrina
veram praedicare bonis, et per sunt unquam ma-
lorum inde scandalizati non debemus ve-
ritatem. Tamen ergo optima erat doctrina
de pane vitae. et pluribus valde
bonis, et qui tunc aderant et nobis
qui legimus et temporibus se offerebat quia
mirabilis et magna refectio facta
fuerat. ideo bene fecit docendo non propter

malos, sed propter bonos. Unde dicendum ad primum
quod et si dominus illius malis loquebatur tamen
erudiebat bonos. ad illud Matt 7 nolite
sanctum dare canibus etc. Alexander
in 2a parte dicit quod secundum augustinum sanctum est
quod violare aut corrumpere non licet.
Margaritae quaecumque spiritualia magna
aestimanda sunt. et quia in abdito
latent tamquam de profundo eruuntur
dicit Crisostomus. Debent autem sancta ut ba-
[illegible] consecrata, in qua re figuram dixit
mathathias primo mach 2o dicta
nostra pulchritudo nostra claritas nostra
desolata est et inquinaverunt eam
gentes. et levitici 10 in figura ex-
cavere dicitur magna de quibus aaron
vestes [illegible] quae sancta sanctorum
est. Margaritae vero secundum Crisostomum sunt
mysteria veritatis, quia sicut margaritae
inclusae conchilis posita sunt in medio
maris, sic mysteria in libris et eloquiis
posita sunt in altitudine sacrae scripturae
et ideo sunt sacra et pretiosa, secundum re-
ctorum intellectum. Matt 13 inventa
una pretiosa margarita, vendidit omnia
sua et comparavit eam. Proverbiorum 25 in aure
vas aureum et margarita fulgens
qui arguit sapientem et aurem obe-
dientem. Canes secundum augustinum sunt oppu-
gnatores veritatis, [illegible] canes
impudentissimi, [illegible] sanitate
canes enim ut dicit Crisostomus [illegible]
supervenientibus [illegible] latrantes
Apoc 22 foris canes venefici impu-
dici. porci vero secundum Augustinum sunt con-
temptores veritatis vel secundum Crisostomum [illegible]
[illegible] carnales [illegible] porci
in ceno voluptatis, nunquam caelum
aspiciunt, nec quaerunt dominum suum nisi cum
aliquid ferat. et tales sunt christiani
qui in carnalibus operationibus de-
lectantur, nec aspiciunt caelum, nec quaerunt
deum, nisi cum necessitas eis advenerit.
Matt 8 dixerunt daemones dicentes si eicis
nos inde mitte nos in porcos.
de utroque 2 Pet 2o canis reversus
ad vomitum suum, et sus lota in volu-
tabro luti. dicit igitur Alexander quod ista
prohibitio intelligitur de obstinatis
in malitia sive errore, circa quos
ut dicit augustinus [illegible] est [illegible]
quia aut ipsi sunt soli, aut sunt etiam
alii fideles astantes, si primum tenendum
est quod dicit dominus. Si vero sunt alii

fideles astantes, iuxta formam domini
predictam est qui non perduxerit in
deum non est putandum secundum dictum ipse
tantibus; non enim dedit eis qui capere
non poterant, sed eis qui poterant
et fideles aderant, quorum propter aliorum in
mundiciam negligi non oportebat.
Et non eum temptatores interrogabant
videbant, sicut quod conducerent non crederent,
et ut alii qui poterant capere illorum
occasione multa utilia audirent. Item
Augustinus dicit quod dicit omnis qui audit
a patre etc. non quia quis videt patrem
sed constat quod hic loquitur de videre
et audire spiritus intellectus. Sed in intellectu
non differt visus et auditus, et qui au-
dit intellectu videt intellectu. ergo si
audit patrem intimus et videt. Ponitur
dicatur quod aliud idem est quod videre et
intelligere, qui igitur audit aut in-
telligit aut non. Si intelligit videt;
si audit et non intelligit et venit ad
auditum, ergo venit non intelligens
tanquam brutum. Videtur quod visio re-
spicit loquentem, sed auditus locutionem.
Sic locutio dei, ea est inspiratio
sive quod hic accipitur. Sed inspiratio
effectus dei est in anima. Hic effectum
potest anima in se ipsa cognoscere, quamvis
non plene cognoscat a quo est. Unde
dicitur quod illam inspirationem et videt
et audit, sed tamen Christus non sequitur quod vi-
deat deum. Unde exponit Christus: omnis qui
audit a patre, id est inspirationem percipit
a patre, et illam inspirationem videt sicut et
audit, sed tamen Christus non sequitur quod videat
inspirantem, quia auditus non exigit
presentiam sed effectus etc. et visus. Item
deum trahere sit totius trinitatis
quod est predicatum quod est proprie
filii vel spiritus sancti quo attribuitur patri,
quia vel per proprietatem vel per appropriationem.
Videtur sicut tractum est quod remane-
re se et hic est natura; instituitur descen-
dere cum parte ascendere gratie. Item ergo
natura sit corrupta et ad malum prona,
si supra se elevetur, non tamen erit eleva-
ta, sed per inclinationem ad quod tra-
hitur. Anima ergo omnis qui ad eum venit
supra se elevatur. Nemo venit nisi
trahatur. Propterea bene dicit: nemo venit etc.
intelligendo de tractione non violenta
sed vocationis exterioris et inductionis

seu afflationis que potest esse in coactione qua-
libus, aut non potest in plena potestate ve-
nire, sed est in plena potestate ad divinum
auxilium parare, quod qui non facit
est reprehensibilis. Tertio autem ista tractio
apparet parata dominum quod apparatur sit intim-
tate rationis intelligentie, dande forme
erroris amovendi. Tertio consequitur unde
dicit: et hic tertio fidelibus causam quare dominus
pater apparat, ut nos consimiliter doceat
Christus ibi: Amen amen dico vobis etc.
Respondet iudeorum murmuri, qualiter dominus
satisfaciat dubitationi que orta erat
in cordibus eorum iudeorum de verbo quod
dixerat: Ego sum panis qui descendi
de celo. Primo intendit probare hoc, primo
esse de se et argumentatur sic: ille pa-
nis descendit de celo qui dat vi-
tam mundo et vitam celestem et potest a
morte preservare. Sed ego sum talis
panis, quia sum verbum incarnatum; ergo
ego sum panis qui de celo descendi.
Circa hoc ergo tria facit: primo ponit
quasi maiorem sic: ego sum panis vite.
Secundo ponit minorem, scilicet quod panis qui de
celo descendit dat vitam mundo,
ibi: patres vestri manducaverunt etc. Tertio
ponit conclusionem ibi: Ego sum panis vivus.
Circa primum duo facit. Primo mani-
festat suum propositum, secundo inducit in-
tentum quasi probatum, ibi: Ego sum
panis vite. Propositum suum est, unde
quod sit panis vite; panis autem vivificat
in gratia sumptus. Constat autem quod qui
credit in Christum sumit eum intra se ipsum,
scilicet ad Ephesios 3o: habitare Christum per fidem
in cordibus vestris. Ergo ille qui
credit in Christum habet vitam eternam. Ma-
nifestum est quod manducando quis pa-
nem vivificatur, ergo iste panis est
panis vite etc. Hoc est quod dicit
Amen amen, id est vere vere dico vobis,
qui credit in me scilicet fide formata,
que non solum perficit intellectum sed etiam
affectum; non enim tendit in rem creditam
nisi amet. Christus autem est in nobis
dupliciter: scilicet in intellectu per fidem in
quantum est deus; fides et in affectu
per caritatem que informat fidem. 1 Johannis
4o: qui manet in caritate etc. Qui
ergo credit sic in Christum ut in eum ten-
dat, habet ipsum et in affectu et in in-
tellectu, et si addamus quod Christus est vi-
ta eterna, ut patet 1 Johannis ultimo, patet prima.

in uo filio eius ihesu xpo hic e verus
deus et vita eterna et sup pmo gd fa
ctu est in ipo vita erat pasqua isteze
qui quicq credit in xpm hz vitam eternam
hz quod hic in ea et in ipe quos aut
quicq in te Sed d vn se qd dt xpus
qui credit in me hz vitam eternam
qdm qi hic pt declarari duobus
pmo pt qz xpus dicat qui credit
in me hz me quia crede e qd da
hre ipm aut hz me hz vitam eternam
ego enim sum via vita et vita ego
sum pm vm aut est vita eterna
Ordo pt sic declarari Sicut qz hat
pani valet hz vitam eternam Sz qui cre
dit in xpm qiunat pani vite qr
pfidem formatam qiunat membra
capiti xpo go qui credit in xpm
hz vita eterna vn manifestato spo
to indicat intentio dei Ego sum
panis vite i qsus vita Sz panis
s similiter Sunt et panis si carnes
de isto pane gen peculiro asser
pinguis panis et pbebit delicias
s vitam eternam regibus vn asser ac
tum vel delicie vel similitudo in epta
iste panis xpus defunctos viuificat
defunctos viuificat infirmos fort
ficat et aulos ditificat ut hic ista
eos Consequenter vo dt patres vri man
ducauerunt mana in deserto et mor
tui sunt ponit deo si qi dare vita
pt effectus panis de celo descendentis
Et pmo pmittit manifestatorem ppo
siti Scdo ppont intentu ibi hic
est panis de celo descendens ppo
situ primo manifestat p ostram Dicit
est eum sup qui moyses no dedit
iudeis pane de celo nisi aereo sibi
aut panis qui no est de celo vero
no pt dare vitam sufficienter go hic
est ipse panis celestis qui dat vitam
et io panis moyss vn vos supbissime
no dat vitam et hic pbat qi patres
vri manducauerunt et vbi po compro
bat corpore vivunt tn dt patres vestri
s quorum estis filij no pom sm carnis
originem sed etiam sm opm imitationem
quia estis murmuratores sicut ipi in
murmurauerunt in tabernaculis suis
ut in ps Et io dicebat eis ego
zo impletis mensuram prum vrorum
vn sic Augg dt de na re deum ma
gis offendisse ipsius dictis est quos
tori deu murmurando Scdo in spiritu
breue tpus spacium tn dt in deserto
no enim longo tpus sunt qi mana
datum est eis neqz pt in eis venit
in terra pmissionis sed sm in deserto
ut iosue vo Iste aut panis inetin
qservat et refcit Tercio manifestat
nobis defectum quia no qservabat vita
in deficientem vn dt et mortui sunt
na sicut hz Iosue v. omnes illi qi
de egipto exierunt pt iosue et caleph
mortui sunt in deserto vn et licet sunt
tamen sicut communionis s qi cibus ipsa
qui egressus est ex egipto mortui
sunt in deserto ut ibi Scdo querit de
qua morte loqr hic xpus na si loqr
de morte corporali sic nulla erit
dra inter pane illud qui sunt in deserto
et pane istum qui de celo descendit
quia et istum qui pane istud sumunt
corporaliter moriuntur Si vo loquitur
de morte spuali manifestum est
qi et hic et ibi quidam spualiter
moriuntur et quidam no na moyses
et multi qui deo placuerunt no sunt
mortui spualiter licet corporaliter mortui sunt
Sic et qui pane isto indigne su
munt moriuntur spualiter i cor xi qui
manducat et bibit indigne iudicium
sibi manducat et ad quod dicendum qi
cibus ille vo cibo isto spuali quasi
et dicit Glo in cuius quod ad hic qi vterqz
cibus significat na et ille et iste xpm significat
vnde quod dicitur de cibus i cor xi omnes
eandem escam manducauerunt Sed dicit
qi vterqz est spualis esca Scdo dicitur
quia ille significabat tm sed iste panis
continet qd figurat s ipm xpm Tercio
dico go qi vterqz istorum ciborum pt dicere
sumi vel quantum ad signum tm et qi
sumitur ut cibus tm no intellecto signo
et pter no tollitur mors spualis
sed corporalis vel qi sumitur quantum ad
vtruqz idest qi ita sumitur cibus visibilis
ut intelligatur spualiter et spualiter gustet
ut spualiter saciet Et hoc modo illi qui
spualiter manducauerunt mana mortui
no sunt spualiter Sed qui eucaristiam
spualiter manducat absqz peccato spualiter
viuit et viuet corporaliter inetrnum
hz go cibus iste plus illorum cibo quia
in se continet quod significat Sumit igitur

illud manna figuram et figura corporis Christi quod est in sacramento altaris propter multa. Primo ratione originis, quia illud descendebat de celo. Exo. xvi(o). Ecce pluam vobis panes de celo. Et Christus sic dicit de se ipso: Ego sum panis vivus qui descendi de celo. Secundo ratione pulchritudinis. Erat enim illud manna candidum et album sicut semen coriandri. Num. xi. Et de Christo dicitur secundum corpus quod in persona decorus forma pre filiis hominum. Tertio ratione dulcedinis. Sapie. xvi dicitur quod illud manna habebat in se omne delectamentum et omnis saporis suavitatem, et se convertebat ad quod quisque volebat. Et corpus domini in sacramento est omni delectabili gustui sive disposito omnis saporis spiritualis, quia ibi castus invenit ibi sapores castitatis, et iustus sapores iustitie etc.

h

G3 de

Quarto ratione plenitudinis. De illo enim manna dicitur Exod. 16: Nec qui plus et qui minus colligebant secundum capitum mensuram habebant. Sic de Christo non plus percipit qui mille hostias comedit quam qui unam, nec minus qui millesimam partem hostie percipit quam qui totam, sed omnes percipiunt secundum mensuram gomor, id est Christum perfectum. Gomor enim interpretatur perfectio. Quinto ratione colligendi. Illud enim manna debebat colligi mane et in ortu solis. Exo. 16. Et nostrum debet comedi mane, id est ieiuno stomacho, iuxta constitutionem ecclesie, De con. d. 2. c. Liquido, et sole iustitie nostri cordis cubiculum irradiante. Sexto ratione liquefactionis. Illud enim manna liquefiebat ad calorem solis, Exo. xvi, et indurabatur ad calorem ignis, Sapie. 16. Sic in corde inflammato caritate, qui calor est veri solis, nostrum manna liquescit, ita quod percipit dulcorem eius, sed in corde inflammato igne cupiditatis induratur ita quod eius dulcedo percipi non valeat. Septimo ratione durationis. Duravit enim illud manna quadraginta annis quibus filii Israel fuerunt in deserto; cum autem attigerunt fines terre promissionis, defecit ille cibus. Josue v(o). Sic et nostrum sacramentum durabit quamdiu vagabimur in deserto huius

mundi. Deficiet autem in patria, sicut prefigura finem exitus cum homines videbunt et gustabunt Christum nude et aperte et absque omni sacramento. Octavo autem in tam multis convenit manna figuratum illud de celo fuit, hoc autem super celum; illud celi, hoc domini celorum; illud corruptioni obnoxium si reservaretur in alterum diem, hoc ab omni corruptione alienum, quod qui religiose gustaverit corruptionem sentire non poterit. Tertio differentiis multis, inter quas est una precipua quantum ad propositum, quia sacramenta veteris legis solum figurabant, nostra autem efficiunt quod figurant. Pro quo notandum quod quantum ad malos qui fuerunt inter Hebreos, et quantum ad perfectos simpliciter qui non credebant explicite in venturum, ista omnia et si quantum erat de se essent signa futurorum, illis tamen non erant nisi signa, quia nihil ex eis sperabant ut ex eis virtute aliquam spiritualem perciperent, credendo mediatorem venturum. Distinguitur tamen duplex opus, scilicet operans et operatum. Operans erat fides eorum et devotio. Operatum autem erat ipse res que erant signa. Quo modo dico quod ratione operis operati ista erant eis tantum signa et nullius rei spiritualis effectiva. Illa enim nature figure differunt in hoc a sacramentis nostris, quod illa tantum significabant, nostra vero efficiunt gratiam quam designant. Ratione autem operis operantis non solum ista significabant eis aliqua futura, verum etiam in eis efficiebatur eis aliquod spirituale bonum. Sic ergo ratione operis operantis efficiebant illa sacramenta veteris legis, scilicet nubes, mare, manna, aqua de petra, quod efficiunt in nobis nostra sacramenta, sed non tamen nec ita cito. Fides enim instituebat eos sicut et nos, non tamen tantum fuerunt de gratia quantum nos, nec ita cito fuit eis aperta ianua sicut nobis. Item illa tantum efficiebant per modum signi, nostra vero per modum cause. Propter quod salvator manifestato proposito congruenter indicat intentum suum: Hic est panis de celo descendens. Et secundum glosam hic fit demonstratio corporis. Sic, hic non est intellectus domini, quia in statu subdit: Ego sum panis vivus qui de celo descendi, esset inultum vere

addit ergo quod dominus hic intendit ut scilicet dicat
illum panem de celo descendere qui potest
hoc facere scilicet dare vitam / sed ego sum talis
panis / ergo ego sum panis de celo de-
scendens / Ideo autem panis de celo de-
celo descendens dat vitam indeficien-
ter quia omnibus cibus nutrit simplici-
tatem sue nature / Celestia autem incorrup-
tibilia sunt et ideo quia cibus iste celestis
est non corrumpitur quia quandiu manet
vivificat / Cum ergo manducavit ex ipso
non morietur / Sicut si aliquis cibus
corporalis nunquam corrumperetur daret
nutrimentum et semper vivificaret / Et ideo panis
iste figuratus est per lignum vite quod
erat in medio paradisi quodammodo dans
vitam in perpetuum / secundum illud Genesis 3o nunc
ergo videte ne forte mittat manum
suam et sumat de ligno vite et comedat
et vivat in eternum / Ergo iste est effectus
huius panis / ut scilicet qui manducat ex eo
non moriatur / Et ego sum talis ergo ego sum
panis vivus / Circa hoc ergo duo facit
primo loquitur de se generaliter / Secundo specialiter
de corpore suo ibi Et panis quem ego
dabo caro mea est pro mundi vita /
Circa primum duo facit / primo concludit
originem suam propriam / Secundo ostendit virtutem
eius ibi Si quis manducaverit ex hoc et
dicit ergo ego sum panis vivus / et ideo
possum vitam dare / panis autem corpora-
lis non in perpetuum vivificat / quia non
habet in se vitam sed vivificat alteratus
et conversus in nutrimentum virtute viventis /
Ex quo patet quod iste panis est inequi-
ditate nobiliter / ipse enim est Christus
et ideo dicit Christus Ego sum panis vivus
Secundo tangit in origine sublimitatem
/ originatur enim de celo / et ideo dicit
qui de celo descendi / per hoc exclu-
duntur errores et hereses dicentium Christum
esse purum hominem quia secundum hoc non descen-
disset de celo / Tercio habet in se
ultimatam utilitatem / unde virtus eius est
dare vitam eternam / et ideo subdit Si
quis manducaverit ex hoc pane scilicet spiritualiter
vivet non tantum in presenti per fidem et iustitiam
sed in eternum / supra xi Qui credit et
vivit in me non morietur in eternum /
Secundo loquitur specialiter de corpore suo
cum dicit Et panis quem ego dabo
scilicet ad reficiendum / secundum quod petitur in oratione
dicta panem nostrum / supersubstantialem da
nobis hodie / Matthei vi / Luce xi / panis
quem frangimus corpus domini est / dicat
enim ego sum panis vivus / et ne in

religat quod hic ei accedat / necessarium est
unum vel similem ... tamen / Ideo ostendit
quod et caro mea sit vivificata / Est
enim organum sue divinitatis / unde cum ipsum
agat in virtute agentis / sicut ergo virtus
est vivificativa, ita ut dicit Damascenus quod dicit
et caro in virtute eius adiuncti vivificat /
unde Christus tactu suo sanabat infir-
mos / Sic ergo quod supra dixit Ego
sum panis vivus pertinet ad verbi deitatem
virtutem unde / hoc vero quod hic dicit pertinet
ad unionem corporis sui scilicet ad communicationem
sacramenti huius possumus dicere etiam ipsum
sacramentum considerare, scilicet speciem institutionis
auctorem / sacramenti veritatem et eius uti-
litatem / Species autem huius sacramenti
est panis / Proverbiorum ix venite comedite
panem meum / cuius ratio quia hoc est
sacramentum corporis Christi / corpus autem
quod est ecclesia / que consurgit in unita-
tem corporis ex multis fidelibus / unde
idem est facere unitatem ecclesie / Romanos xii
omnes unum corpus sumus / Cum ergo
panis ex diversis granis conficiatur
/ ideo est quod species huius sacramenti
/ et ideo dicit panis / unde Matthei xxvi Cenanti-
bus illis accepit Iesus panem bene-
dixit et fregit / hoc dicit panem / etiam sacramenti
materia quantum ad corpus / Christus autem
sacramentum suum voluit instituere in
specie / quia fideles non haberent in usu
et quia gustarent horrorem sumentibus
nec in alia specie nisi solum in ista pa-
nis et vini / ut enim in usu naturali neces-
se descendat / sicut videtur nobis ci-
bus secundum quod usu consuetudini competere
bat / Hoc quia ut omnia ... gesta
/ hec tractat undique invenimus quod
referuntur per omnia et signat expressius
Signat enim expresse panis corpus
domini hic contentum realiter et corpus
misticum per illud signatum / unde ecclesia
sit sanguine Christi unitur / et corpus misticum
quod est unitas ecclesie / Sicut enim panis
conficitur ex multis granis et vinum ex
pluribus ex multis racemis / Sic corpus
Christi verum componitur ex multis membris
et ex quibus effluxit eius sanguis / et
corpus misticum ex multis fidelibus
per unionem per fidem et caritatem in unum
conveniens / Item sic panis coquitur in cli-
bano / et vinum effluit de torculari
Sic corpus Christi fuit coctum in clibano
crucis / et sanguis de membris eius
exivit pressus in torculari crucis /
Auctor autem huius sacramenti / Christus est sacerdos

ministerium. Sacerdos vero qui minister est huius
sacramenti tantum profert verba et licet con-
secret tamen Christus dat virtutem sacramento
quia est ipse sacerdos consecrat in persona
Christi. In aliis autem sacramentis sacerdos
utitur verbis suis vel ecclesie quibus exprimuntur
actus quos facit, ut in baptismo cum
dicit: Ego baptiso te etc. Sed in sacramento
eucharistie solum profert verba Christi cum
dicit cum prius ex ore quod patet. Et postea
sequuntur verba consecrationis sacramentalia. Quia
sicut Christus corpus suum propria voluntate
dedit in mortem, ita sua voluntate
se dat in cibum. Et ideo dicit quam ego
dabo et dicit dabo, quia non solum
institutione erat hoc sacramentum, sed
etiam in refectionem datum. Veritas autem huius
sacramenti fuit res signata et contenta
insinuatur cum dicit: Caro mea est.
Et autem hec caro non fuit divisa
cum anima et sanguine, quia licet sub
specie panis sit anima et sanguis, ta-
men non est ex virtute sacramenti sed
ex concomitantia reali sicut et panis deci-
tas. Contra quod non, quia dicit caro mea
est, non autem dicit carne mea signat, quia
secundum rei veritatem id quod sumitur est vere
corpus. Et Job 31: dixerunt viri
tabernaculi mei: quis det de
carnibus eius ut saturemur. Sed cum
in isto sacramento contineatur totus Christus
quare dixit tantum: caro mea est. Ad
quod dicimus quod in isto misterio sacramento
totus Christus continetur secundum veritatem.
Sed corpus est ibi ex vi conversionis,
divinitas vero et anima per realem concomi-
tantiam. Dato enim per impossibile quod divini-
tas separetur a corpore Christi, iam non
esset in sacramento divinitas. Similiter
et si in triduo sue mortis aliquis
consecrasset, non fuisset anima Christi sed
tale corpus quale erat in cruce vel
in sepulchro. Ideo autem ponit dicit
caro, quia hoc sacramentum sit dominice
passionis recordativum rememorativum,
ut dicitur I Cor. XI: Quotienscumque manduca-
bitis panem hunc et calicem bibetis
mortem domini annuntiabitis. Passio autem
est sint ex infirmitate, ut dicitur I Cor.
ultimo: Mortuus est ex infirmitate.
Ut ergo innueret infirmitatem ex qua
mortuus est, ponit dicit: caro mea
est. Quia hic non caro significat infirmitatem.
Utilitas autem huius sacramenti magna
est et universalis. Magna quidem quia efficit

in nobis vitam spiritualem et tanquam eter-
nam, ut ex premissis dictis apparet. Ad hoc sacra-
mentum sit dominice passionis rememorativum,
continet in se Christum passum. Unde quicquid
est effectus dominice passionis totum
est effectus huius sacramenti. Nichil
enim est aliud hoc sacramentum quam applicatio
dominice passionis ad nos. Non enim dece-
bat Christum secundum presentiam suam semper esse no-
biscum, et ideo voluit quod suppleret
per hoc sacramentum. Unde manifestum est quod ex
destructio mortis quam Christus moriendo
destruxit, et reparatio vite quam resur-
gendo effecit, est effectus huius sacra-
menti. Universalis autem quia vita quam confert
non solum est vita huius hominis, sed quantum
est in se totius mundi. Ad quam sufficiens
est mors Christi. Prima Johannis II: Ipse est
propitiatio pro peccatis nostris et non pro no-
stris tantum sed etiam pro totius mundi. No-
tandum autem quod Christus aliter est in isto
sacramento et aliter in aliis. Nam alia sacra-
menta singulares habent effectus, sicut in baptismo
solus baptisatus suscipit gratiam baptismi,
non alius. Sed immolatio huius sacramenti
est universalis effectus, quia non solum sacerdos
effectum consequitur in sacramento eucharistie,
non solum profert sacerdoti sumenti sed
toti ecclesie et illis qui sunt in purga-
torio. Et sic profert vivis et mortuis
ex quibus erat. Cuius ratio est quia contine-
tur. Non tantum est sacramentum sed etiam ecclesie
sacrificium, in quo continetur Christus passus,
et ideo profert omnibus Christi fidelibus.
Si autem sumatur ab aliquo, sicut a laico,
non profert soli sumenti, quia officium
eius non est facere sacrificium sed tantum
suscipere sacramentum. Intelligendo quod non est ex
opere operato sed in ministro consecratur in-
trepido, quamvis ex intentione operantis
et procurantis possit omnibus communicari
ad quos suam dirigit intentionem. Ex quo
patet quod laici sumentes eucharistiam
pro salute eorum qui sunt in purgatorio
errant, ut dicit sanctus Thomas. Augetur
etiam hec res non contenta sed signata
in corpore Christi mistico quod coniungit
capiti per caritatem. Hoc autem sacramentum
dicitur sacramentum amoris. Ideo dicitur pro mundi
vita. Sicut enim vita naturalis est in membris
eo quod uniuntur capiti, ex quo recipiunt
influentiam sensus et motus, sic in fi-
delibus qui sunt membra Christi vita
spiritualis conservatur eo quod uniuntur capiti
Christo per sacramentum amoris. Panis ergo

que ego dabo s. ad refectionem / est pro
mundi vita / data s. caro Christi / que supp
licio est exposita secundum illud Treno. 3o da
bit percucienti se maxillam / primo tam
corporis Ysa. l. Corpus meum dedi
percucientibus et genas meas vellen
tibus et non tantum ad percuciendum / primo etiam
ad immolandum. Ephe. v. tradidit
semetipsum hostiam et oblacionem deo. Ex quo
patet utilitas huius sacramenti magna et
utique magna quia in nobis efficit vitam
spiritualem / utique quia hoc sacramentum non tantum
est unius hominis sed tocius mundi vi
ta. Augustinus hoc sacramentum omnes unificat
quia Christus omnes incorporavit. Et ideo
dicit O sacramentum salutis pietatis o signum
unitatis o vinculum caritatis. qui vult
accedat credat incorporet ut vivi
ficetur. Institutum est autem hoc sacramentum
sub duplici specie s. panis et vini vim
ad signandum integram refectionem mentis
Sicut enim refectio corporalis integre
consistit in cibacione et potacione. Sic re
fectio spiritualis integra consistit in pota
cione intellectus per fidei illustracionem
et inebriacione affectus per caritatem. Et
quia sanguis de se non est quid po
tabile ideo fuit institutio non solum
sub specie panis qui est cibabilis sed
eciam in specie vini ad quod potabile
dat intelligere ad ostendendam dictam significacionem /
fuit in duplici specie institutio quia
licet panis constat ex sanguine ex quo
primo fit et per se fit corpus / vinum eciam
licet ex quo constat corpus eo quod est
sine sanguine primo fit et per se
sanguine reputatur utrumque hoc est unum
sacramentum unitate integra ex plu
ribus relatis ad unum aliquid unum
s. primum realiter contentum s. corpus Christi
verum et unum non contentum s. corpus Christi
misticum. Et ad unum prima refectionem mentis
Litigabant ergo Iudei ad invicem
dicentes Quomodo potest hic dare carnem
suam ad manducandum. Dixit ergo
eis Ihesus Amen amen dico vobis
nisi manducaveritis carnem filii hominis
et biberitis eius sanguinem non ha
bebitis vitam in vobis. Qui man
ducat meam carnem et bibit meum
sanguinem habet vitam eternam et ego
resuscitabo eum in novissimo die.
Caro enim mea vere est cibus et san
guis meus vere est potus. Qui
manducat meam carnem et bibit

meum sanguinem in me manet et ego
in eo. Sicut misit me vivens pater
et ego vivo propter patrem et qui man
ducat me et ipse vivet propter me.
Hic est panis qui de celo descen
dit non sicut manducaverunt patres
vestri manna in deserto et mortui
sunt. Qui manducat hunc panem
vivet in eternum. Hec dixit in syna
goga docens in Capharnaum.
Supra respondit Christus murmur iudeorum
quod fuit ortum de origine cibi spi
ritualis. Hic respondit eorum litigio
quod erat inter eos de perceptione cibi et
primo ponit eorum litigium. Secundo dis
rumpit id. Dixit ergo eis Ihesus amen
Circa primum designat locum ubi hoc
dixit in synagoga. Et circa primum primo
quod circa litigium iudeorum inducit
primo contencionem. Ut dicit litigabant ergo
Iudei. Et quod satis congruit. Nam
secundum Augustinum duo cornua fuerant / cibus
de cibo unitatis quo qui reficiuntur
efficiuntur unanimes secundum illud ps. Iusti
epulentur et exultent in conspectu dei. Et
sequitur secundum aliam literam Qui habitare
facit unanimes in domo. Quia ergo in-
dei cibum concordie non perceperant
ideo ad invicem litigabant. Ysa. 58
Ecce ad lites et contenciones ieiunatis
Hoc autem quod litigabant carnales
se esse ostendebant. 1 Cor. 3o. Cum sit
inter vos zelus et contencio nonne car
nales estis. Et ideo verba Christi carnaliter
intelligebant s. quod caro Christi manduca
retur sicut cibus corporalis. Pro quo nota
secundum sanctum Thomam 2a 2e q. 116
quod ipse est in verbis et consistit cum quis
verbis alterius contradicit. In qua quidem contra
diccione duo sunt attendenda. Quandoque enim
contingit contradiccio propter personam dicentis
cui contradicere consentire recusat
propter defectum amoris animos unientis
Et hoc videtur ad discordiam pertinere. Que
caritati contrariatur. Quandoque vero contradicitur
persone / quia aliquis contristare non ve
retur. Et sic fit litigium quod predicte
amicicie vel affabilitati opponitur
ad quam pertinet delectabiliter aliis
convivere. Unde dicit philosophus 4o ethicorum
quod illi qui ad omnia contrariantur [illegible]
quod est contristare nec curant [illegible]
discoli et litigiosi vocantur
Sic Iudei quia carnales erant //

carnaliter intelligebat de manducatione
carnali. Iudei quoque predicta verba
Christi audientes reputabant ea in-
utilia et impossibilia. Unde dicunt: Quomodo
potest hic dare carnem suam ad mandu-
candum, quasi diceret: hic est impossibile. Sic et cor-
porales homines, sicut gula dominante dicentes
anima nostra nauseat super cibo isto levissimo. Numeri
21. Litigabant ergo Iudei, sed non adin-
vicem murmurabant secundum litigabant
cum apostolo et alio Simone contradicebat.
Litigium erat Iudei, quod non decuit
esse servi dei. 2 Thymothei 2o: Servum dei
non oportet litigare sed mansuetum esse.
Litigabant autem dicentes: Quomodo potest hic
dare etc. quasi diceret: hoc est impossibile nisi
se incarnat. Similiter petebat Nicodemus
Iohannis 3o: Quomodo potest homo nasci cum sit
senex, numquid potest in ventrem matris
sue iterum introire. Stulte petebant
sicut unum ... Quomodo potest dare carnem
suam dare. Petrus ... quid in patribus
non dixisti, quod quidem in tot excedit.
Sed hic eorum litigium compescitur a
domino. Unde dixit eis Ihesus: Amen amen
dico vobis etc. Ubi primo ponit veritatem
quam iuramento sibi dicta quod confirmat quod
dixerat, scilicet carnem suam esse panem.
Secundo manifestat eius ibi: Qui man-
ducat meam carnem etc. Circa primum tria
facit. Primo proponit carnis manduca-
tionis necessitatem. Secundo eius utilitatem
ibi: Qui manducat. Tertio subdit eius
veritatem ibi: Caro enim mea. Dixit ergo
eis Ihesus, scilicet quantum ad primum: Amen amen,
id est in veritate, dico vobis nisi manduca-
veritis carnem filii hominis, scilicet tanquam
verum panem, et biberitis eius sanguinem,
scilicet tanquam verum potum, quasi diceret: vos reputatis
impossibile et incongruum quod carnem meam
manducetis, sed non solum non est im-
possibile nec incongruum, sed etiam est valde
necessarium, quoniam nisi manducaveritis
et biberitis carnem filii hominis, scilicet vivifi-
cantem, et biberitis eius sanguinem, scilicet in-
timam asperitatem, non habebitis vitam in
vobis, scilicet gratie, de qua dicitur in psalmo: Vivifi-
cata me secundum verbum tuum. Augustinus: De spiritu Christi
non vivit nisi corpus Christi. Dicit ergo: Vis
vivere de spiritu Christi, esto in corpore Christi.
Cum autem manducat corpus Christi,
est in corpore Christi. Qui non manducat,
non vivit. Unde dicitur infra eodem: Qui
manducat meam carnem in me manet
et ego in eo. Vel sic non habebitis

vitam in vobis, id est non potius in vobis
habere vitam spiritualem. Nam sicut cibus
corporalis ita necessarius est ad vitam spiritua-
lem corporalem, quod sine eo non possit
esse. Genesis 3: Primo dederunt quecumque pro-
pria et cibo. Psalmus: Panis cor hominis confirmat.
Ita cibus spiritualis necessarius est ad vitam
spiritualem, adeo quod sine ipsa vita spiritualis
sustentari non possit. Deuteronomii: Non
in solo pane vivit homo etc. Nota
autem quod hec verba potest referri vel ad
spiritualem manducationem vel ad sacramentalem.
Si referatur ad spiritualem, nulla dubi-
tatione habet, quia spiritualiter enim carnem
Christi manducat et sanguinem bibit, qui particeps
fit unitatis ecclesie, que fit per caritatem
1 Corinthiorum 12: Omnes unum corpus estis in
Christo. Cum ergo non sic manducat est
extra ecclesiam et per consequens extra caritatem,
et ideo non habet vitam in semetipso. 1 Iohannis
3o: Qui non diligit manet in morte.
Sive referatur ad sacramentalem manducationem,
dubium habet, quod dicitur, nam supra 3o dicitur:
Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu
sancto etc. Sed sicut proposita fuit illa propo-
sitio et ista: Nisi manducaveritis etc. Cum
ergo baptisma sit sacramentum necessitatis, videtur
quod etiam eucharistia. Et quidam Greci conce-
dunt, unde et pueris baptisatis dant
eucharistiam. Et in hoc fulcitur per illud
Dyonisii, qui dicit quod perceptio talium sacramentorum
oportet confirmari in communione eucharistie, que
est consummatio omnium sacramentorum. Sed hoc
est verum in adultis, non autem in pueris
in quibus non est eucharistia exigatur
actualis reverentia et devotio, quam
illi non possunt habere, qui non habent usum liberi
arbitrii, sicut sunt pueri et amentes, et
ideo eis nullomodo est danda. Dicendum ergo
quod sacramentum baptismatis est necessitatis quantum
ad omnes, ut realiter percipiant, quia sine
eo nullus regeneratur ad vitam, et ideo oportet
ut habeatur in re vel in voto quantum ad
preoccupatos, nam si contemptus in aliquo
baptismum aque excludat, neque baptisma
flaminis neque sanguinis proderit ei ad
vitam eternam. Sacramentum vero eucharistie
est necessitatis quantum ad adultos tantum, ita
quod recipiatur in re vel in voto, secundum ecclesie
institutionem. Sed secundum hoc etiam dubitatur
quia per hec verba dominus non solum mandu-
catione corporis, sed etiam sumptionem sanguinis
est de necessitate salutis, presertim cum presbytera

refecto sibi / non potest in poculo. Secundo
consuetudo fuit antiquitus quod solus sacerdos
sumeret de sanguine. / Alii vero communicant cor-
pus tantum / prius etiam sine quarum rubrica
secundum antiqua consuetudine antiquitus qui-
dam sub communicabant corpus / ita communicabant
et sanguinem / sed propter periculum effusionis
iam ab ecclesia observatur ut solus
sacerdos sumeret sanguinem / Reliqui vero
corpus / nec tamen est contra preceptum domini
/ quia qui communicat corpus communicat etiam
sanguinem / tamen sub utraque specie totus Christus
continetur / ex quo tandem ad corpus et animam
et sanguinem. Sed sub speciebus panis
continetur corpus Christi ex vi conversionis /
sanguis / ex naturali concomitantia. / Sub
speciebus vero vini continetur sanguis Christi
ex vi conversionis / corpus vero ex concomi-
tantia. Sic ergo patet unitas primo
nos spiritualem / nam cum Christus sit ita
per carnem / decrevit ipsum esse presentem
carne tamen mortem vero sunt post carne
per modum exempli / Sicut enim esset vita
fecit se presentem / Erat enim vita ad quam
unitatem aut est Christus in celo lo-
catur et per modum presentem nobis / et est
Christus sub velamine sacramenti / et per modum
dum cibi / corpus enim suum dedit no-
bis in cibum / Videmus enim quod amor
non patitur eum esse absentem / amor
autem / est tamen sponsi ad sponsam
eorumque / ex quo sequitur quod hic amor
facit eum presentem carnem / Secundo utili-
tas aut cuius ordinatur cum dicatur / Qui
manducat meam carnem etc. Et primo
quanto ad ipsum sensum nam / quia se ex-
tendit ad vitam animam. Secundo quanto
ad corpus / quia se extendit ad resurrectionem
corporis ibi / Et ego resuscitabo eum
in novissimo. Utilitas manducantis quod sacri
est magna quia augmentatur in vita
spirituali / Sicut enim cibus corporalis
non solum nutrit et conservat sed deducat
ad perfectam quantitatem / Sic ipsum quod
sacramentum producat hominem ad gratiae
consummationem / que est gloria eterna.
Et hoc est quod dicitur. Qui manducat
meam carnem non tantum sacramentaliter
sed etiam spiritualiter per perfectum effectum
sacramenti / habet vitam eternam / quia habet
deum in habitantem / qui est vita eterna.
Et ego resuscitabo eum ut probatur
hic vite ad corpus per animam devinet //

et hec in novissimo die. Pro quo Nota quod
cibus iste spiritualis / est quod corporalis
plus in hoc quod sine ipso vita spiritualis
esse non potest / sicut nec sine cibo corpora-
li vita corporalis ut dictum est. Sed
habet amplius eo quia causat in hoc
sufficientem vitam in permanente / quod alius
corporalis non efficeret / Non enim qui sump-
serit vivet / Ita ut dicit Augustinus potest fieri
ut senio vel morbo vel aliquo casu
plurimi qui eum sumpserunt moriantur
/ qui vero hunc cibum et potum .i. corpus
et sanguinem domini sumit / habet vitam eternam
.s. in futuro / Vel habet quia quodammodo incipit
in presenti / Ysaie 55: Audite audientes 77
me et comedite bonum et delectabitur
in crassitudine anima vestra et feriam vo-
biscum pactum sempiternum. Et vivet
anima vestra / et ideo comparatur ligno vite
Proverbiorum 3º / lignum vite est hiis qui
apprehenderint eam .s. sapientiam
incarnatam. Ipsum et dicitur panis vite
eternum Christo / Libavit illum panem vite
Et ideo dicit habet vitam eternam / quia qui
manducat Christi carnem et sanguinem
habet in se Christum / qui est verus deus
et vita eterna / ut dicitur prima Iohannis ultimo
Sed ille / habet vitam eternam qui mandu-
cat et bibit ut debet .i. digne non
solum sacramentaliter sed etiam spiritualiter / Ille
namque sacramentaliter manducat et bibit qui
sumit ipsum sacramentum. Spiritualiter vero
qui pertingit ad rem sacramenti / que est
duplex una contenta et signata que
est Christus integer qui continetur
sub speciebus panis et vini. Alia est
res signata / sed non contenta / et hec
est corpus Christi misticum quod est in
predestinatis vocatis et iustificatis.
Sic ergo spiritualiter manducat carnem
et bibit / sanguinem per comparationem ad Christum
contentum et signatum qui coniungitur ei
per fidem et caritatem / ita quod transfor-
metur in ipsum / et efficiatur eius membrum
Non enim cibus iste convertitur in eum qui
sumit / Sed manducantem ad se conver-
tit secundum id quod dictum est Augustini
Cibus sum grandium / cresce et man-
ducabis me / nec tu me mutabis
in te / sed tu mutaberis in me. Et
ideo est cibus hic dominum facere valens
et dominum te inebriavit hic per comparationem

ad corpus misticum signatum tantum, scilicet
fiat particeps unitatis ecclesie. Cum
ergo sic manducat, habet vitam eternam
quia perficitur in unitate ecclesie, fit per spiritum
sanctum. Ephe. 4o Unus spiritus et unum est pi-
gnus hereditatis eterne, sicut dicitur Ephe. po
Est ergo magna utilitas huius cibi quia
dat vitam eternam anime, nec solum anime
sed etiam et corpori. Et ideo subditur: Et ego
resuscitabo eum in novissimo die,
scilicet in illa hora de qua supra Io. v.
venit hora in qua omnes qui in mo-
numentis sunt audient vocem filii dei et
qui bona egerunt ibunt in resurrectionem
vite. Sicut enim dictum est ille qui
spiritualiter manducat et bibit, fit par-
ticeps spiritus sancti, per quem unimur Christo
unitate fidei et caritatis et per quem
efficimur membra ecclesie. Resurrectionem
autem facit mereri spiritus sanctus. Ro. viiio
Qui suscitavit ihesum christum a mortuis
vivificabit et mortalia corpora nostra
propter inhabitantem spiritum eius in nobis. Et
ideo dicit dominus quod eum qui manducat
carnem eius et bibit eius sanguinem
resuscitabit, scilicet ad gloriam et non ad con-
dempnationem, quia hec resuscitatio
nichil prodest, immo obest. Et quidem
satis congrue huius cibi effectus attribuitur
eucaristie sacramento, quia ut dicit Augustinus
et tactum est supra: verbum resuscitat animas,
sed verbum caro factum vivificat corpora.
In hoc autem sacramento non solum est verbum
secundum suam divinitatem sed etiam secundum veri-
tatem carnis. Et ideo non solum est cau-
sa spiritualis resurrectionis sed etiam corporalis.
Cor. xvo Christus primitie [?] resurrectionis [?] mortuorum. Patet
ergo utilitas huius manducationis. Sed tra-
ctatur autem utrum necesse sit manducare
corpus et sanguinem Christi. Et sic videtur
ex littera. Sed baptismus est sacramentum
necessitatis ob dictum suum in dicto Iohannis
iiio nisi quis renatus fuerit etc. Sed
videtur quod hoc sacramentum sit sacramentum
necessitatis propter decretum dei in man-
ducandis. Sed illud ordinatum est ab ecclesia,
quod ad minus semel in anno unusquisque com-
municet, sicut patet ex decretali Omnis utri-
usque sexus. Sed quod est ordinatum et
institutum ab ecclesia romana, inviol-
abiliter est observandum, et eius observa-
ntia necessaria est ad salutem etc. Illud idem
videtur ex verbo Timothei [?]. Dicitur quod necessario

manducandus est agnus ut ab angelo
protegamur. Sed contra: solum id sacramentum
est necessitatis quo non suscepto non
vivit homo vita gratie, quod est in suscep-
tione, sicut patet de baptismo. Ante suscep-
tionem baptismi quantumcumque vixerit homo
est filius ire. Ergo si hoc sacramentum est neces-
sitatis, ante cuius susceptionem non vita gratie
vivit. Hoc autem est falsum, quia sic nullus
salvaretur si moreretur ante eius susceptionem.
Videtur quod Alexander de Halis in quarta
parte sue summe, quod hoc sacramentum non est de
necessitate salutis quantum est de sua
institutione, sed si est, hoc est de man-
dato superaddito, vigore ecclesie statuitur
ut fideles communicent semel in anno et
in morte. Unde si quis negligit, non
est in contemptu et peccat mortaliter.
Et hec institutio ecclesie fuit sub pre-
cepto, ut ex decretali Omnis utriusque
sexus. Ad id quod obicitur primo dicendum
quod verbum domini intelligitur de manducatione
spirituali que est per fidem, sine qua nemo
adultus salvatur. Ex hoc patet responsio
ad aliud quod in illo intellectu quo in-
ductum est vel decretum a domino est de
necessitate, scilicet de manducatione spirituali.
Duo namque sunt modi manducandi,
scilicet sacramentalis et spiritualis. Sacramentaliter mandu-
cat qui corpus Christi verum sub specie panis
contentum et signatum sumit, et sic etiam mali
sumunt corpus Christi. Spiritualiter sumit et man-
ducat qui corpori Christi mistico unitur
per fidem et caritatem. Unde Augustinus loquens
de spirituali manducatione dicit: non hoc est
solum in sacramento corpus eius accipere, sed
in ipso manere et ipsum in se manentem
habere. Spiritualiter enim manducat qui in uni-
tate Christi et ecclesie, quam sacramentum signat, manet.
Duplex enim est res huius sacramenti: una contenta
et signata, et est corpus Christi verum quod
sub specie panis continetur; alia significata
et non contenta, et est corpus misticum quod
est ecclesia Christi spiritu vegetata. Unde in mo-
tivis [?] duplex corpus Christi comeditur
quia duo intelligit: verum quod de virgine
traxit et in cruce pependit, et misticum
quod est ecclesia Christi spiritu vegetata.
Bonus [?] Christum sacramentaliter, cum sub specie panis
Christum manducat et in stomachum traicit;
spiritualiter vero, cum eius Christo per fidem et carita-
tem unitur et membrum ecclesie virtute sa-
cramenti. Comestio enim spiritualis unit

comedente in membris et capiti cari-
tatem. Ad illud quod obicitur de institu-
tione cene, dicendum quod eo modo quo institutum
est ab ecclesia necesse est observari, nec
potest negligi sine offensa mortali propter
tente similitate. Ad illud Innocentii
dicendum quod intelligi debet aut de manduca-
tione spirituali aut de manducatione sacra-
mentali, non institutionis cene. Quod allega-
tur de: Si augmentum bonus accipit sacramentum
et rem sacramenti, malus vero sacramentum et
non rem. Videtur quod sacramentum hic appellatur
corpus domini de virgine sumptum. Res vero
sacramenti caro Christi, que est unitas fide-
lium. Bonus ergo accipit sacramentum id est carnem
Christi propriam et sanguinem, et rem id est unita-
tem fidelium et gratie augmentum.
Malus vero accipit sacramentum id est corpus Christi
sub sacramento, et non rem id est unitatem ecclesie.
Bonus manducat spiritualiter et sacramentaliter,
malus vero sacramentaliter tantum. Alius non mandu-
cans manducat, id est non manducans
sacramentaliter manducat spiritualiter, et man-
ducans non manducat, et e contrario. Nam
qui discordat a Christo nec carnem Christi
manducat nec bibit, etsi tante rei
sacramentum ad iudicium quotidie accipiat.
Ex hiis patet quod alia est manducatio
sacramentalis, alia spiritualis. Sed cum tamen
hoc sacramentum adeo habeat efficaciam in sumente
sacramentaliter et spiritualiter, quam in sumente spiritualiter
tantum. Videtur secundum Alexandrum ad multa utilis
est comestio sacramentalis. Valet enim ad
spiritualem gustum dulcedinis et ad translationem
de humanis ad divina. Unum [illegible]
sapientia dei, que se per visibilia manifestat
volens condescendere. Unde quod ipsa (sapientia) cibus
est angelorum, carne assumpta prodiit in
edulium, ut per cibum humanitatis invitet
ad gustum divinitatis. De quo dicit psalmi-
sta: Gustate et videte quoniam suavis est domi-
nus. Ergo se exhibet nobis in cibum,
ut per divinitatem nos reficiat, quam
spiritualiter corde gustamus, et ita nos huma-
nitate reficiat, quam corporaliter ore co-
medimus, ut ita de visibilibus ad
invisibilia, de temporalibus ad eterna,
de terrenis ad celestia, de humanis ad
divina nos transferat. Ego sum inquit pa-
nis vivus qui de celo descendi, secundum ra-
tionem divinitatis. Et panis quem ego dabo
caro mea est secundum rationem humanitatis.

valet etiam ad cognoscendam divinam boni-
tatem sive largitatem in respiciendo
quia dedit corpus suum sacramentaliter
manducandum, ut [illegible] corpus et animam
reficeret. Unde Crysostomus: quod in ecclesia carnes
sedamus ex sacramentali manducatione.
Valet etiam ad cognoscendam divinam sapien-
tiam in modo unificationis hominum. De hiis duobus
modis inducit panis angelorum factus est
cibus hominum, sicut in spirituali pane an-
gelorum manducant. Ideo [illegible] qui
sunt cibum divinitatis accipimus
sub carne cibo humanitatis magis
[illegible] per ea rationalis et caro una est
homo, ita deus et homo unus est Christus.
Hec dicit quantum ad primum. Et postea
est quia per gustum quoque vitam acciperet
quibus unum mortis inferebat, unde vita
resurgeret. Dictum quippe est de illo:
Quacumque die comederitis morte mo-
riemini. Dicitur autem de isto: Si quis man-
ducaverit ex hoc pane vivet in eternum.
Hec dicit quantum ad tertium. Valet insuper
ad augmentum nostri ex recordatione
passionis, quia ipsam representat sacramentalis
manducatio. Unde I Cor. XI: Hoc facite
quotienscumque sumitis in meam commemo-
rationem. Glossa: memoria spiritualis est
que [illegible] degustata puri-
ficat per devotionem et memoria ibi est
nostre redemptionis, ut redemptoris
non immemores maiora bona consequi
mereamur. Dicendum ergo quod hoc sacramentum adeo
habet efficaciam in sumente sacramentaliter et spiritualiter
quam in sumente spiritualiter solum. Sed
dicendum in virtute fidei et caritatis est efficacia
utriusque manducationis. Videtur
quod hoc verum est. Similis manducans sa-
cramentaliter assequitur commoditatem aliquod
ex sacramentali manducatione [illegible] per
[illegible] in hoc generali conveniunt
sacramentalis et spiritualis manducatio, et
spiritualis tantum, qui manducans per se et per
fidem et dilectionem assequitur aliquos effectus
sacramenti. Sed eo quod comestio sacramentalis super-
addit spirituali, acquirit aliquid co-
medens sacramentaliter et spiritualiter per se quod
comedens spiritualiter tantum, quia ex corpore
assumpto sacramentaliter surgit in animam perfectionem
aliquam. Unde Hugo de sancto Victore: Com-
pleta est dispensatio. Perfectum est
sacramentum. [illegible] Christus de ore sumpsit

ad cor / ex quo patet quod manducacio sa-
cramentalis aliquid confert manducanti
deus enim dedit ipsi sacramento virtutem operan-
di sacramentaliter manducantibus / quia insti-
tuit quod sic comederetur / instituit enim ut
sic manducaretur ut habetur Matthei 26 unde sicut
est in aliis sacramentis que virtutem habent cum
exercentur / secundum quod deus instituit illa esse
exercenda / nulli dubium est quin hic sic
sumptum / ut deus instituit spiritualem conferat
effectum / Sed quia sequitur per quanto dicitur quis
spiritualiter manducare / Secundo in corporali-
bus est duplex manducacio / et ab illis
ad spiritualia est translacio / unde multi
actus concurrunt ad perfectam manducacionem
in spirituali racione comestionis sicut plures
actus spirituales ad instar materialis scilicet ma-
sticacio refectio sive delectacio / assimilacio
et incorporacio / masticacio consistit in
districta deliberacione sive consideracione illius
quod sumendum est in cibum scilicet quod Christus sit
quod vivificabit / utpote corpus Christi
quod fuit pro nobis expositum in cruce
in precium redempcionis / et in altari
in cibum exponitur ad vivificandum nos
scilicet vita gracie / sicut habetur in textu nisi man-
ducaveritis etc. et ad vitam eternam vita eterna
unde subditur qui manducat meam car-
nem et bibit meum sanguinem habet vitam
eternam / ad hoc sequitur delectacio sive
delectabilis refectio / ex consideracione
proprietatis et bonitatis eius / quod promittitur
quod est panis de celo descendens
de quo Sapiencie 16 panem de celo prestitisti
eis sine labore / ad hoc sequitur assimilacio
hec autem duo scilicet deliberacio et assimilacio
fiunt per fidem / de consideracione procedit de-
lectacio sive delectabilis refectio
dicit Augustinus quod in cognicione est tota delecta-
cio iuxta illud infra xvii hec est vita
eterna ut cognoscant te verum deum
et quem misisti Ihesum Christum / Dicit enim Augustinus
diligit aliquis non propter hoc delectatur in eo
sed quia bona illius videt / tunc delectatur
deinde per fidem est assimilacio unde supra primo
dedit eis potestatem filios dei fieri
hiis qui credunt in nomine eius / incorporacio
que proprie dicitur unio / fit per amorem qui est
copula amantis et amati / ad spiritualem
ergo manducacionem requiritur consideracio
fidei et affectio amoris / ita quod secundum

Augustinus / nemo spiritualiter manducat nisi qui
est membrum Christi et manet in ipso / ita
quod manducacio spiritualis est ex actu
fidei formate caritate operantis per dileccionem
Sed dices / In actu fidei in caritate sufficit
ad spiritualem manducacionem / ergo quando credimus
et diligimus et manducamus / ergo omnis actus
fidei manducacio dicitur / quod non sequitur
quia manducacio non est respectu cuiuscumque sed
cibi / unde non a quolibet actu fidei operan-
tis per dileccionem est spiritualis manducacio
sed solum ut est respectu cibi / Christi scilicet carnis
Christi exposite pro nobis in cruce in pre-
cium redempcionis et in altari in cibum
spiritualis educacionis sive refeccionis / Sed
dices manducans corporaliter incorporat sibi
cibum / sed hic fit contrarium quia cibus in-
corporat sibi manducantem / dicendum quod non
est eadem plenitudo in manducacione
corporali et spirituali / et in utrisque plenitudo
ad translacionem / quia sicut in corporali
manducacione est masticacio delectacio
assimilacio et incorporacio / sic in spirituali
Sed dices est dissimilitudo / quia in corporali
manducans quia nobilior est et virtuo-
sior ipso cibo quem convertit in se cibum / in spiritua-
li est econverso / quia cibus est virtuosior
et dignior et complecior manducante
preterea nos mutabiles sumus et ipse
qui est cibus est inmutabilis / Sequitur
eciam per quanto quis dicitur sacramentaliter mandu-
care / Videtur secundum Alexandrum quod ubi sacramentaliter
manducare est sacramentum manducare et
ut sacramentum / ad hoc enim quod actus sit sacramental-
is necesse est quod attingat ipsum sacramentum ut sa-
cramentum / ad hoc autem quod aliquis manducans sacramentaliter
manducet sacramentum duo exiguntur scilicet exi-
stencia cibi [illegible] et eius ad cibatum debita
congruencia (?) et per quod exigitur existencia cibi et eius
ad cibandum debita proporcionalis quia
ipsum potest quia si non precessit sacramenti
confectio non potest sequi manducacio
Secundum exigitur quia cibus iste solis
hominibus est concessus / unde sicut solus homo
baptizatur ita corpus Christi sacramentaliter
a solo homine manducatur / et sicut solus homo
suscipit sacramentum baptismi ita solus homo
suscipit sacramentum eukaristie / ad hoc autem
quod manducet ut sacramentum / necessaria est intencio
et intencionis regulacio / vel secundum fidem
que est in ipso vel secundum fidem que est in alio

sic manducacio

Intencio magis nuda est / ita si quis iret
ad mensam et intenderet corpus reficere
et aliquis sibi per panem qui / sacramentum sibi pre-
prime poneret offerret et ipse intenderet omnino
cibum corporalem assumere / non diceret eum
sacramentum manducasse / Nota est eciam quod illa
intencio dicatur vel secundum fidem que est in
ipso vel in alio / quia vel oportet quod credat
quod sub illa specie aliquid spirituale lateat
quod primo intendat / vel oportet quod saltem in-
tendat primo ad alios credere estimat /
quamuis ipse non credat / Vnde si aliquis inten-
dit accipere quod estimat ceteros credere /
corpus Christi esse / quamuis non credat /
sacramentaliter comedit / Et quamuis intencio
sua non reguletur nec attingat rem sacra-
menti secundum fidem / attingit mente fide ali-
ena sacramentaliter comedit quamuis non ita
attingat / sicut ille qui credit fide propria
Et secundum proposito dicatur aliquis sacramentaliter manducare
si quia sacramentum primo vere recipit / et ipse
qui manducat illud ut sacramentum su-
mere intendit / sed quia credit esse verum
sacramentum / sed quia estimat alios credere / Et
ex hiis patet quod non sufficit sola mandu-
cacio corporalis ad hoc ut quis manducet
sacramentaliter / immo requiritur predicta scilicet quod man-
ducet sacramentum ut sacramentum / et in hoc notatur
intencio et intencionis regulacio / vel
fide que est in ipso vel que est in alio
Sed dices / quecumque sunt inseparabiliter vnita
quamdiu sunt / in nullo actu separentur
no separantur ergo si vnum sumitur et manducatur
et aliud / Sed sic se habent species panis
et corpus Christi / ergo qui comedit speciem / co-
medit corpus Christi / ergo comedit sacramentaliter
sola accione corporali / Respondetur quod si sunt
inseparabilia quantum ad realitatem essendi /
quamdiu enim species est / sic sunt / non tamen
sunt inseparabilia quantum ad realitatem parti-
cipandi / potest enim quis perforare et frangere
speciem / cum nichil fiat circa rem contentam
similiter et manducare / et quantum sacramentum
dicitur et comparatur ad rem / nichil dicitur
attingere sacramentum sacramentaliter nisi attingat
rem aliquo modo cognicionis / Aduerte
in dicitur Caro enim mea vere est cibus et
indicitur veritas eius / posset enim aliquis
credere quod ea que de carne dicta sunt
et sanguine enigma et parabola esset /
Christus enim frequenter de hiis parabolice lo-
quebatur / Et ideo ne crederent quod eius
caro contineretur in hoc sacramento / contineretur tantum
modo ut in signo / Et excludit dicens
Caro mea vere est cibus i. vere saciat

vel i. realiter et non significative / quasi diceret
non intelligatis quod figuraliter loquar
sed secundum veritatem caro mea continetur in
cibo fidelium / Et sanguis meus vere est
potus i. vere continetur sub specie vini in sacro
altaris / Vel vere est cibus quia aufert
famem omnem cordis / Qui venit ad me non
esuriet et qui credit in me non siciet
vmquam / Dicitur eciam caro Christi vere cibus
et sanguis eius vere potus quia reficit
animam que est immortalis / cibus autem
corporalis reficit tantum corpus quod est corru-
ptibile / Caro enim Christi vere est cibus
iugis tamen est quieta visio dei quod est cibus
quo viuunt angeli / Et sanguis eius
vere est potus / quia totus purus nichil
habens de quantitate / admixtum tamen autem
in sacro altaris sit vere corpus et san-
guis Christi / Mt 26 Hoc est corpus meum
et hic est sanguis meus / Vel aliter
secundum Augustinum / quia cibus et potus sumuntur
ad effectum hominis / In homine autem sunt
due partes principales / vna est anima et se-
cundaria que est corpus / Illud autem
quod est cibus est pro anima / non pro corpore
Illud ergo vere est cibus hominis qui est
cibus anime / hoc autem est caro et sanguis
Et hoc est quod saluator Caro mea vere
est cibus / quia non solum est cibus corporis
sed eciam anime / Dicitur eciam sanguis potus
omnis aqua reficiendis conditur me
anima mea quietit / quod dicitur hec est refectio
spiritualis / ad animam ordinatur / Vel aliter
secundum Augustinum Illud enim vere dicitur quamuis(?)
esse quod facit effectum eius effectus
autem cibi est / ut faciet cibus ergo vere
facit sacietatem / vere est cibus et potus
/ hoc autem vere faciunt caro et sanguis Christi
/ quod ducit ad statum glorie / vbi non est
esuries neque sitis Apocalypsis vij non
esurient amplius neque sicient hec
qui manducat meam carnem ergo vbi
probat dicens virtute cibi spiritualis propo-
situm scilicet quod dat vitam eternam Et vtitur
tali argumento / Quicumque manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem continu-
atur in deo qui in coniungitur habet
vitam eternam ergo qui manducat meam car-
nem et bibit meum sanguinem habet vitam
eternam Primum hic tria facit primo ponit
antecedens et probat eam ibi Sicut misit
me pater tercio infert conclusionem ibi hic
est panis qui elevatur ad primum dicit in
quod sic hic quod dicit qui manducat meam

carnem que refertur ad carnem et sanguinem misticum, nulla dubitacio est in verbo, nam sic dictum est. Ille manducat spiritualiter et per comparacionem ad rem figuratam tantum qui corpori mistico incorporatur per unionem fidei et caritatis. Caritas autem facit deum esse in homine et e converso. I Joh. 4o: Qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. Et hec est quam facit spiritus sanctus, unde dicitur ibidem: In hoc cognoscimus quoniam in deo manemus et ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Causa ergo dicat illud, per quod aliquis unitur Christo, unificacio dat vitam, ut in vita corporali. Sed per hoc sacramentum homo unitur in Christo, qui est principium vite spiritualis. Ergo qui manducat carnem meam per spiritualem cibum et bibit sanguinem meum ut spiritualem potum, in me manet et unitur mihi per vite conformitatem et ego in eo per gracie inhabitacionem per caritatem; cum amans in amato est et ego per fidem fideli in corde tuo est Christus. Crede ergo in eum et manducasti. Unde fides per dilectionem operans est opus dei et initium et finis omnis boni, quia per fidem veram homo incorporatur deo. Credere ergo in eum est manducare cibum qui manet in vitam eternam. Si non refertur ad susceptionem sacramentalem, tunc non quicumque manducat carnem et bibit sanguinem Christi manet in eo, quia sicut dicit Augustinus est quidam modus manducandi illam carnem et bibendi illum sanguinem, quo qui manducaverit et biberit in Christo manet et Christus in eo. Hic est ille qui non sacramento tenus tantum sed in veritate corpus Christi manducat et sanguinem bibit. Est et aliquis modus quo qui manducat et bibit non manet in Christo nec Christus in eis. Hic est qui corde ficto ad illud accedit, nullum enim effectum sacramenti habet in ficto. Fictus enim est qui interius non credit [illegible] quod significatur exterius in sacramento quidem [illegible] existat quod Christus incorporetur in eo qui percipit illud et ipse Christo. Cum ergo non habet desiderium huius unionis in corde nec conatur ad removendum se impeditum, adhuc est fictus, licet eo Christus in eo non manet nec ipse in Christo. Econtra ubi dicitur: Sicut misit me vivens pater, hic ponit [illegible] scilicet quod qui coniungitur Christo habet vitam eternam. Et inducit hic in manifestacionem quandam similitudinem que est talis: filius propter unitatem quam habet a patre

recipit vitam a patre. Ergo qui unitur Christo habet vitam. Christus filius enim inquantum deus et inquantum homo vivit propter patrem, sed aliter et aliter. Quia secundum quod deus vivit propter patrem inquantum procedit ab eo, accipit tamen eandem vitam quam habet pater. Secundum vero quod homo vivit propter patrem inquantum unitur supposito procedenti a patre, quia unionem consequitur plenitudo gracie que est spiritualis vita. Et eodem modo nos inquantum per sacramentum efficimur unum deo, tunc vivimus spiritualiter. Tamen ea unio est realis, nostra autem unio ad ipsum est per fidem et dilectionem. Unde dicta videntur supra exposicionem de Christo secundum humanam naturam et secundum divinam. Si exponatur de Christo filio dei, tunc hoc sicut importat similitudinem quo ad relationem communem ad aliquid, sed non quantum ad omnia, scilicet quantum ad hoc quod est esse ab alio, nam hec est communis Christo filio dei et creature quod sunt ab alio. Sed quantum ad aliud est dissimile, quia filius habet aliquid proprium, quod sic est a patre quod tamen recipit plenitudinem divine nature. Unde tantum quod est equale patri sicut et naturale filio. Creatura vero accipit aliquam perfectionem et naturam per quandam participacionem. Sicut vero dicitur pater habet vitam in semetipso, sic et filius. Sed quantum ergo ad hanc similitudinem dicitur in littera quod sicut filius vivit propter patrem ita et nos vivimus propter Christum. Ad secundam tamen litteram dicitur in littera quod nos vivimus manducando; manducacio enim dicit quandam participacionem. Nos enim non unimur nisi Christo [illegible] per virtutem sacramenti. Hec autem unio quandam participacionem requirit, et hic ostendit quia non dicit sic manducando patrem et ego vivo propter patrem. Tamen loquitur de processione sua a patre, sicut dixit qui manducat me et ipse vivit propter me. Tamen loquitur de participacione corporis et sanguinis eius qua nos efficimur meliores. Nam manducacio participacionem quandam dicit. Sed Christus dicit se vivere propter patrem non quasi manducando sed quantum secundum equalitatem derivacionis. Sed an ista similitudo possit verificari de Christo secundum humanam naturam dicendum quod sic, ita quod si exponatur de Christo homine sic quantum ad aliquid hoc sicut importat similitudinem inter Christum hominem et nos in hoc quod sicut Christus ~~[illegible]~~ accipit spiritualem vitam per unionem ad deum ita et nos accipimus spiritualem

vita per quorum factum Deo tamen est duplex
quia Christus homo accepit vitam primum
quando fuit unitus in persona unitur sed nos
unimur Christo per fidem fidei et ideo dicit
misit me et pater Dei. quod refertur
ad filium Dei. sic dicit ego vivo propter
patrem, quia me misit et me fecit in
carnari. Aquinas enim filii Dei est eius
incarnatio. Valet quod ait dicens filium
prout filium ex ille, et per glossam hilarius
excludit error arrii Nam sicut nos
propter Christum vivimus quia aliquid de natura
sua habemus, ut ipse dicit. Qui manducat
meam carnem et bibit meum sanguinem
in me manet et ego in eo. quod Christus vivit
propter patrem quia habet in se naturam patris
non autem patrem, quia primus est et indivi-
sibilis quod habet totam naturam patris,
propter me quod vivit filius. Divinitas
ei non aliena nubilit. Divisa est nam

4 Confiteor in dicit hic est panis qui potest,
duas questiones de duobus litigabat
sed de origine panis, et de eius virtute.
Prima quod conclusio est de origine, secunda de
virtute, et hoc primum intendit, ibi Qui
manducat hunc panem etc. Circa primum
primum est iudei turbati fuerant, quia
Christus dixerat, Ego sum panis vivus
qui de celo descendi. Ideo contra eos
hic item concludit, ex hoc quod dixit vivo
propter patrem, in dicit hic est panis qui
de celo descendit, nam descendere de
celo, est originem de celo habere. Et ideo
dicit, hic est panis qui de celo, id est de pa
tria vita descendit. Et hic quantum ad
divinitatem, qui quidem descendit non
per motum locali, sed per novum effectum,
vel descendit etiam quantum ad corporis
incepcionem, sed vis formativa eius que est
spiritus sanctus fuit de celo, quia fuit
virtus celestis, descendit quod panis iste
de celo super eos, non Moyses dedit
vobis panem de celo, et ita nobilior
est iste panis. Est etiam permanentior
quia ille assumebat temporaliter iste vero
eternaliter, unde qui manducat hunc panem
non morietur. quo mortui sunt patres
vestri qui manducaverunt manna. et ita
temporaliter assumabat, quia secunda causa fuit effe
ctus generationis ille, mortui sunt quia man
na non descendit de celo vel hic erat
panis vivus, non potuit prestare eis qui
plures ipsis erant manducaverunt manna
et mortui sunt, morte anime, quia ad vide-

bant intelligebant, quod non videbant
non intelligebant. Justi autem qui non erant
similes istis non sunt anime mortui sunt
quia visibilem cibum spiritualiter intellexe
runt. Bene quod quia devotos habebat
ad delectamentum suavitatis, malicia
autem erat insipida quorum etiam nauseam
habebat super cibo illo, qui edebant dum
eucharistia digne percipientibus est vite
spiritualis solatium, et indigne percipien
tibus iudicium. Ille quod est vere pa
nis vite scilicet vivus et de celo descen-
dens qui potest preservare a morte sed 53
animam et dare vitam eternam. Talis vero
panis est Christus incarnatus non autem
datus a Moyse in deserto, quia nulla
qui ex illo manducaverunt mortui
sunt in anima et etiam morte eterna. Tercia
quod de virtute panis ponitur ubi dicitur
Qui manducat hunc panem vivet
in eternum, Quare scilicet exierit Qui manducat
carnem meam etc. Qui enim mandu
cat hunc panem manet in me et ego
in illo, sed ego sum vita eterna quod qui
digne manducat hunc panem vivet
in eternum dicitur notanter digne quia dicit
I Corinthiorum XI. Qui manducat et bibit in
digne iudicium sibi manducat et bibit
Scipe primitus vitam eternam ut appe
tant cibum illum et ut ab amore vite 54
eos abstrahat, ad eternam. Dicit enim dicitur
ait Christus. Qui animam suam amat plus quam
me non est me dignus. Deuteronomii
30. Elige tibi vitam etc. Hec omnis autem
ubi Christus ista dixit, sunt synagoga
in qua Christus docuit, iuxta xviii capitulo
ego docui in synagoga etc. Et ideo dicit
evangelista Hec dixit in synagoga do
cens in capharnaum que erat metro
polis galilee, propter quod ostenditur quod Christus
palam docebat in loco publico et
quare, sic eius doctrina prima non suscepta
quam sic volens multitudinem attrahere, ut ex
multis saltem profecisset aliqui, propter
communicare unquam sua in cena ma
gna, non quod digne accipiatur sed
facimus docet augustinus. Et in morte mag
ad altare portare, peccata per sunt quo
cotidiana, ut saltem per sunt mortifera
usque ad altare accedat, dicatis.
Dimitte nobis debita nostra sicut se
cure accedite, panis est non venenum
indigne vero accipiunt. quia remorsus
sunt peccati mortalis et ideo graviter peccant
ex contemptu quia tamen hospite in in
talis

ducunt in tam vile cibum et tabulis /
panis queritur inveniendi re
Multi ergo audientes ex discipulis eius
dixerunt durus est hic sermo
quis potest eum audire / Sciens autem
Ihesus apud semetipsum quod murmurarent
de hoc discipuli eius / dixit eis hoc
vos scandalizat / Si ergo videritis fi-
lium hominis ascendentem ubi erat prius /
Spiritus est qui vivificat caro autem
non prodest quicquam. verba que ego lo-
cutus sum vobis spiritus et vita sunt /
Sed sunt quidam ex vobis qui non cre-
dunt Sciebat enim ab initio Ihesus qui
essent credentes et quis eum tradi-
turus esset Et dicebat propterea dixi
vobis quia nemo potest venire ad me
nisi fuerit ei datum a patre meo
Ex hoc multi discipulorum eius abierunt
retro / et iam cum illo non ambula-
bant. Dixit ergo Ihesus ad duodecim
numquid et vos vultis abire / Respondit
ei Simon Petrus domine ad quem ibimus
verba vite eterne habes / et nos cogno-
vimus et credimus quia tu es Christus
filius dei Respondit Ihesus nonne ego
vos xii elegi et unus ex vobis
dyabolus est / dicebat autem de Iuda
Scarioth Simonis hic enim erat
traditurus eum / cum esset unus ex xii
per quam Ihesus compescit (?) eloquio et in-
nuit indecorem (?) quantum sedat scandalum
discipulorum et primo agit de scandalo
discipulorum recedentium Secundo examinat de-
voto (?) discipulorum remanentium ibi dixit ergo
Ihesus ad xii Circa primum tria sunt que
ponuntur, discipulorum scandalum Secundo Christi be-
nignitas ad reprimendum ipsum ibi Sci-
ens autem Ihesus Tertio post pertinacia
incredulitatis recedentium ibi Ex hoc
multi discipulorum eius abierunt retro et
Circa primum dicimus quod multi erant in
populo incredulorum / qui adherebant Christo
credentes ei / et sequebantur eum
non tamen relictis omnibus, sicut xii disci-
puli, illi dicebantur / Et de istis hic
dicitur / quod multi sunt in populo qui ei credebant
audientes ea que supra dixit de mandu-
catione carnis sue. dixerunt intra se
cogitando, vel adinvicem murmurando, de
istis dicitur aliter (?) ad tempus credunt
et in tempore temptationis recedunt / Di-

aut multi / quia ut dicit Crisostomus sermo stul-
torum infinitus est numerus / Et ut dicitur multi
sunt vocati pauci vero electi / Isti ergo dixerunt
durus est hic sermo .i. crudelis et horri-
bilis scilicet manducare carnem suam / quis potest
eum audire .i. quis potest ei obedire. Non
quod in corporalibus durus sit dumtaxat sed ta(men)
vel quia non est de facili penetrabile.
vel quia respicit actum hic in spiritualibus sermo
dicitur durus, vel quia respicit intel-
lectum / quia scilicet ab intellectu non penetratur
quia illud intellectu capere non possumus
vel quod displicet voluntati / Et utroque
modo istis erat durus sermo domini / Intellectui
quidem, quia supra excedebat imbecillitatem
intellectus eorum / Cum enim carnales essent
non poterant capere quod dicebat / Secunda (?)
tur eis pro carnem ad manducandum
voluntati etiam eorum displicebat quod tan-
ta de se dicebat / eo quod hominem purum eum
esse putabant, Et ideo dixerunt quis
potest eum audire q.d. blasphemia est
quia multa dicit de potentia sue
divinitatis / Et licet isti crederent ei sicut
prophete, non tamen credebant eum esse deum
Et ideo videbatur eis quod loqueretur
maiora se ipso / Et circa hoc exemplo querens (?)
sunt puncta (?) aut corpus infirma Sed
in cuspa (?) est nimium indoctis hominibus
sapientia / et non permanebit in illa ex corde
Et ideo dicunt, quis potest eum audire, quasi
dicunt ad exemplationem suam / Sed ex quo se
commiserat ei debebat eum audire
quia vero non dicebat eis placentia
valebat aliquam occasionem pretendere
recedendi sicut Crisostomus / Non coepit sicut (?)
vera prudentia nisi ea dixisset que versantur
in corde eius / Ideo dicunt durus est
hic sermo .i. crudelis et inhumanus car-
nem hominis manducare / quis potest eum
audire. Non dicunt credere sed audire
propter horribilitatem / Ideo vero non poterant
audire / quia aures eorum aggravate
erant. unde ideo ysaias vi Excecatum (?) cor
populi huius et aures eius aggrava / Sequitur
in: Sciens autem Ihesus hic ponitur be-
nignitas Christi ad sedandum scandalum
Et primo denuntiat (?) et manifestat scan-
dalum Secundo removet causam scandali
ibi Si ergo videritis et tertio ostendit veram
causam scandali que fuit eorum infideli-
tas ibi Sed sunt quidam et scandalum autem
denuntiat (?); quia dixerunt occulte durus

dur(us) s(er)mo dicitur (?)

q[uod] vol[un]t [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

est hic s[er]mo, ut ab illo n[on] audiret,
sed ille qui v[ir]tute sue d[iu]i[ni]t[atis] nouerat,
q[uo]d dicebant, hic manifestat. Et hic
est q[uo]d d[icit] l[ite]ra: Sciens aut[em] ih[esu]s, s[cilicet] q[ui]
nullu[m] latet secretu[m]. Sciens in quam
apud semetip[su]m, n[on] ex aliore relac[i]o[n]e,
hic cognouit. Apud semetip[su]m i[n]fra
16, dixerunt ei d[iscipu]li: Nunc scimus, quia
scis o[mn]ia, et n[on] opus est tibi ut quis
te interroget. Sciuit ergo xp[istu]s, q[uo]d ipsi
in semetipsis dicebant, s[cilicet] q[uia] murmura-
rent. De hic d[iscipu]li eius, i[d est] aliqui d[iscipu]lorum,
qui s[e]c[un]d[u]m carne[m] sapiebant, dixit i[n]fra, p[ost] d[icitur]
d[e] cruciatus corda et renes deus, dixit
eis: Hoc, s[cilicet] q[uo]d dixi de carne mea, et
sanguine, v[o]s, s[cilicet] debiles et infirmos
scandalizat, i[d est] est o[ccasi]o scandali, q[uasi] d[iceret]
deberetis n[on] debetis scandalizari, q[uia] q[uo]d
dixi de manducac[i]o[n]e mee carnis, q[uasi]
carnalit[er] ipsam diuidendam credit[is],
sicut pecus, audito hoc. V[os] scandali-
zati sunt, vel p[er] legi reminiscere q[uod]
d[ominus] d[ixit] q[uod] de hoc scandalizamini, n[on] fac-
tum o[mn]i domi[n]e, centum insistere et erit
vobis, s[cilicet] xp[ist]o credentibus in sanctifi-
cac[i]o[n]e, in lapide[m] aut[em] offensionis et
in petra[m] scandali duabus domibus
isr[ae]l, s[cilicet] d[iscipu]lis, murmurantib[us] et turbis,
d[icit] d[ominus] m[u]lti doctores docent vitare sca[n]-
dalu[m] audienciu[m], tamen d[omi]n[u]s eis talia
dogmata p[ro]ponit, unde scandalisaru[n]t
et recedant. Videt[ur] q[uod] ueritas do-
ctrine exigebat ut d[omi]n[u]s eis talia p[ro]po-
neret. Instituerat enim apud eu[m] p[ro] cibo
corporali, qui p[er]iat, ut ducet in appe-
titu[m] cibi sp[irit]ualis, et n[on] n[ecess]e erat ut
proueret eis doctrina de cibo sp[irit]uali,
n[on] s[ed] scandalu[m] corp[or]is causabat, cu[m]
vero doctrine x[risti] s[ed] ex corp[or]e infidelit[er]
d[iscipu]li enim v[er]ba n[on] intelligebant p[ro]p[ter] cor[dis]
carnalitatem, potuit domi[n]u[m] interrogare,
sicut alias ap[osto]li fecerunt. Hic aut[em]
s[ecundu]m aug[ustinu]m d[omi]n[u]s d[e] p[ro]prietate p[er]misit,
ut cu[m] docentibus tam parcere
et q[ue]relonis co[n]tra malignantes corp[or]e
dicta p[re]beret, in cel d[iscipu]li v[er]b[a] cap[ere] de
trahere p[re]mat. Consequenter cu[m] d[icit]:
Si ergo videritis filiu[m] ho[min]is et tollit
occ[asi]o[n]em scandali, q[uia] q[uo]d erat et d[e] p[er]ma-
nentib[us] et de p[ro]b[ati]s d[icit] s[ecundu]m Crisost[omum]
Et n[on] p[ri]mo remouet scandali occ[asi]o[n]em,
quando ad p[ri]ma dicentis v[er]bo quando
ad v[er]a dicta ibi d[icit] opus est q[uod] i[n]struat

d[i]ct[um] s[ecundu]m aut[em] ip[s]orum sunt, quia audierunt
domi[n]u[m] loqui de se d[iui]na, s[ed] quia ipsi
ne d[e]debant eu[m] filiu[m] ioseph, scandaliza-
bant, ex hoc quod de se dicebat. Et n[on]
erat occ[asi]o[n]em remouens d[omi]n[u]s, ou[n]dit eis
apprius p[ro]pria d[iui]nitate d[icens]: Si ergo videritis,
q[uasi] d[iceret] q[uo]d vellet dicere, vos turbami de
his que de me dixi. Si ergo videritis
filiu[m] ho[min]is ascendentem ubi erat prius,
id est ce[le]stia est ascensio. V[er]b[u]m supplenda est
ut s[e]c[un]d[u]m que quia tam n[on] est euidentia,
s[e]d s[ecundu]m aug[ustinu]m totus integer e[st] in celo,
manet integer sub spatio, manet itaq[ue]
in corde tuo vel sic. Si ergo videritis
filiu[m] ho[min]is ascendentem ubi p[ri]us erat.
Erat supplendu[m] quid dicetis, q[ui] dicat
nu[m]q[ui]d potestis negare, q[uia] de celo de-
scenderim, q[uia] s[ecundu]m v[e]l doctor v[e]l dator
eterne vite. Simile fecit in nathanaele.
Illu[m] enim dicet xp[ist]o: Tu es rex isr[ae]l,
voluit eu[m] ad p[er]fectiorem cognic[i]o[n]em
eleuare, d[icens] ei: Maiora his videbis.
Sup[er] p[ri]mo dic et ex[em]pl[u]m aliquid magis
sublime de se manifestat d[icens]: Si videritis
filiu[m] ho[min]is ascendentem et ascendit a[utem]
in celu[m] videntibus d[iscipu]lis ut a[ctuum]
p[ri]mo. Si ergo ascendit ubi prius fuit,
ergo p[ri]us fuit in celo. Sup[er] 3[o]: Nemo
ascendit in celu[m] nisi qui descendit
de celo. Sed aduertendu[m] q[uod] ex se ea
p[ro]p[ter] una[m] filij dei et filij ho[min]is in xp[ist]o,
quia tam una est alia, n[on] aliq[ui]d ei co[n]-
uenit rac[i]o[n]e humanitatis, s[cilicet] ascendere,
quod n[on] co[n]uenit ei rac[i]o[n]e d[iui]nitatis, s[ecundu]m qua[m]
n[on] erat quo ascenderet, in eternaliter
sit in summo ce[lo] v[ir]tute, s[e]c[un]d[u]m in patre
et s[ecundu]m ea[m] co[n]uenit ei ascendere,
fuit prius s[cilicet] in celo, ubi n[on] fuit s[ecundu]m
humana[m] natura[m]. Quod est co[n]tra errorem
valentini d[icentis] xp[istu]m attulisse corpus
celeste. Si ergo v[er]b[u]m fuit prius s[ecundu]m d[iui]nitate[m]
ascendit videntibus ap[osto]lis, et ip[s]a
v[ir]tute s[ecundu]m humanitate[m] infra 16: Exiui
a patre et veni in mundu[m] et s[ecundu]m a[u]t[em]
aug[ustinu]m h[ic] v[er]ba aliter introducu[n]tur. D[icit]
enim q[uod] q[uia] isti scandalizati sunt d[iscipu]li, q[uia]
d[omi]n[u]s dixit q[uod] daret eis carne[m] sua[m]
ad manducandu[m], quod intelligerent carne[m]
ac si ea ad l[ite]ra[m] deberet comedere
sicut ea q[uae] carnifices carnes alim[ent]a
diuidendo et masticando et vendendo
sicut fit in [illegible] macellis, scanda-

lis pati sunt Et io hic intellectum removet
dicens Si ergo videritis filium hominis
ascendentem s. integro corpore ubi prius
erat in quo dicebatis quod ipse daturus eram
vobis carnem meam ad manducandum
ut carnes alias Ex quo patet quod hic dictum
est secundum divinam naturam per carnis assum-
ptam in qua deus videbatur de humiliatus
ad ipsam humanam assumptam quae tunc non pote-
rat cogitari tanquam infirmus Idem
est ergo quod dicit Si videritis filium hominis
ascendere id est in claritati ut reddatur
patri equalis Secundo vero dicit Spiritus est
qui vivificat Removet secundum scan-
dali ex parte verborum prolatorum Et secundum Augustinum
primo distinguit duplicem intellectum
ipsorum verborum Secundo ostendit quis eorum con-
gruat ipsis verbis ibi verba quae ego loquor etc
Quantum ad primum dicit quod verba Christi sunt
duplicia secundum quod possunt intelligi scilicet spiritualiter
et secundum carnalem Et ideo dicit Spiritus
est qui vivificat id est si ea verba quae dixi
intelligatis secundum spiritum id est spiritualiter secundum
secundum sensum spiritualem vivificabunt vos
Caro non prodest quicquam id est si secundum sensum
carnalem ea intelligatis nihil vobis pro-
derunt, immo nocent quia ut dictum est primo
Si secundum carnem vixeritis moriemini Car-
nalem autem verba domini de carne sua mandu-
canda carnaliter intelliguntur quando
accipiuntur secundum quod exterius sonant et ut na-
turalis est Et hoc modo ipsi intelligebant
quod Christus carnem suam divideret et dila-
maret et daret eis per partes ad man-
ducandum scilicet digitos aliis partem manus
aliis partem pedis et ens (?) sensibus in
propria specie carnis et isto modo caro non
prodest quicquam quia caro si mandu-
cata eo modo quo intelligebant non
esset utilis sed magis horribilis
Sed dominus dicebat se daturum eis car-
nem suam sed spiritualem cibum sub alia
specie ubi sola species dentibus atteritur
sed ea caro non attingitur dentibus nec
dilaniatur sed tota integraliter sumitur
sicut spiritualis cibus non tamen sic quin sit
in sacramento altaris vera caro Christi sed quae
quodammodo spirituali et divino manducatur
Sic ergo dictorum verborum sensus congruus
est et non carnalis sed spiritualis Unde
subdit verba quae ego locutus sum vobis
scilicet de carne mea manducanda spiritus
et vita sunt id est spiritualem habent intellectum

et sic intellecta vitam dant Nec mirum si habent
intellectum spiritualem cum sint a spiritu sancto
1 Cor. xiiii° Spiritus est qui loquitur
misteria Et ideo misteria que vivificant
per vectum non absumptaz significationis
suas quia in ipsis vivificatis me Ista
tamen spiritualitas non sic accipienda quod caro est
Christi sit in sacramento eucharistie tantummodo sicut
in signo sicut aliqui dixerunt heretici
quia ibi est realiter sed quia caro
Christi in hoc sacramento manducatur quodam
spirituali modo scilicet invisibiliter per speciem invisibilem attin-
gitur et spiritus virtute dei carnem unite
refertur Ad cuius evidentiam sciendum quod sicut
vita corporalis indiget alimento materiali
non solum ad quantitatis augmentum sed etiam
ad naturam corporis sustentandam ne propter
continuas resolutiones consumatur et eius
virtus deperdat Ita necesse fuit in vita
spirituali habere spirituale alimentum quo re-
generati et in virtutibus conserventur et crescant
Et quia spirituales effectus sub specie ne-
visibilium comode (?) fuit nobis tradi Ideo
nobis spirituale alimentum nobis traditur
sub speciebus illarum rerum quibus homines
communiter utuntur ad alimentum corporale Ideo
autem sunt panis et vinum et eo sub speciebus panis
fraten et hic cibos sapidos facit / has
aquas multi abierunt / de quibus ysaias viiio
abiecit populus iste aquas syloe que flu
unt cum silentio / aquas voluere christi
missi a patre / quod fit cum populus christianus
recedit ab eius imitatione et passione
propter salvatoris silentium est tranquillitas
mentis / pax et serenitas conscientie / in blandi
mentis equanimitas pacientie / in periculis fiducie
fortitudo / in pace vadunt aque syloe /
quia in pace vocavit nos deus / in
pace enim factus est locus eius / Quapropter
non solum quia in primis parentibus pa
radisum cum suo fonte et suis fluminibus
perdidimus et quia ipsum recuperare non va
lemus / habemus enim nunc paradisum multo
nobiliorem et longe delectabiliorem quam
primi parentes habuerunt / christum scilicet dominum nostrum
qui nobis in se quatuor fontes multo
uberiores quam illi paradisi / dignum
aperuit / horum fontium effectus et usus
est vite presentis et non future / unde sub
dicitur ysaie xiio dicetis in illa die con
fitemini domino et invocate nomen eius
invocatio presentis est temporis quia dicitur in psalmo
invocabis me in die tribulationis in
signum christus in cruce pendens
adhuc vivens hos quatuor fontes
aperiri voluit in sanctuario / et ut
clarescerent in eum paradisum esse paradiso
terrestri meliorem / hic nota / quintum ad
hunc fontem erupit a plaga scilicet lateris
et dicitur fons vite in psalmo / quoniam apud
te est fons vite scilicet eterne / sed quia
vita eterna per hoc presens tempus mittitur
ut datur / in qua nemo gustavit mortem
nature / quintum christus quintum fontem
tunc aperiri voluit cum iam spiritum emi
sisset / instans effectum aque huius fontis
non esse vite vite presentis sed future /
Si quis sitit veniat et bibat
de hiis aquis / quinti fluminis dicitur ezechielis
de aqua aque redundantes a latere dex
tro templi / nam hec solum flumina dex
tre mittuntur / eius aut sit huius invitatione
fructum non solum quo ad gustum sed etiam
quo ad aliorum plenitudinem salutem

declarat quod subdit. Qui credit in me
scilicet fide per dilectionem operante, flumina de
ventre eius fluent aque vive sicut
dicit scriptura. Circa quod sciendum quod ista littera
secundum Crisostomum sic est legenda: Qui
credit in me, sicut dicit scriptura, flumina
de ventre etc. hic subdistinguendo punctu-
ando, et per hoc quod subsequitur flumina de ven-
tre etc. narratur predictum: qui credit in me.
Et per hoc quod subsequitur sicut dicit scriptura
flumina de ventre etc. non videtur conveniens
quia hoc quod dicitur flumina de ventre
etc. non invenitur in aliquo loco ve-
teris testamenti. Hic ergo non dicatur: Qui
credit in me sicut dicit scriptura, id est secundum
scripture documenta, sed pro declaratione
scripturas ipse sunt que testimonium perhi-
bent de me. Et tunc flumina de ven-
tre eius fluent aque vive. Et dicit
Qui credit in me, non sicut prius dixerat
qui venit ad me, quia idem est credere
et venire, quia credendo accedit ad me et illu-
minamur. Secundum Augustinum vero punctuatur
aliter sic: Qui credit in me, et per hoc quod
subdit sicut dicit scriptura flumina etc.
tamquam ut ipse dicat eliciter ex auctoritate
sapientis Proverbiorum v°: Bibe aquam de
cisterna tua et fluenta putei tui:
deriventur foras et in plateis tuas
aquas divide. Et sequitur: Sit vena
tua benedicta etc. ibi glossa. Et ex auctoritate
hac quod dicitur de ventre eius fluent
aque vive. Non enim auctoritas ista quam
salvator allegat secundum tenorem verborum
habetur in translatione nostra, quamvis habeatur
secundum verborum intellectum, ut in auctoritate pre-
dicta, vel secundum Crisostomum Ysaie lviii: Eris
quasi ortus irriguus et quasi fons
aquarum cuius non deficient aque. Secundum autem secundum
Augustinum quod flumina procedunt de fontibus
sic a principio. Qui autem bibit potum
corporalem non habet in se fontem neque
flumen, quia parvulam aquam gustat.
Qui autem bibit credendo in Christum
haurit fontem, quo hausto vite spiritualis
gratia que est venis interioribus hominis
cetera vero fons erit, in quo dicitur prius (?) quo
qui biberit ex hac aqua fiet in eo
fons aque salientis. Hic autem fons

ex quo hauritur est spiritus sanctus, de quo
dicitur in psalmo: Quoniam apud te est fons
vite. Qui ergo biberit, ita quod solum ipsi
proficit, dona gratiarum que sunt per flumina
non fluent de ventre eius aque vive.
Cum vero per Christum prestat quod pulchre et diversa
dona gratiarum a Deo accepta aliis
communicare, de ventre eius fluunt aque
vive. Propter quod dicit sapiens: ego (?)
post accepit gratiam in altitudine illa
administrans. Secundum intellectum quod iste fructus
est intrinsecus in persona, quia dicit: Qui
credit in me scilicet fide per dilectionem operante.
Secundo iste fructus est copiosus et habundans,
ideo dicit flumina in plurali. Unde Glossa: Flumina
dicit et non flumen, ob copiositatem et ubertatem
insinuandam. Dicit etiam flumina ad fundendum
spiritualium donorum habundantiam fidelibus
repromissam. Psalmus: Flumen dei repletum est
aquis. Tertio ad designandam eorum impetum
et operationum efficaciam. Dona enim spiritua-
lia faciunt homines tam audaces ut quasi
flumina cum impetu currentes nil timeant,
sed etiam ad quos perveniunt letificant. Fluent (?)
Ysaie 26: Cum ingredientur impetu a
Iacob. Et in psalmo: Fluminis impetus letificat civi-
tatem dei. Unde Glossa: Spiritus sancti gratia
cum in mentem intravit, et si infirma
fuit, ad fortissimam efficit. Sed videre
quis potest si respexit ad sapientiam
Stephani, linguam Petri, cursum Pauli.
Nil enim eos detinebat, nec plebis
furor, nec tyrannorum minis, nec deos (?)
non insidie, nec mortes quotidiane,
sed sicut flumina multo impetu currentia
cuncta secum trahentes adibant. Unde apostolus
fervore spiritus sancti motus et tenore vero dice-
bat: Caritas Christi urget nos. Et Ro-
manos: Qui spiritu dei aguntur hii filii
dei sunt. Quarto ad designandam donorum
diversitatem, quia ut I Corinthiorum divisiones 12
gratiarum sunt, alii dant gratiam linguarum,
alii gratiam sanitatum etc. Tertio iste fru-
ctus est perfectus et redundans, et ideo dicit
fluent. Super quo dicit Augustinus in omelia: Flu-
men quod manat de ventre interioris hominis
est benivolentia, que vult consulere
proximo. Si enim putet quod quod bibit

solus ipse dicit sufficere non fluit aqua
viua de ventre eius. Dicitur autem proximo
sperat complere non non potest quia manat
Tuarto ipse fructus est continuus et
copiosus et ideo dicuntur aque viue. Nam
aqua viua continua fonti et ita flu
continuat[2] minis spiritui sancto qui est fons vite aqua
celi viua secundum Crisostomum dicit aqua semper
agente. Spiritus sanctus gratia in mentem
intrauit non fonte magis manat et
neque desinit neque euacuatur neque stat
dicit hec flumina scilicet dona nunquam sunt perpe
tuo recedat ideo permittit eum redire in pre
sentem dicit recede deo sed est spiritus
sancti ideo subditur prout dicit scriptura
flumina de ventre eius fluent. Est
autem venter cor hominis secundum illud psalmi le
gem tuam in medio ventris mei. Non
dicit de corde sed de ventre ut fiat
habundantiam gracie. Dicere enim diciter
fluere non quod ab uno fluat multum
sed quia in mentem intrauerit sicut
fonte magis manat nec desinit
nec stat sed fluunt et refluunt. Fluunt
a deo et faciunt homines refluere in deum secundum
proprietatem aque que tantum ascendit in flu
xu quantum descendit. Ecclesiastes primo. Sicut in eo
fons aque salientis in vitam eternam. Ambrosius
primo ad Corinthios unde concurrunt flumina redeunt
ut iterum fluant. Est quia omnes spiritus sancti
viuificant ideo dicuntur aque viue. Flumina
gracie dicuntur aque viue quia sunt continuata
in suo principio scilicet spiritu sancto. Unde Iohannes ex
ponit dicens sic autem dixit de spiritu quem
accepturi erant credentes in eum. Spiritus
enim sanctus dicitur fons et flumina. Fons
quia ab eo manant riuuli gracie. Unde
ait cantica fons viuus ignis et flu
men quia procedit a patre et filio
sicut flumina a fonte et tunc corpor ultra
fundit non flumen aque viue procedentem
de sede dei et agni. Secundo hec spiritus
datur tantum credentibus. Actuum v. Dedit
spiritum sanctum obedientibus sibi ideo dicit cre-
dentes in eum vel sicut flumina de ventre
eius fluent aque viue quia secundum Gregorium
super Ezechielem. Cum a mente fidelium verba
predicacionis sancte defluunt quasi de ven
tre credencium aque viue fluunt. Ve-
rus autem venter quasi sunt vere mentis intima
scilicet recta intencio sancta desideria. Hu
milis ad deum pia ad proximum voluntas
et beniuolencia. Quia cum complere proximo
Secundo gracia dicitur aqua viua quia habet
virtutem viuificatiuam. Viuificat enim
animam quam rigat sicut plantula rigata
videtur viuere que sine aqua moritur
et arescit. Psalmus anima mea sicut terra sine
aqua tibi. Tercio quia habet virtutem
motiuam ad bonum ambrosius nescit
tarda molimina spiritus sancti gratia vel
celi venit est grata que habet aqua
rempit quando Christi caritate hec repit
primo dicitur fons fluens aqua viuam
scilicet caritatem ad Romanos v. Caritas dei
diffusa est in cordibus nostris. Fons
ergo aque viue de qua primo fluent ad beni
uolenciam que de caritate aqua pre
deuit vult complere proximo ut [illegible] illa
crudite fons ille parabit sed ma
gis magisque fluo cursu augebit.
Flumina ergo aque viue purgantes
mentes et viuificates et agentes
sunt dona gratie sana doctrina
et beniuolencia quia vult complere proximo.
Fluent scilicet habundanter de ventre eius
scilicet interioris hominis scilicet de quo corde
ad alios predicando quia fides
et caritas unaque sed cum dicit ad alios
redundare et derimari. Dicens autem
aque viue scilicet spiritus sancti sunt medicinales
sanat enim morem superbie per spiritum ti-
moris ydropisim auaricie per spiritum
consilii febrem luxurie per spiritum sapie
frenesim ire per spiritum scientie liuorem
inuidie per spiritum pietatis bolismum
gule per spiritum intellectus languorem
accidie per spiritum fortitudinis. Immunda tamen
eligunt aquas morbidas scilicet flumina
Babilonis et peiora. Tunc quasi aque
sunt maledicte per superbiam frigide
per auariciam fetide per luxuriam ex ce
lore per iram amare per inuidiam
turbide per gulam et steriles per acci
diam. Contra non dicit subditur hec autem
dixit de spiritu et cetera. Exponit quod dixit
et post ponit exponens secundo

assignat expositor racio ibi / nondum
enim et cetera quantum ad primum dicit ewangelista
quod licet scilicet quod xpistus dixit flumina de ventre
eius fluent / dixit de spiritu sancto / qui
est fons et flumen ut vult / quem accepturi
erant credentes in eum Actuum 2o fa
ctus est repente de celo sonus tanquam
advenientis spiritus vehementis / Nunc
acceptum erant sed non acceperant
de quo dicit Bernardus o affluens bo
nitatis dei o indeficiens largitas
bonitate divine / spiritum enim tanquam
apostolis dedit non offert vini psal Hic
pandere suum fontem aque vive apert
tu quibus quasi inviciis aqua ipse
dicimus peccatoribus et inimicis debitor
sit / pater enim patri tradidisse filium
ut redimeret servum / nisi daret et spiritum
sanctum quo servum adoptaret in filium /
dedit filium in precium redempcionis
dedit spiritum sanctum in privilegium adop
cionis / et denique totum sumat in he
reditate adoptatis / o deus non pater
est dicenda prodigus / quia pro descendere
eorum / an non prodigus qui non solum sua
sed et semetipsum impendit ut eos
compararet / non tam sibi quam eis
ipsum an non prodigus qui proprio filio suo
non pepercit / sed pro nobis omnibus tra
didit illum / Sic nec spiritu sancto pepercit
ut ita loquamur / sed mira et nova lar
gitate super eos effudit illum / multum
quidem effectus est impius prodigus
ille filius / qui totam porcionem quam receperat
donavit meretricibus / sed multo effu
sior pater in comparacione prodigi filii
filius in prodicione sui / quod vel ulla racione
esse comparando genite et prodigi patris et cetera
eius et scilicet Iohannis / quod ergo spiritum acce
pturi erant sed nondum acceperant / ra
cionem assignat ewangelista ibi Nondum
enim erat spiritus datus / quia nondum erat
Ihesus glorificatus / Infra xvi nisi ego
abiero paraclitus non veniet / si autem
abiero mittam eum ad vos / Quod
dicit ewangelista scilicet quod spiritus nondum erat apostolis
datus / et quod xpistus nondum erat glorifi
catus / Circa primum est duplex opinio

Quidam enim dicunt quod spiritus sanctus non fuit
datus apostolis quantum ad dona prophetica
et miraculorum / ante xpisti resurrectionem / non gratia
quamvis quod dubitat prophecie / Contra deus
erat / usque ad adventum xpisti / nec post
non data est / ante passionem Christi / Et si
dicatur quod apostoli eiciebant demonia ante
resurrectionem xpisti / dicendum est secundum eum quod non
eiciebant spiritu / sed potestate quam habuerunt
a xpisto / tunc enim mittebat eos / non di-
cendo eis spiritum sanctum / sed dedit eis potestatem
Sed contra illud quod dicitur Luce
xi / Si ego in Belzebub eicio demonia
filii vestri in quo eiciunt / Sed constat quod
tempore xpisti in spiritu dei eiciebat demo-
nia et filii id est apostoli / Item manifestum est eos
accepisse spiritum sanctum / Et ideo dicendum est secundum
Augustinum quod ante resurrectionem apostoli habuerunt spiritum
sanctum etiam quantum ad dona prophetica et
miraculorum operacionem / Sed quod hic dicitur
nondum erat spiritus datus / intelligendum est
intelligendum est de habundanti dacione in
signis visibilibus / in qua dati sunt eis
post resurrectionem et ascensionem in linguis ig
neis / nam post resurrectionem dictum est eis / Acci
pite spiritum sanctum / et insufflavit in faciem
eorum / qui flatu primum eos inspiravit
et de limo erexit / Signum eum esse qui
insufflavit in faciem eorum ut a luto
exurgerent et luteis operibus renun
ciarent / Et quod ante resurrectionem quam hic vo
cat glorificacionem non datus est
spiritus sanctus / non propter hoc dixerunt
sed non nisi per spiritum sanctum ergo habuerunt
spiritum sanctum / Nam David in psalmo / spiritum sanctum
tuum ne auferas a me / Item apostoli facie
bant miracula / Iohannes x / dicit quod non potue
runt miracula facere / si spiritus sancti gratia
defecisset / quoque baptista dictum est spiritu
sancto replebitur adhuc ex utero matris
sue / Et Zacharias pater eius legitur spiritu
sancto repletus / Spiritum enim sanctum acceperat
Maria / ut dicitur / quod peperit / Et ideo dicendum
quod triplex est dacio spiritus sancti / in magna
manifestiori / et manifestissima / magna
sunt in prophetantibus et miracula facienti
bus ante passionem / Manifestior sunt

in insufflatione per rationem quia in signo
visibili, ut flatu datus est. Secundo ma
nifestissime per assumptionem quia in signo
visibili et audibili. Et sic patet quomodo mani
festius datus est. Tertio et habundantius.
Unde ergo dicit hic quod non dum erat datus
infusus est in ordine et habundancia.
Receperant ergo apostoli spiritum sanctum ante hoc
non tamen in tanta copia sicut post in die
pentecostes. Licet enim vocati fuerint ad di
scipulatum, receperunt spiritum sanctum ad
propriam iustificationem et personales profectus.
Ante autem misit eos ad predicandum ante suam
passionem. Tunc acceperunt spiritum sanctum ad
infirmorum curationem et miraculorum
operationem. Tunc enim dedit eis virtutem et
potestatem curandi languores, eiciendi
demones et mortuos suscitandi, Matthei
x et Luce ix. Secundo quando insufflavit eis et
dixit: accipite spiritum sanctum, infra xx,
receperunt ad peccatorum remissionem et
pastoralem administrationem. Tum forsan cla
ves quas Petro promiserat omnibus dedit.
Tertio in die pentecostes receperunt
ad intelligentiam divinam scripturarum et notitiam
linguarum, ad audaciam et fortitudinem,
ad eorum maiorem plenitudinem, ad pre
dicationem ewangelii, ad tollerationem martirii,
ad conversionem peccatorum et confirmationem prodigi
orum. Secundo tunc spiritus sanctus eciam sanctis
detur, et modo a fidelibus accipiatur,
quare non loquuntur linguis omnium gentium?
Dicit hic idem quod non est necesse secundum
Augustinum, quia iam ipsa ecclesia linguis
gentium loquitur, quia per spiritum sanctum da
tur caritas, Romanos v: caritas dei diffu
sa est in cordibus nostris per spiritum sanctum
qui datus est. Hic faciens omnia quia facit quod hic
nullus loquitur. Si amas unitatem
tatem, etc. habes quicquid in illa. Si ecclesia
aliquis habet. Tolle invidiam et tuum
est quod habeo. Livor separat, caritas
iungit. Ipsam habeto et cuncta habebis. In
principio autem antequam ecclesia per mundum
dilataretur, quia parva erat, oportebat
ut linguis omnium loquerentur ut ecclesiam
in omnibus fundarent. Tertio tamen nondum
quod hic quod dicit ihesus nondum erat glorificatus
secundum Augustinum intelligendum est de gloria re-

surrectionis, quasi diceret: nondum a mortuis surre
xerat, nondum ad celos ascenderat. De
qua gloria dicitur infra xvii: clarifica
me pater. Est tamen quare prius voluit
se glorificari quam daret spiritum sanctum
assignat: quia spiritus sanctus adhuc da
tur nobis ut erigat corda nostra ab amore
seculi in amorem spiritualem et totaliter trans
in deum. Quia ergo vitam eternam promit
tit spiritus sancti caritate ferventibus in
non moriamur ubi nichil timemus. Ideo
spiritum sanctum dare noluit nisi ut esset glo
rificatus, ut in suo corpore ostenderet vi
tam quam in resurrectione speramus. Christus
vero non intelligitur hic de gloria resurrectionis
sed de glorificatione passionis, de qua
dicit in imminente passionis hora dixit
infra xiii°: nunc clarificatus est filius
hominis, et sic similiter spiritus sanctus tunc post
datus est quando post passionem dixit apostolis
accipite spiritum sanctum etc. Ideo autem non
ante passionem datus est spiritus sanctus
quia cum sit donum non debuit nisi
dari sed amicis, noluit inimicis. Oportebat
ergo prius offerri hostiam in ara
crucis et inimicos tanquam solem in
carne ut sic per mortem filii eius reco
nciliaremur deo et tunc sic amicis donum
suum et supremum voluit eis dare spiritum
sanctum per suam glorificationem, quia datio
spiritus sancti est quedam arra future
resurrectionis, sicut ergo in resurrectione habet
quandam probabilitatem et per quos talitatem
rev ... resurrectionis, ita et rex quam
arre. Voluit ergo dare spiritum sanctum per
quem glorificatus est ut per rationem iam
factam magis flagrarent in resurrectionem futuram.
Ex illa ergo turba cum audissent
hos sermones eius dicebant: hic
est vere propheta. Alii autem dicebant:
hic est Christus. Quidam autem dicebant:
numquid a Galilea Christus venit? Nonne
dicit scriptura quia ex semine David
et de Bethleem castello ubi erat
David venit Christus? Dissensio ita
que facta est in turba propter eum.
Quidam autem ex ipsis volebant
apprehendere eum, sed nemo misit

= alius unigenitus

nos aut

mp' illud manus. Venerunt ergo mi-
nistri ad pontifices et phariseos
et dixerunt eis quare non adduxi-
stis eum. Responderunt ministri numquam
sic locutus est homo sicut hic ho-
mo loquitur. Responderunt ergo eis pharisei
numquid et vos seducti estis. Numquid aliquis
ex principibus credidit in eum aut
ex phariseis. Sed turba hec que
non novit legem maledicti sunt.
Dixit Nicodemus ad eos ille qui
venit ad eum nocte qui unus erat
ex ipsis. Numquid lex nostra iudicat homi-
nem nisi audierit ab illo prius et cogno-
verit quid faciat. Responderunt et di-
xerunt ei. Numquid et tu galileus
es. Scrutare scripturas et vide quia
propheta a galilea non surgit. Et rever-
si sunt unusquisque in domum suam
usque ad capitulum octavum. Et e-
porta christi ad spiritualem potum invi-
tacionem. Hic consequenter agit ewangelista de
turbarum dissensione. Et primo ponit
dissensionem turbarum ad invicem. Secundo
dissensionem in principibus ibi venerunt
ergo ministri et cetera. Circa primum duo facit. Pri-
mo ponit dictorum varia differentia. Secundo
ipsa dissensio ponitur ibi dissensio
itaque et cetera. Diversitas autem vocum turbarum
procedebat ex diversitate opinionum tur-
barum de christo. Et ideo ponit tres
opiniones turbarum quarum duas iam ante
dixerunt ad spiritualem potum. Tercia vero
replicentium. Prima autem opinio erat
qui dicebat christum esse prophetam. Et ideo
dicit ewangelista. Ex illa ergo turba, scilicet quam
dixerat in magno festivitatis die
cum audissent hos sermones quos dice-
bat, scilicet propter auditum doctrine christi. Quidam
illuminati dicebant illum esse qui tam illa
aqua spiritualia haurire repromittit. Hic
est vere propheta, scilicet quia tam sapienter
loquebatur. Non solum autem prophetam eum
dicunt sed etiam vim(?) a. aut homo perfecte
intelligentes hunc esse de quo Moyses
predixit Deuteronomii xviii o propheta(?)

suscitabit vobis deus de fratribus vestris.
Alia opinio erat, quia quidam dicebant
hic est christus. Isti magis erant illuminati
et magis accedebant ad potum et magis
deponebant pristinam infidelitatem. Unde et
similes erant. Mt. 16. Quem dicunt homines
esse filium hominis. Alii heliam, alii ieremiam
aut unum ex prophetis. Vos autem quem me
esse dicitis. Respondit petrus in persona omnium
omnium: tu es christus filius dei vivi.
Tercia opinio erat replicentium contraria
predicte. Et primo obicit contra opinionem
dicentium eum esse christum. Secundo obiectionem
auctoritate confirmat ibi ergo. Quidam autem, scilicet
excecati ex lumine scripture permanentes
in pristina infidelitate aridi, dicebant, scilicet
in generali. Numquid a galilea venit christus
quasi dicat non. Ut et nathanael
dixit supra primo. A nazareth potest aliquid
boni esse. Audierant enim prophetias christum
a galilea venturum non predixisse, et ideo
credentes eum in nazareth natum
fuisse ignorabant enim locum sue na-
tivitatis esse bethleem, licet dicat Ieronimus
festum enim erat eum in nazareth nu-
tritum sed pauci noti erant nativitatis
locus. Quamvis in scriptura non dicat
christum in galilea nasciturum predixit tamen
eum illuc primo declaratum. Ysaie 9. Primo
tempore allevata est terra zabulon et
terra neptalim et cetera. Populus gentium qui
ambulabat in tenebris vidit lucem
magnam. Predixit etiam quod de nazareth
procedere esset. Ysaie xi. Flos de radice
eius ascendet. Ubi hebreus habet nazare-
eus de radice eius ascendet. Confir-
mat obiectionem auctoritate scripture cum dicunt
Nonne scriptura dicit quia ex semine david
et cetera. Licet autem ex semine david venturus
esset christus, Ier. 23. Suscitabo david
germen iustum et cetera. Et in fine: et hoc
est nomen quod vocabunt eum
dominus iustus noster. Et 2 Reg. 7. Suscita-
bo semen tuum post te quod egredietur
de utero tuo et stabiliam thronum re-
gni eius usque in sempiternum. Et in ps.
Iuravit dominus david veritatem et non

frustrabitur eum / de semine venturus tu
pona super sedem tuam / Et autem de Be-
thleem castello nasceretur dicit Michee v°
Et tu Bethleem effrata et cetera sequitur
Ex te enim exiet dux qui sit dominator
in israel / Et utrumque verum erat de cristo qui
descendit de david / secundum carnem et in
bethleem natus est, ut habetur luce 2° / Illud
po(st) tamen ipsi hic ignorabant / eo quod nutritus
fuit in nazareth / Et d. eum dicunt quod in
est ex se novit enim fidem quod est
quod ortum suum occultavit ut crederetur
esse natus in nazareth / et sic non crede-
rent christus iudeis, quod illud scitum
est duo indicio / Prima dispensatione
et scripture adimpletione / Primo indicio
quia tempore herodis natus cognovit
et despexerunt / iudei quod illud scitum
est / primo in mortem quesiverunt / Ideo
ubi natus sit loco per quisitionem in naza-
reth celari meruerunt / Secundo divina
dispensatione qui voluit latere malos
ut parcendo a malis redimeret bonos
Tercio scripture adimpletione quia scriptura
non tantum dicit quod in bethleem natus
sed quod nazareus vocabitur, ut mathei 2°
et quia iudei scripturas scrutati non
fuerunt / ideo erraverunt / Sequitur tunc dicit
dissensio itaque et cetera / ponitur ipsa dissen-
sio / Secundo conatus quorumdam ex eis
tenendi christum / Tercio conatus repressio / Dicit
ergo dissensio itaque facta est propter eum
scilicet christum in turba / non quod christus esset
causa dissensionis tamen / sed eorum malicia
quia malicia nulli vult cedere / Sic
aliter enim contingit quod in cordibus ma-
lorum ex manifestatione virtutis veritatis
dissensio et turbacio oritur et in persona
christi dicitur, Jeremie xv° Ve mihi mater mea
utquid me genuisti virum rixe virum
discordie in universa terra / propter hoc dice-
bat dominus mathei x°, nolite arbitrari
quia venerim pacem mittere in terram
non veni pacem mittere, sed gladium
Sequitur quidam autem ex ipsis et cetera
propter istam dissensionem quidam volebant
eum capere tanquam malum / quidam vero
dimittere tanquam bonum / Et ex ista
contentione frustrata est machinacio phariseorum
quia ministri manus non extenderunt

ad capiendum eum licet aliqui vellent /
unde dicit crisostomus omelia ... aut ex ipsis scilicet qui
dixerunt numquid a galilea venit cristus
voluerunt apprehendere eum scilicet ex malicia
ad occidendum / propter persequendum et comprehen-
dendum eum / Glossa x° dixit malitia persequendi
et comprehendendi / boni tamen et fideles
volunt christum comprehendere ut eo fruantur /
Crisostomus ubi supra videndam in palmea et comp-
hendendam fructus eius / Repressio autem conatus
fuit ex potestate christi / et ideo dicit crisostomus
Sed nemo misit super illum manus scilicet
quia christus nolebat / hec enim erat in sua
potestate / Johannis x° Nemo tollit animam meam
a me sed ego pono eam / unde et quando
voluit pati / non eos expectavit
sed ipse se eis obtulit / Johannis xviii°
precessit et dixit ad eos quem queritis /
Ex ergo frustrati sunt a sua intencione
eciam racione potestatis / quia cogitaciones
hominum vane sunt / sed consilium domini
manet in eternum quod quamvis non deter-
minet christum non apprehendendum propter
dominus dissipat consilia gentium / Sequitur
tunc dicit venerunt ergo ministri et cetera / ponitur
dissensio principum / Et primo ponitur eorum
dissensio ad ministros / Secundo dissensio
eorum ad invicem ibi dixit nicodemus
ad eos / Circa primum ponuntur tria / primo
redarguitio principum ad ministros / Secundo
testimonium latum christo a ministris / Tercio
conatus repressio principum ad ministros
quantum ad primum dicit venerunt ergo mi-
nistri qui scilicet erant missi ad capiendum
christum venerunt inquam ad pontifices
et phariseos / Et dixerunt eis pontifices
et pharisei / Quare non adduxistis eum
scilicet non adduxistis eum sicut missi fuistis sed frustrati
estis / In quo notatur nequitas princi-
pum qui adeo mali erant quod cristo
non poterant satisfacere ministri nisi christo
nocumentum inferrent / Glossa xx° Rapitur
semper ab oculis eorum nisi super
plantaverunt / Secundo hic inducit quod
evaliis / quia non super dictum sit quod
ministri missi fuerant ad capiendum ihesum
die festo mediante / iiiia die / Et
hic ponitur reditus eorum per quatriduum

diem. quia in nouissimo die dixit illa
verba predicta videtur quod in intermediis
diebus vacauerint. ad quod est dicendum
tempore vnaque circa festa in medio turbare
anticipauit. vel dicendum quod forte tunc
redierunt sed hic nunc [illegible] ut
manifestet causam dissensionis inter
principes. Secundo notanda est ministrorum
bonitas in commendabili responsione quod
prohibuerunt Christo dicentes numquam sic locu-
tus est homo et ubi redduntur commendabiles
ex 3bus primo ex admiratione causa
quia non propter miracula sed propter doctrinam
Christum mirabantur. ex quo propinquiores
efficiuntur veritati et recedunt a quibusdam
iudeorum qui propria querunt. [illegible] primo
Secundo ex quorum sanctitate quia ad
pauca verba Christi capti sunt et illecti
ad eius amorem. Tercio ex animi sereni-
tate quia phariseis qui Christo aduersaban-
tur audacter dicunt de Christo scilicet numquam sic lo-
cutus est homo. Commisit ergo sermonibus
Christi delectati et doctrina sua verbis
capti redierunt. [illegible]
numquam sic locutus est homo sic hic homo
loquitur [illegible] loquitur verba ut verba [illegible]
[illegible] sapida et utilia et non [illegible] capi-
ut [illegible] et hic tonat. quia non solum
erat homo sed erat dei verbum q.d. ita bene
loquitur qui non videtur purus homo
sed plus. quia deus et homo. propter quod
timendum esset super eum ponere ma-
nus. [illegible] et vos [illegible] fuissetis
et eius verba audissetis numquam forte
illas aduersus eum aliquid egeretis.
quia ergo Christus erat dei verbum ideo
sua verba erant [illegible] ad redeundum
[illegible] veritatis. Erant
verba sua [illegible] ad mouendum Jer. 23
numquid non verba mea quasi ignis ar-
dens et quasi malleus conteren-
das petras. Et ideo dicitur Agg. uno [illegible]
erat [illegible] Erant
et sapida ad dulcorandum. Cant. 2o
Sonet vox tua in auribus meis.
vox enim tua dulcis. Ps. Quam dulcia
faucibus meis eloquia tua. vnde
mulier audiens eum dixit. Beatus ven-
ter qui te portauit. [illegible] erat utilia

ad retinendum quia promittebat bona eterna.
[illegible] Domine ad quem ibimus verba vite
eterne habes. Jo. 6. Ys. 48. Ego dominus docens te
utilia. Tercio ponitur detestanda pha-
riseorum perfidia qua conantur ministros
a Christo retrahere unde dicitur responderunt eis
scilicet ministris numquid et vos seducti estis.
ubi tria faciunt primo arguunt ministrorum
estimatum errorem. Secundo proponunt exemplum prin-
cipium et exemplum turbe. Arguunt autem
eos unde dicunt numquid et vos seducti estis
a [illegible] veritate dicunt q.d. videmus
vos ex apparentia verborum delectatos esse
in sermone illius sed non locutus verba utilia
sed apparentia ut legi contraria. Sed revera
laudabiliter seducti erant quia domini
pro malo infidelitatis ad veritatem fidei
sunt adducti. de qua dicitur Jer. xx Sedu-
xisti me domine et seductus sum et hec bona est
seductio. Exemplum autem principum proponunt ut
magis eos adducant. unde dicunt numquid — aliquis autem
aliquis ex principibus credidit in eum
ex duobus enim aliqui fide digni
redduntur scilicet ex auctoritate et ex religione
unde hec duo tamen Christum adducunt q.
dicerent Si Christus esset acceptandus
utique acceptassent eum principes quibus
est auctoritas et pharisei in quibus apparebat
religio. Sed neque istorum credidit in eum
ergo nec vos debetis in eum credere. In
hiis ergo impletur quod dicitur in Ps. lapidem
quem reprobauerunt edificantes hic factus
est in caput anguli. [illegible] in cordibus
phariseorum duo [illegible] bonitas
[illegible] malicie [illegible]
aut [illegible] quia corum mali-
cia [illegible] et ideo dicunt. Sed turba hec
que non nouit legem scilicet et ideo [illegible]
sedimus propter ignoranciam maledicti sunt
scilicet et ideo non est standum eis. hic autem
[illegible] est ex Deut. 27 Maledictus
qui non permanserit in lege. Sed hic ma-
le intelligebat quia est illi qui non [illegible]
[illegible] legis et [illegible] opera legis faciunt [illegible]
permanet in lege quia [illegible] legis
[illegible] et non factores eorum de quibus dicitur
[illegible] xv [illegible] hic labiis me honorat
et Jacobi 1o Estote factores legis
et non auditores tantum [illegible] nil

veritate manifesta, incredulitas simplicium
actu malignitatibus incredulitas dissimulans
Erant enim sapientes et scribe et pharisei
qui signa viderunt et scripturas legerunt
veritate lesi sunt et excecati, Comprehensi
vero qui minus peccabant, ab una sola lo-
cucione capti sunt, et qui ligare venerant
abierunt ligati. Ita et nunc est in ecclesia
quod simpliciores aliquando sunt devotiores
quam docti, iuxta illud Ysaie primo: Cognovit
bos possessorem suum et asinus presepe
domini sui, Israel autem me non cognovit.
Ministros autem per quemcumque modum pharisei nite-
bantur a fide avertere, contra quos dicitur Matthei
xxiii: Ve vobis scribe et pharisei qui
clauditis regnum celorum ante homines, vos
enim non intratis nec introeuntes sinitis
intrare. Et Luce xi: Ve vobis legisperitis
qui tulistis clavem scientie, ipsi non introi-
stis et eos qui introibant prohibuistis.
Secundo subdit: Dixit Nicodemus ad eos etc.
Quia doctrina Christi per testimonia ministrorum
et fidem phariseorum, pharisei a sua ma-
licia non retraxerunt. Surgit adhuc
Nicodemus qui venerat ad Ihesum nocte,
qui ex ipsis unus erat, et legis auctoritate
nititur eos a persecucione et capcione Christi
compescere, ac Christum inquirere similiter
credebat. Excusare eius: Numquid lex
nostra iudicat hominem nisi audierit etc.
Ubi ponitur duplicio principum adm[onicio]
Et primo ponitur Nicodemi exhorta-
cio, secundo principum confutacio ibi: Responderunt
et dixerunt ei etc. Nicodemi exhortacio
ibi: Et reversi sunt unusquisque etc. Circa
primum duo facit. Primo premittit quedam
de Nicodemo, secundo ponit eius exhor-
tacionem ibi: Numquid lex nostra. Premittit autem
de eo tria, quorum duo ostendunt iterorum
eius, et tercium requirunt principium. Primum
ergo pertinet ad fidem Nicodemi unde dicitur
Dixit ad eos Nicodemus ille
qui venerat ad Ihesum nocte, ex quo credidit.
Idem enim est venire ad Ihesum et credere in eum.
Secundum pertinet ad sue fidei imperfectionem
quia venerat nocte. Si enim perfecte credi-
disset, non timuisset. Infra xii: Multi
ex principibus crediderunt in eum, de
quibus unus erat Nicodemus. Tercium
pertinet ad principum statum, dicitur enim

quod unus ex phariseis et principibus credidit
in Christum, et eo dicitur: Cum unus erat ex
ipsis, scilicet phariseis, supra iii°: Erat homo ex
phariseis Nicodemus nomine, princeps Iu-
deorum etc. Et si Nicodemus qui est unus
ex principibus credidit in eum, manifestum
est falsum esse quod nullus ex principibus cre-
didit in eum. Hec tercia re Nicodemi
locutio est etc. Exhortacio autem Nico-
demi ponitur eo dicit: Numquid lex nostra
iudicat hominem nisi prius audierit ab ipso
et cognoverit quid faciat? Nemo enim secundum
legem condempnatur nisi confessus
vel ab aliis sit convictus, et prius non
absens, quia in dampnacione hominis non
est licitum procedendum. Nam secundum leges
civiles diligentis inquisitio debet prece-
dere, quia Deutero. xvii: audiens inquires
diligenter et verum esse repperiens etc. Hanc
legem observabant Romani. Actuum xxv:
Non est consuetudo Romanis aliquem
hominem dampnare prius quam is qui
accusatur presentes habeat accusatores
locumque defendendi accipiat ad
abluenda crimina. Job xxix: Causam
quam ignorabam diligenter investi-
gabam. Require etc. in lege Moysi dicitur
Exo. xxiii: Innocentem et iustum non
condempnabis. Ita autem vere ideo dixit
quia non fidelis esset, volebat ad eos
quia Christum querere, quia sed timidus erat
hec faciebat occulte, credebat
quia si ipsi cum Christum vellent audire
quod verum Christi tante esset efficacie
quod forte plures sicut illi qui missi
fuerant tenere Ihesum, et ad verba eius con-
versi sunt in facto eo ad quod missi fu-
erant et crederent sicut illi credencium
et post eos ipse fuit confessus. Pharisei
vero iracundia et invidia agitati
non impetebant de veritate propheta prophetarum
sed magis Nicodemo contradicentes
responderunt et dixerunt ei: Numquid et tu
galileus es? Ubi ponitur contradictio
principum et primo reprehendunt eum
quasi seductum, secundo quasi legis
ignarum arguunt. Ad primum dicunt: Numquid
et tu galileus es, id est in galileum credis

pr̃ dñr xam qui credunt in xpm
vñ zulianq apostota xpianos vo
cabat galileos vl̃ galileq. i. de la
galilei vl̃ seducta a galileo arbi
trabant eni xpm galileu ex quo pa
trẽ in galia et io oms qui xpm
qfitebant qi mobprium galileos
vocabat act 26 dixit ancilla petro
et tu galileus es iusta qd iniqs
7 vas voltas cuis deli ficri et mo
derni iudei xpianos vocant galarii
quatuo adrm dicunt ortulac. i. dili
qdeca septuas qr pplia a galilea
re surgit. et vm coze sim e pmt
si intelligat de pplicis qualit qua
multi fuerunt nati de galia s. licti
seus zhobias q deblora pplicissa
7 forte plures alii. si aut intelligat
de pplia singulari s. de pplia pmi
sso ad salutem ppli qui est incep
abui siequit dctm est. pr um sim
est vm coze qua de ipo scribit ys.
xi q dit esse nazarea 7 p quis de
galia. qua nazareth in galilea
est. dr eni de xpo ys xi s. pitate
hebraica egredict vga d radice
yesse et nazareq de radice eius
ascendet. hic aut potat iude nico
demq qui erat legysptius sed no
fuit angl̃r nize qua ee de li
illo tpe adhuc erat timidr licet
aut in scptura vetis testi no dcat
expsse q de galilea pplia no sur
geret. hic tn dicit q inde exiet duis
pplare. sm augm. s. xpus. q na
zarea dicitus est qua in nazareth
nutritus 7 qupata e maco autez
dispcipol dudit infructuosa. tu
qcludit et tenp sut vng quilibs
infecto negoto. qua repli cpone
cutrace no potuerunt 7 ad qceptu
malu qsumare. 7 u dom sua v. i.
ppa in illo pfecto negoto. vani fide
7 frauda malo despdere pio rob
vo. Consiliu puore dissipat 7 co
gitacos eo maloze ne possit in
plere mang coze quod ceperant
vel in domu sua i. in ppa code

malicia s. in infidelitate 7 impie
tate. apoc 20 ubi vbi tittas vbi sedes
est sathane. dolebat go qd potue
runt facere volss suc ppositu et qpluu
coze p dimpom coze fuit dissipatu
ita q vnq tu alio no remasit. iem
16 stupa collecta. synagoga peccantiu
7 qsumato illoze flama ignis. ps
dissipa gentes que bella volunt
sed quit de in sulis di crediderunt.
quac xpm no sut scuti. Rom s. eusm
q crediderunt 7 sconces eius fuerunt
ne tn scuti sut. qua ad statu pfcoe
no ascenderunt. 7 hec quit cuic magna
7 sublimia dns locuta fuat. ppt
que dicebat nunqs sic locuta e hō
videt. cusq lw iners incorrupta
fuit 7 disposita no qr opa longis
sermoibus tale quid est vitas q
qn invenit aiaz bn dispositam ini
rablit ad hoc et alliciat. 7 io quis
illu pliceri oma opa sua facerent
in qspctu hoim 7 nollet male in
dicare quo sic insto ordine relm
qbat. tu tlis culpa sit manifesta
videt q ad instu iudiciu tria co
qcrunt. pm est insta ameq vn in palon
ix. cu diligencia vita facite no
est apud deu iniqtas nec p sonaz
accepto nec cupido muneze. Scdm
est insta cauxa. exo 230 7 innocete
7 iustu no intficies. ecc 22 male
ficos ne paciaris vive. pp hoc tram
tercuu est insta ordo qui est pretatu
in sptom. deut 16 iuste qd iustu
est exeqris. tam go plicis ypoctk
incerat in insta aiq quo morte xpi
pocebant. et abierat insta ca. qua alr̃ abcrat
p ius ipm qdcpnac no potuerunt.
et io inmo cogebant. ordicez iustic
plire cuiatuoz aut sut q maxie
pufut ann que fuerunt in plicis
que qucct in tlis pbus cuiatuor
yta. tioz edm dilacio semp decpe
solet hoim retos pute scupa et
hec oma fuerunt in plicis utpz
inducebo. tcon h dicit. exo xvm
p uide tibi viros potentes et

tractetur deum in quibus pt veritas
et qui oderunt avaritiam qui indicet
prophetiam omni tempore. Secundo autem iuxta dicta
pt prophetia patuit supra. Dicitur enim prophetia
secundum interpretationem nominis quasi procul fans
in quantum annuntiat ea que sunt longinqua
ab cognitione hominum. Licet autem longinquitas
pt intelligi dupliciter. Primo respectu prophetie
annuntiatis ita quod ea que annuntiat sunt
absque cognitione longinqua propter obscuritatem
vel sue cognitionis. Et sic non pertinet ad
perfectionem prophetie sed magis ad defectum
quod sic in Christo ubi Moyses dicitur
excellentior propheta quia palam et non
per enigmata deum videat quam alii qui
cognoverunt in sompnio et visione. Alio
intelligitur ista longinquitas respectu
aliorum hominum cum quibus propheta conversatur
quibus annuntiat occulta. Et sic est ratio
prophetie. Unde dicit Augustinus xvi contra Faustum
quod ex hoc dicitur aliquis propheta quia annuntiat
ea que sunt longinqua a cognitione
hominum cum quibus conversatur. In via Christus
autem ante passionem suam quantum ad partem
sensitivam erat viator et cum aliis ho-
minibus conversabatur. Et ideo quamvis clare
videret divina perfecta, tamen erat vere propheta
in quantum erat longinqua a cognitione
aliorum hominum cum quibus conversabatur
et quibus annuntiabat illa. Angeli autem
nullo sunt viatores quia eorum conversa-
tio non est cum hominibus ut dicit
Damascenus. Et ideo non sunt dicendi prophete
ex hoc quod annuntiant hominibus occulta.
Ad predicta. Primo solvitur ratio quo sic ar-
guitur: prophetia pertinet ad cognitionem in-
perfectam quia dicitur Dan. x intelligentia opus
est in visione. Christus autem secundum partem in-
tellectivam erat in statu beatus in quo
non manet prophetia sed magis evacuatur
et cessat ut dicitur i Cor. xiii. Dicendum
enim quantum ad partem intellectivam esset
xps beatus non tamen omnino erat extra statum viae
et ideo non evacuabat in illo ratio prophetie
ante passionem sed post resurrectionem fuit eva-
cuata quia amplius non erat in via.
Similiter cum arguitur: cognitio prophetica quam-
dam obscuritatem importat. In Christo
autem non fuit enigmatica cognitio, quia
ab instanti conceptionis anima Christi clare vidit
divinam essentiam. Patet ex dictis quod ob-
scuritas cognitionis in ipso prophetia non est
de perfectione prophetie et sic etiam viii m
et per reliqua



tuezfinus qehe

respõde m[ihi] q[ui]a eduxi ego uos de ter-
ra egipti. R. d[e]c[i]mo serviturus q[ua]dra-
ginta annos in heremo manna plu-
i uob[is]. Et oblita estis me d[icit] d[omi]n[u]s. V. Ecce
diximus q[uo]d q[ua]dragi[n]ta annos in heremo
ego uos plui. Ipse enim obsc-
[illegible] [illegible] 7 p[ro]p[ter] [illegible]
[illegible] ad [illegible] parrit. Bone

[illegible]
uate. Laus tibi. Stabat moy-
ses in monte in armis et p[ro]eliis
pugnaretur; stabat extenso in
celum manib[us] devoto orans
assiduo non deterrens seu de celo au-
xilium postulabat. Sequitur. Pug-
nabat enim [illegible] hostibus absens

ne sup[er] an[illegible] par[illegible] usq[ue] ad ortum [illegible]
[illegible] an[illegible]. Salvator mun-
di hac ipsa die [illegible]. VI. Ab-
ra[ham] p[ate]r v[este]r exultavit ut videret diem
meum vidit et gavisus est. Capit[ulum]
Xp[istu]s p[er] p[ro]p[riu]m sang[uinem] semetipsum ob-
tulit in [illegible] deo et emu-

plo. Cap[itulum]. Finalis. D[omi]ne
sabaoth qui iudicas iuste
et p[ro]bas renes et corda, uideam
ultionem tuam ex eis, t[ibi] enim reve-
lavi causam meam d[omi]ne
deus meus. V. Vias d[omi]ne o[mn]e
consilium eorum adversum me in mor-

cap. i vigilia palmarum

vulneratus est propter iniquitates
nostras attritus est propter scelera
nostra [illegible] [illegible]
omnium qui redemit nos pretioso
Venite [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] loquitur
iustitia mea tu eius super omnem

[illegible] praedicatio[illegible] in [illegible] ego [illegible] [illegible]
et suscepit ionas et abiit in niniven
te ninivem iuxta verbum domini [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
in die magno festivitatis stabat
ihesus et clamabat dicens si quis sitit
veniat ad me et bibat [illegible] [illegible]

[illegible] te [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
audi vocem meam [illegible] [illegible] [illegible]
tuus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
acceptabile sacrificium [illegible] si [illegible]
[illegible] tua [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] principibus [illegible]
nos benedicat nos deus deus [illegible] benedicat

[illegible] [illegible] que non parturis
erumpe et clama que non parturis
quia multi filii deserte magis quam
eius que habet virum [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]